



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



PA
6105
V24

v.69 Valpy -

Delphin classics. **CALIFORNIA**

UN

7

1893

Access

Miriam Anderson

MAR 20 193

Southern Branch
of the
University of California
Los Angeles

Form L 1

PA
6105
V24
v.69

book is DUE on the last date stamped below

SOUTHERN BRANCH
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY
LOS ANGELES, CALIF.



Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. III.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

75890

VOLUMEN TERTIUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1828.



HOVAAG 8287002

50746

corum, et saucii relictii quidam inventi; agmenque fugientium ab signis,⁷ cum præter mœnia eorum infrequentia conspecta signa⁸ essent, fusum, ac per agros trepida fuga palatum est.⁹ Nec Romanis incruenta victoria fuit. Quarta pars militum amissa, et, ubi haud minus jacturæ fuit,⁹ aliquot equites Romani cecidere.

9. Insequenti anno,* cum C. Sulpicius⁹ et C. Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent, neque inventis in agro hostibus, Ferentinum⁹ urbem eorum vicepissent, revertentibus inde eis Tiburtes¹⁰ portas clausere. Ea ultima fuit causa, cum multæ antea querimonie ultro citroque jactatæ essent, cur, per fetiales rebus repetitis, bellum Tiburti populo indiceretur. Dictatorem T. Quintium Pennum eo anno fuisse, satis constat, et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitiorum habendorum causa, et ab Licinio consule dictum scribit, quia, collega comitia bello præferre festinante, ut continuaret consulatum, obviam eundem pravæ cupiditati fuerit. Quæsitæ ea propriæ familiæ laus leviozem auctorem Licinium facit. Cum mentionem ejus rei in veterioribus annalibus nullam inveniam, magis, ut belli Gallici causam dictatorem creatum arbitrer, inclinatur animus. Eo certe anno Galli ad tertium lapidem^r Salaria¹¹ via^r

* Et cum signa Hernicorum prope muros oppidi visa essent deserta fere a suis, agmen eorum, qui a vexillis antea fugerant, fusum est, ac per campos incerto errore dissipatum.

^r Qua in re non fuit minus dunnun.

//////////

Donjat. Crevier.—7 In Crevier. min. et Kreyssig. legitur *ab Signinis*.—8 *Signa conspecta* Gronov. Donjat. Crevier.

9 Vulg. cum *L. Sulpicius*.—10 *Tyburtes*. *Tibur* et *Tiburtes* scribendum litera *i*, ex veteribus libris, et lapidibus Capitolinis, et Græcorum monu-

NOTÆ

* A. U. C. 392.

⁹ *Ferentinum*] Volscorum oppidum initio fuit, hinc captum a Romanis, Hernicisque donatum: aliquandiu a Samnitibus postea bello possessum. Hodie *Ferentino*, vel corrupte *Firentino*, in Campania Romana. Iucolæ *Delph. et Var. Clas.*

Ferentines; nam Ferentini sunt a Ferento Tusciæ.

^r *Galli ad tertium lapidem*] Hunc tertium Gallorum motum Appianus in Celtico nominat.

* *Salaria via*] De hac via, a qua Porta Collina *Salaria* adhuc nomen

Livius.

4 A

trans pontem Anienis castra habuere. Dictator, cum tumultus Gallici causa justitium edixisset, omnes juniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab Urbe profectus, in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat, neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset. Prælia de occupando ponte crebra erant; nec, qui potirentur, incertis viribus, satis discerni¹² poterat.¹ Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit, et, quantum maxima voce potuit, ‘Quem nunc,’ inquit, ‘Roma virum fortissimum habet, procedat, agendum, ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat, utra gens bello sit melior.’

10. Diu inter primores juvenum Romanorum silentium fuit, cum et abnuere certamen vererentur, et præcipuam sortem periculi petere nollent. Tum T. Manlius, L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat, ex statione ad dictatorem perguit: ‘Injussu tuo,’ inquit, ‘imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam victoriam videam. Si tu permittis, volo ego illi belluæ ostendere, quando adeo ferox præsulat hostium signis,^u me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia dejecit.’ Tum dictator, ‘Macte virtute,’ inquit, ‘ac pietate¹³ in patrem^u patriamque, T. Manli, esto. Perge, et

^u Quandoquidem tanta audacia ante vexilla hostium exultans obambulat.



mentis.’ Sigon.—11 Legit Glar. Falaria.—12 Legendum monet J. F. Gronov. discerni, probantibus Stroth. et Rupert.

NOTÆ

retinet, jam dictum. Nominis rationem Festus affert, ‘quia per eam Sabini sal a mari deferebant.’

¹ Satis discerni poterat] Quia sæpe decernere Noster aliique dicunt pro decidere. Gronov. invitis omnibus libris hic quoque decerni legendum esse decernit: quasi non et discernere Latinum sit pro dijudicare, dispicere. Quo tamen verbo et Cic. sæpius usus, veluti in Partit. ‘Temperantia duo-

bus modis in rebus commodis discernitur.’ Nec minus huic verbo respondent apud Græcos κρῖναι et διακρῖναι: quanquam decernere de futuris, discernere de præsentibus magis dici non abnuo.

^u Ac [hac] pietate in patrem] Quid hic præcipuæ pietatis in patrem? In patruum potius magnum, Capitoli aduersus Gallos defensorem. Sed hujus nomen exitus pessimi causa omi-

nomen Romanum invictum, juvantibus Diis, præsta.' Ar-
mant inde juvenem æquales. Pedestre scutum^x capit,
Hispano cingitur gladio,^y ad propiorem habili pugnam.
Armatum adornatumque adversus Gallum stolidè lætum,
et (quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum
est) linguam etiam ab irrisu exerentem, producunt. Re-
cipiunt inde se ad stationem:^{14z} et duo in medio armati,
spectaculi magis more, quam lege belli, destituuntur, ne-
quaquam visu ac specie æstimantibus pares.^z Corpus
alteri magnitudine eximium, versicolori veste^a pictisque et
auro cælatis refulgens armis: media in altero militaris
statura, modicaque in armis habilibus magis quam decoris
species. Non cantus, non exultatio armorumque agitatio
vana, sed pectus, animorum iræque tacitæ plenum, omnem
ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. Ubi
constitere inter duas acies, tot circa mortalium animis¹⁵
spe metuque pendentibus, Gallus, velut moles superne im-
minens, projecto læva scuto,^b in advenientis arma hostis

^x Statuuntur; dispare, si quis æstimaret, &c.

13 Vnlg. hac pietate, quod et dat Donjat.—14 'Melius in vet. lib. Recipi-
unt se inde ad stationem ceteri.' Sigon. Vid. Not. Var.—15 'Animi non ani-
mis legi oportere, existimat idem, quem ingenio dixi excellere, Florebellus:
ut sit, 'tot mortalibus pendentibus animi spe metuque:' et illud exprimat,
quod est libro VIII. 'Tot populos inter spem metumque suspensos animi ha-

NOTÆ

nosum. Hanc itaque pietatem dicit,
non quæ in hoc certamine, sed quæ
in tuendo adversus Pomponium pa-
tre jam enituerat. Est itaque hac
pietate idem ac, qua es, vel finisti, pie-
tate. Sumitur enim hic pro tali sive
hujusmodi. Virg. 'Hunc ego te, Eu-
ryale, aspicio.'

^x Pedestre scutum] Longius, et quo
totus corpus tegetur; cum enim
eques esset, deposita parma, et lon-
giore gladio equestri, pedestrem ar-
matram sumsit.

^y Hispano cingitur gladio] Breviori,
sed mucrone eximio, firmaque lami-
na, ictum utrimque vehementem infe-

rente, ex Polybio, quali usi Hispani,
quemque ideo postea Romani Hispani-
ensem dixerunt.

^z Recipiunt inde se ad stationem] Si-
gon, præter veterum fidem adjecit
ceteri; quod satis intelligitur.

^a Versicolori veste] Hic Gallorum
olim in bello habitus. 'Virgatis lu-
cent sagulis,' apud Virg. Lineis tan-
tum tunicis sub sagis brevibus indu-
ti, et innata magis fortitudine quam
armis muniti erant.

^b Projecto læva scuto] Non abjecto,
sed porrecto: ayant avancé son bou-
clier.

vanum cæsim cum ingenti sonitu^c ensem dejecit. Romanus, mucrone surrecto,^d cum scuto scutum inum perculisset, totoque corpore interior periculo vulneris factus, insinuasset se inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit, et in spatium ingens ruentem porrexit hostem.^y Jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, uno torque spoliavit: quem respersum cruore collo circumdedit suo. Defixerat pavor cum admiratione Gallos. Romani, alacres ab statione obviam militi suo progressi, gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. Inter carminum^e prope modum incondita quædam

^y *Cum scuto suo percussisset Galli scutum in ima parte, propius se admoveus hosti, quam ut ab eo longiorem gladium vibrante vulnerari posset, et corpore toto inter corpus Galli et scutum ejus se inferens, una aut duabus plagis ventrem ei inguinæque confodit, hostemque cadentem prostravit, ita ut ingens spatium jacens occuparet.*

NOTÆ

^c *Vanum cæsim cum ingenti sonitu]* Noster lib. XXI. Gallorum gladios, atque hunc cæsim pugnandi morem opponit Hispanico et Romano: 'Gallis prælongi gladii, ac sine mucronibus: Hispano punctim magis quam cæsim assueto petere hostem, brevitate agiles, et cum mucronibus.' Quæ sane forma utilior: nam, ut Vegetius ratiocinatur: 'Cæsa, quovis impetu veniat, non frequenter interficit: enim et armis vitalia defendantur et ossibus: at contra ennea, duas uncias adacta, mortalis est. Deinde, dum cæsa infertur, brachium dextrum, latusque nudatur. Puncta autem tecto corpore infertur, et adversarium sauciat, antequam videat.' Atque hæc ferme causæ fuere victoriarum quas Romani de Gallis retulerunt.

^d *Mucrone surrecto]* *Levant la pointe de son épée.*

Surrecto] Hoc est, demisso quidem capulo, sed erecta cuspidē, gladio in ventrem impacto. Glossæ veteres: 'subrigit, ὑπορθῶ, ὑποσθηρίξει: 'subri-

go, ἀναβιβάζω, ἀνορθῶ, ὑπορθῶ.' Hoc est, ut sic dicam, de sub erigo, ul, subjiicio in equum, est, de sub jacio in equum. Demiserat caput Manlius, scutoque suo amoto superius scuto Galli, eum in ventre, eo modo quem dixi, ferit. *J. Clericus.*

^e *Inter carminum]* Hæc corruptissima Tan. Faber arbitratur: sensum et Latinitatem non improbaturus, si legeretur: *inter carminum licentiam, ac militares jocos.* Mihi absque hoc remedio incorrupta videntur: quod sic inverso verborum ordine quemvis intellecturum puto: *Auditum est cognomen Torquati inter militariter joculantes quædam incondita prope modum carminum.* Hæc Latine stylo historico et Liviano dicta. Sensus est, prolatum fuisse et Manlio attributum a quibusdam militibus Torquati cognomen, cum illi more militari jocos funderent, verbis in modum fere carminum incondite ac rudi Minerva compositis. Est enim *prope* non adverbium, sed præpositio: qua indicatur hosce jocos militares, quos Romani

militariter joculariter,¹⁶ Torquati cognomen auditum;¹ celebratum deinde posteris etiam familiæque honori fuit.¹⁷ Dictator coronam auream addidit donum, mirisque pro concione eam pugnam laudibus tulit.

II. Et, Hercule, tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte, relictis trepide castris, in Tiburtem agrum, atque inde, societate belli facta, comœatuque benigne¹³ ab Tiburtibus adjunctus, mox in Campaniam⁸ transierit. Ea fuit causa, cui proximo anno * C. Pœtelius¹⁹ Balbus consul, cum collegæ ejus M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset, adversus Tiburtes jussu populi exercitum duceret. Ad quorum auxilium cum Galli ex Campania redissent, fœdæ populationes in Lavicano, Tusculanoque, et Albano agro, haud dubie Tiburtibus ducibus, sunt factæ. Et, cum adversus Tiburtem hostem duce consule contenta res publica esset, Gallicus tumultus^h dictatorem creari coëgit. Creatus Q. Servilius Ahala T. Quintium magistrum equitum dixit, et ex auctoritate Patrum, si prospere id bellum evenisset, ludos magnos vovit. Dictator, ad continendos proprio bello Tiburtes consulari exercitu jusso manere, omnes juniores, nullo detrectante militiam, sacramento adegit. Pug-



betis.' *Sigon.*—16 Vid. inf. et Not. Var.—17 '*Sigonius, posteris et familia. Ego in duobus Voss. duobusque Pall. video, posteris etiam familiæ honori fuit.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

gratulantes Manlio per lusum, nec sine cautu effutiebant, modulati quid habuisse, quod non multum a versuum numeris abesset.

¹ *Torquati cognomen auditum*] Placet magis quam subditivum Sigonii additum. Nempe *auditum* inter militariter jocularium voces. Alii hoc singulare certamen referunt ad ann. U. 386. et Camilli extremam dictatram: ut supra dictum lib. vi. cap. 42.

⁸ *In Campaniam*] Felicem, cujus caput Capua. Ea provincia est Nea-

politani regni præcipua, vulgo *Terra di Lavoro*; et Plinio ibi cogniti '*Laborini Campi.*' Campaniæ nomen ad Latinorum regionem tractu temporis translatum est.

* A. U. C. 393.

^h *Gallicus tumultus*] Adeo non deliti a Camillo aliisque Galli, ut bis tumultus, eorum causa, hoc biennio inducendus, unusque et alter dictator creandus fuerit, ac vix totis viribus a Porta Collina et Romanis mœnibus arceri potuerint.

natum haud procul porta Collina est totius viribus Urbis, in conspectu parentum conjugumque ac liberorum. Quae magna, etiam absentibus, hortamenta animi, tum subjecta oculis, simul verecundia misericordiaeque militem accendebant. Magna utrimque edita caede, avertitur tandem acies Gallorum. Fuga Tibur,²⁰ i sicut arcem belli Gallici, petunt: palati a consule Poetelio haud procul Tibure excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus, simul cum his intra portas compelluntur. Egregie cum ab dictatore, tum ab consule res gesta est.¹ Et consul alter Fabius praeliis primum parvis, postremo una insigni pugna, cum hostes totis adorti copiis essent, Hernicos devincit.² Dictator, consulibus in senatu et apud populum magnifice collaudatis, et suarum quoque rerum illis remisso honore,^k dictatura se abdicavit. Poetelius de Gallis Tiburtibusque geminum triumphum egit. Fabio satis visum, ut ovans Urbem iniret. Irridere Poetelii triumphum Tiburtes: ‘Ubi enim cum secum acie conflixisse? Spectatores paucos fugae trepidationisque Gallorum, extra portas egressos, postquam in se quoque fieri impetum viderint, et sine discrimine obvios caedi, recepisse se intra urbem.’³ Eam rem triumpho dignam visam Romanis? Ne nimis mirum magnumque censerent, tumultum exciere⁴ in hostium portis, majorem ipsos trepidationem ante moenia sua visuros.’

12. Itaque insequenti anno,* M. Popillio Lænate,⁵ 1 Cn.

//////////

18 Al. *benigno*.—19 Vulg. C. *Petilius*.—20 Sigonius suspicatur legendum esse *Fugati Tibur*.—1 Vulg. *gesta est res*.—2 *Devicit* Gronov. Doujat. Crevier.—3 Vulg. *in urbem*.—4 Quidam legunt *excire*.

NOTÆ

ⁱ *Fuga Tibur*] Male alias ex Sigonio, *Fugati Tibur*, ut pluribus demonstrat Gronov.

^k *Suarum quoque rerum . . . honore*] *Honorem* intelligere possumus vel dictaturæ, qua se Quintius abdicavit, ne consulum dignitatem imminueret; vel potius triumphi, quem cum meruisse videri posset, consulibus de-

ferri passus est, eo ipse abstinuit.

* A. U. C. 394.

¹ *Popillio Lænate*] Ex tabulis Capitolinis *Lænate* per diphthongum legi debere Sigon. demonstrat, itemque ex Diodoro. Causam cognominis Cicero in Bruto refert: ‘M. Popillius Lænas, consul cum esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum

Manlio consulibus, primo silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti, ad urbem Romam venerunt. Terrorem repente ex somno excitatis subita res et nocturnus pavor præbuit: ad hoc⁶ multorum inscitia,^m qui, aut unde, hostes advenissent. Conclamatum tamen celeriter ad arma est, et portæ stationibus murique præsiidiis firmati: et ubi prima lux mediocrem multitudinem ante mœnia, neque alium, quam Tiburtem, hostem ostendit, duabus portis egressi consules utrinque aciem subeuntium jam muros aggrediuntur: apparuitque, occasione magis, quam virtute, fretos venisse. Adco vix primum impetum Romanorum sustinere. Quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat, orientemque jam seditionem inter Patres et plebem metu tam propinqui belli compressam. Alius adventus hostium fuit proximo bello,⁷ agris, quam Urbi, terribilior. Populabundi Tarquinienses fines Romanos, maxime qua ex parte Etruriam adjacent,⁸ peragravere: rebusque nequicquam repetitis, novi consules * C. Fabius et C. Plautius jussu populi bellum indixere; Fabioque ea provincia, Plautio Hernici evenere. Gallici quoque belli fama increbrescebat. Sed inter multos terrores solatio fuit pax Latinis petentibus data, et magna vis militum ab iis ex

5 Vulg. *Lenate*.—6 Vet. lib. apud Sigon. *ad hæc*.—7 Legendum monet Tan. Faber *anno pro bello*.—8 'Veteres libri, qua ex parte Etruria adjacet.

NOTÆ

læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione et seditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemque cum auctoritate tum oratione sedavit.' Hanc 'orientem seditionem' mox indicat Liv.

^m *Ad hoc multorum inscitia*] Repete 'terrorem præbuit.'

ⁿ *Alius adventus hostium fuit proximo bello*] Id est, bello quod proxime secutum, sive statim post hoc Tiburtinum. Quanquam *ad bello* damnat Tan. Faber, tanquam natum ex supe-

riori versu: et quasi absurdum sit, post *propinqui belli*, dici mox *proximo bello*. Idcirco legendum ait *proximo anno*: idque patere ex mutatis consulibus. Ego, ut nomen *anno*, si ea mens Livio, admitti posse, idque pati sententiam non inficior, ita nec mutatos consules video inter incursus Tiburtis et Tarquiniensis populi, nec quid incommodi sit nomine 'belli' in diversis, quantumcumque proximis, periodis repetito, ubi de diversis hostibus bellisque agatur.

* A. U. C. 395.

fœdere vetusto,^o quod multis intermiserant annis, accepta. Quo præsidio cum fulta res Romana esset, levius fuit, quod Gallos mox Præneste venisse,^p atque inde circa Pedum consedissee, auditum est. Dictatorem dici C. Sulpicium placuit. Consul ad id accitus C. Plautius dixit. Magister equitum dictatori additus M. Valerius. Hi roboram militum, ex duobus consularibus exercitibus electa, adversus Gallos duxerunt. Lentius id aliquanto bellum, quam parti utrique placebat, fuit. Cum primo Galli tantum avidi certaminis fuissent, deinde Romanus miles, ruendo in arma ac dimicationem, aliquantum Gallicam ferociam vinceret; dictatori neutiquam placebat, quando nulla cogeret res, fortunæ se committere adversus hostem, quem tempus deteriorum in dies et locus alienus faceret, sine præparato comœatu, sine firmo munimento morantem; ad hoc iis animis corporibusque, quorum omnis in impetu vis esset, parva eadem languesceret mora. His consiliis dictator bellum trahebat, gravemque edixerat pœnam, si quis injussu⁹ in hostem pugnasset. Milites, ægre id patientes, primo in stationibus vigiliisque inter se dictatorem sermonibus carpere, interdum Patres communiter increpare, quod non jussissent per consules geri bellum. ‘ Electum esse eximium imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti sibi de cœlo devolaturam in sinum victoriam censeat.’ Eadem deinde hæc interdum propalam ac ferociora his jac-



Probo.⁷ Sigon.—9 Vulg. *injussus*.

NOTÆ

^o *Fœdere vetusto*] Ictum an. 258. cum Latinis ad lacum Regillum victis fœdus indicari vult Sigon. cujus mentio lib. 11. cap. 22. Quidni vero ad Tarquinii fœdus Auctor respexerit, de quo lib. 1. cap. 52. Hoc certe vetustius, (initum quippe circa annum U. 225.) nec minus ex eo Latini Romanis conferre militum vim debebant.

Ex fœdere vetusto] Hæc bella erat

ocasio recitandi fœderis cum Latinis, nisi talia refugeret Livius, ut prælia et victorias narret. *J. Clericus*.

^p *Gallos mox Præneste venisse*] Ecce adhuc Galli jam toties pessumdati. Hic tamen quartus est Gallorum (hi Boii fuere) in Romanos impetus, C. Sulp. dictatore repressus: de quo Appian. in Celtico, ut Sigon. monet.

tare: ‘se injussu imperatoris aut dimicatu-
ros, aut agmine Romam ituros.’ Immiscerique militibus centuriones: nec
in circulis⁹ modo fremere, sed jam in principiis^r ac præ-
torio^s in unum sermones confundi, atque in concionis mag-
nitudinem crescere turba, et vociferari ex omnibus locis,
‘ut extemplo ad dictatorem iretur: verba pro exercitu fa-
ceret Sex. Tullius, ut virtute ejus dignum esset.’

13. Septimum primum pilum[†] jam Tullius ducebat;^z
neque erat in exercitu, qui quidem pedestria stipendia fe-
cisset, vir factis nobilior. Is. præcedens militum agmen,
ad tribunal pergit; mirantique Sulpicio non turbam magis,
quam turbæ principem Tullium, imperiis obedientissimum
militem,¹⁰ ‘Scilicet, dictator,’ inquit, ‘condemnatum se
universus exercitus a te ignaviæ ratus, et prope ignominie
causa destitutum sine armis, oravit me, ut suam causam
apud te agerem. Equidem, sicubi loco cessum, si terga
data hosti, si signa fœde amissa objici nobis possent, tamen
hoc a te impetrari æquum censerem, ut nos virtute culpam
nostram corrigere, et abolere flagitii memoriam nova gloria

^z *Tullius Sextus hic septem jam annos legioni præerat tanquam proximi pili centurio.*

NOTÆ

⁹ *In circulis]* Cirenlos hic dicit pro cœtibus militum colloquentium quasi in circulo seu corona.

^r *In principiis]* Castrorum principia proprie sunt locus, ubi defixa præcipua signa. Sumitur tamen pro via et spatio medio inter legionum et tribunorum tentoria: quo loco capita, ut ita dicam, exercitus metabantur, ubi tribuni, præfecti, et honestissimi centurionum ac decurionum versari ut plurimum soliti. His autem major reip. cura et amor quam militum vulgo. Quare ibi liberi ac seditiosi sermones periculum majus defectio-
nis ostendunt. Eo etiam spectat simi-
lis locus lib. xxvii. in principiis prætorioque, ubi sermones inter se serentium circulos vidissent.’

In principiis] Locus erat in castris

ante tentoria tribunorum, ubi plerique militum maximam diem partem terebant. Vide Just. Lipsium de Mil. Rom. lib. v. Dial. 8. *J. Clericus.*

^s *Ac prætorio]* Prætorium est prætoris, sive imperatoris tentorium ceteris amplius, et sedes summi ducis, conspicuo ac plerumque paulo editiore castrorum loco, inter principia et Portam Prætoriam posita, in medio aliorum duum, legatorum puta, tribunorum, quæstoris, præfecti.

[†] *Septimum primum pilum]* Just. Lipsius non septimum ordine, sed iteratione dictum censet, seu qui jam septies fuerat primipilus. Vide eum de Mil. Rom. lib. ii. Dial. 8. *J. Clericus.*

pateris. Etiam ad Allium fusæ legiones eandem, quam per pavorem amiserant, patriam, profectæ postea ab Veiis,^t virtute recuperavere. Nobis, Deum benignitate, felicitate tua populique Romani, et res et gloria est integra. Quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostes haud secus, quam fœminas, abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt;¹¹ et tu,^a imperator noster, quod ægrius patimur, exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus judicas esse; et prius, quam expertus nos esses, de nobis ita desperasti, ut te mancorum ac debiliū ducem judicares esse. Quid enim aliud esse causæ credemus, cur veteranus dux, fortissimus bello, compressis, quod aiunt, manibus sedcas? Utcumque enim se habet¹² res, te de nostra virtute dubitasse videri, quam nos de tua, verius est. Sin autem non tuum istuc, sed publicum est consilium, et consensus aliquis Patrum, non Gallicum bellum, nos ab urbe, a penetibus nostris ablegatos tenet; quæso, ut ea, quæ dicam,¹³ non a militibus imperatori dicta censeas, sed a plebe Patribus; quæ, sicut vos vestra habeatis consilia, sic se sua habituram dicat. Quis tandem succenseat, milites nos esse, non servos vestros? ad bellum, non in exilium, missos? si quis det signum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit, pugnatos? si nihil armis opus sit, otium Romæ potius, quam in castris, acturos? Hæc dicta sint Patribus. Te, imperator, milites tui oramus, ut nobis^u pugnandi copiam facias. Cum¹⁴ vincere cupimus, tum de duce vincere; tibi lauream insignem deferre; tecum triumphantes Urbem inire; tuum sequentes curru

^a *Quandoquidem hinc nobis hostes insultant, inde tu, &c.*



10 Vulg. *militum*.—11 Conj. Doujat. *sic nos et hostes . . . eludunt*.—12 *Hæc* Gronov. Doujat. Crevier. all.—13 Vulg. *quæso ut quæ dicam*.—14 *Tum* Gronov. Doujat. Crevier. Vid. Not. inf. et Not. Var.

NOTÆ

^t *Profectæ postea ab Veiis*] Sub Capite Gronov. veteres quidam libri, millo. Vid. lib. v. cap. 46. et 49. qui particulam *ut* ignorant, *Oramus*

^u *Oramus, ut nobis*] Elegantiū, *nobis pugnandi copiam facias.*

Jovis optimi maximi templum gratantes ovantesque adire.' Orationem Tullii exceperunt preces multitudinis: et undique, ut signum daret, ut capere arma juberet, clamabant.

14. Dictator, quanquam rem bonam^x exemplo haud probabili actam cernebat,¹⁵ tamen facturum, quod milites velent, se, recepit: Tulliumque secreto, quænam hæc res sit, aut quo acta more, percunctatur. Tullius magnopere a dictatore petere, 'ne se oblitum disciplinæ militaris, ne sui, neve imperatoriæ majestatis, crederet: multitudini concitatæ, quæ ferme auctoribus similis esset,^b non subtraxisse se ducem; ne quis alius, quales mota creare multitudo soleret, existeret. Nam se quidem nihil non arbitrio imperatoris acturum. Illi quoque tamen videndum magnopere esse, ut exercitum in potestate haberet. Differri non posse adeo concitatos animos. Ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumtuos, si ab imperatore non detur.' Dum hæc loquuntur, jumenta forte pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. In eos saxa coniecta a Gallis: deinde ab Romana statione clamor ortus, ac procursum utrimque est. Jamque haud procul justo prælio res erant, ni celeriter direntum certamen per centuriones esset. Affirmata certe eo casu Tullii apud dictatorem fides est.^c Nec recipiente jam dilationem re, in posterum diem edicatur, acie pugnatuos. Dictator tamen, ut qui magis animis, quam viribus, fretus ad certamen descenderet, omnia circumspicere atque agitare cœpit, ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret. Solerti animo rem no-

^b Quæ, prout visum iis a quibus ducitur, agi soleat, eosque imitari.

^c Eo quidem eventu veritas verborum Tullii confirmata est dictatori.



15 Vnlg. actam censebat. Pall. duo, Aldusque, et Junt. habent actam cernebat, censebat tamen. Voss. alter censeret actam censebat. Tertius Pall. haud

NOTÆ

^x Quanquam rem bonam] Utilis ac bona res erat ardor ille militum, et testificatio parati ad rem bene gerendam exercitus: sed non laudando sen probabili exemplo fiebat, quod agmine facto dictatorem ad prælium jubendum adigere vellent.

vam excogitat, qua deinde multi nostri atque externi imperatores, nostra quoque quidam ætate, usi sunt.¹ Mulis strata detrahi jubet; ² binisque tantum centunculis relictis, agasones, partim captivis, partim ægrorum armis ornatos, imponit. His fere mille effectis centum admiscet equites. Et nocte super castra in montes evadere, ac sylvis se occultare jubet; neque inde ante moveri,¹⁶ quam ab se acciperent signum. Ipse, ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit sedulo, ut adversus montes consisteret hostis. Instructo ¹⁷ vani terroris apparatu, qui quidem terror plus pæne veris viribus profuit; primo credere duces Gallorum, non descensuros in æquum Romanos: deinde, ubi degressos ¹⁸ repente viderunt, et ipsi avidi certaminis in prælium ruunt; priusque pugna cœpit, quam signum ab ducibus daretur.

15. Acrius invasere Galli dextrum cornu: neque sustineri potuissent, ni forte eo loco dictator fuisset, Sex. Tullium nomine increpans rogitansque: ‘Siccine pugnaturos milites spondisset? ubi illi clamores sint arma poscentium? ubi minæ, injussu imperatoris prælium, inituros? En ipsum imperatorem clara voce vocare ad prælium, et ire armatum ante prima signa. Ecquis sequeretur eorum, qui modo ducturi fuerint; in castris feroces, in acie pavidi?’ Vera audiebant. Itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela, alienatis a memoria periculi animis.



probabili cerneret actam, censeretque se facturum.—16 *Movere* Crevier. Jac. Gronov. et edd. antiqq.—17 *Instructo jam* Gronov. Doujat.—18 *Vulg. digressos.*

NOTÆ

¹ *Nostra quoque quidam ætate, usi sunt*] C. Marius inter ceteros, cum in Teutonas dimicaturus esset, auctore Frontino lib. II. qui hujus quoque C. Sulpicii meminit.

² *Mulis strata detrahi jubet*] Siginus Frontini de Mario verba adducit, ‘Agasones lixasque armatos simul ire jussit, jumentorumque magnam partem instructorum cum centunculis, ut per hoc equitatus species

objiceretur.’ Quæ Livius *strata* appellat, ephippia generaliter sunt; hic vero elitellæ jumentis imponi solitæ, quo melius sarcinas ferant. Centunculi autem relictis mulis, ut procul spectantibus haberentur pro stragulis, quibus, e panno, coriove, aut pelle confectis, equos prisce Romani insternebant, nullo apud eos usu sellarum equestrium, quales nunc apud nos.

Hic primo impetus prope vecors turbavit hostes: eques deinde emissus turbatos avertit. Ipse dictator, postquam labantem una parte vidit aciem,^a signa in lævum cornu confert, quo turbam hostium congregari cernebat; et iis, qui in monte erant, signum, quod convenerat, dedit. Ubi inde quoque novus clamor ortus, et tendere obliquo monte¹⁹ ad castra Gallorum visi sunt; tum metu, ne excluderentur, ommissa pugna est, cursuque effuso, ad castra ferebantur. Ubi cum occurrisset eis M. Valerius, magister equitum, (qui, profligato dextro²⁰ cornu,^b obequitabat hostium munimentis,) ad montes sylvasque vertunt fugam; plurimique ibi a fallaci equitum specie agasonibusque^c excepti sunt: et eorum, quos pavor pertulerat in sylvas, atrox cædes post sedatum prælium fuit. Nec alius post M. Furium, quam C. Sulpicius, justiorem de Gallis egit triumphum. Auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus, saxo quadrato septum, in Capitolio sacravit. Eodem anno et a consulibus vario eventu bellatum. Nam Hernici a C. Plautio devicti subactique sunt. Fabius collega ejus incaute atque inconsulte adversus Tarquinienses pugnavit: nec in acie tantum ibi cladis acceptum, quam quod trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt. Qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignior² fuit. Accessit ad eam cladem

//////////


19 Conj. Doujat. *oblique e monte*.—20 ^c Forte leg. *lævo*; vel potius in initio cap. *dextro cornu* cum Drak.' Rupert.—1 Vett. libb. non habent vocem *que*.—2 Vet. lib. apud Sigon. *insignior*.

NOTÆ

^a *Labantem una parte vidit aciem*] Scriptum vellem, *labantem hac parte restituit aciem*, vel *stitit aciem*: neque enim in lævum cornu signa conferre aut debuit, aut potuit Sulpicius, quamdiu nutaret dextrum cornu; quod intelligi necesse est per *aciem una parte labantem*, ut sequentia manifeste ostendunt.

^b *Profligato dextro cornu*] Id vero qua ratione factum non capio. Nam dextrum cornu Gallorum lævo Ro-

manorum oppositum profligatum non fuerat; sed, cum ad pugnam se compararet, aversum clamore falsi e montibus equitatus Romani: atque hi ipsi erant, quibus occurrebat nunc M. Valerius. Omnino legendum censeo, *profligato sinistro cornu*, Gallorum scilicet, quod in dextrum cornu Romanorum aciem fecerat impressionem; sed horum deinde impetu prope vecordi turbatum, ac tandem emissio equitatu repulsum fuerat.



et vastatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde, incursione repentina fecerunt. Eodem anno duæ tribus, Pomptina^c et Publilia,^d additæ. Ludi votivi, quos M. Furius dictator voverat, facti: et de ambitu ab C. Pœtelio tribuno plebis, auctoribus Patribus, tum primum^e ad populum latum est: eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula^f obire soliti erant, compressam credebant.

16. Haud æque læta Patribus insequenti anno,* C. Marcio, Cn. Manlio consulibus, de unciario fœnere[†] a M.

NOTÆ

^c *Duæ tribus, Pomptina*] Quinque et viginti tribubus additæ nunc duæ, unde tribus septem ac viginti extiterunt. Pomptina ab urbe Volscorum *Pomctia* nomen accepit; inque eam conjecti qui agrum Pomptinum sortiti erant.

^d *Et Publilia [Publicia]* Aliis *Publilia*, plerisque *Popillia* est, quam Onophrus a loco aliquo, qui forte in Volscis, deducit. Sigonius dubitat a loco, an a viro nomen traxerit. Nam a M. Popillio Lænate, qui anno superiore consul, de quo et cap. 20.

^e *De ambitu, &c. tum primum*] Adversus eos, qui urbem circumeundo (hoc enim est proprie *ambire*) emendicandis pecunia et præter morem suffragiis cives prensarent, plures latæ sunt leges. Hanc Pætiliam, cuius nunc mentio, præcesserat ann. 332. Tribunicia lex, qua candidato rum vestes arce dealbari prohibebatur. Supra lib. iv. cap. 25.

^f *Nundinas et conciliabula*] Nundinæ non tantum in urbe, coloniis, municipiisve, sed in præfecturis quoque habebantur. Conciliabuli autem, quemadmodum conventiculi, nomen minus concilium indicat, sive cœtum hominum etiam sine magistratu convenientium. Specialius tamen conciliabula erant conventum juridicorum genus, ceteris inferius. Erant enim inferiora foris, ut fora præfec-

turis, præfecturæ coloniis ac municipiis, uti a Turnebo est observatum lib. xi. Advers. sed interdum municipii jure douabantur. Frontin. de limit. agri: 'Hoc conciliabulum fuisse fertur: et postea in municipii jus relatum.'

* A. U. C. 396.

[†] *De unciario fœnere*] Usuræ centesimæ, quæ, duodecim in centena per singulos annos præstitis, centesimo mense æquant sortem, mensura sunt reliquarum, et fœnebris ut ita dicam as. Hæ maximæ fuere apud veteres Romanos usuræ. Minores eam habent ad centesimas ratioem, quam habent portiones assis ad assem in duodecim uncias distributum. Hac ratione beses usuræ sunt quæ pro singulis centenis octo quotannis reddunt, *huit pour cent par un*: semisses dimidia pars centesimarum, quæ sex efficiunt in singulos annos, *six pour cent*: trientes, tertia centesimarum portio, quæ quatuor exigunt, *quatre pour cent*: sextantes, sexta pars, duo præstant annuatim, *deux pour cent*: denique usuræ 'unciariæ,' sive 'unciarium fœnus' vocatur, cum penditur pars tantum duodecima centesimarum, id est, unum quotannis in singula centena, *un pour cent*: quem fœnoris modum patriciis, utpote fœneratoribus, displicuisse nihil mirum. Sed hoc Tacitus vi. Annal. Tabulis

Duilio, L. Mænio tribunis plebis rogatio est perlata: et plebs aliquanto eam cupidius scivit accepitque.^d Ad bella nova, priore anno destinata, Falisci quoque hostes exorti,³ duplici crimine; ^e quod et cum Tarquiniensibus juvenus eorum militaverat, et eos, qui Faleros perfugerant, cum male pugnatum est, repetentibus fetialibus Romanis non reddiderant. Ea provincia Cn. Manlio obvenit. Marcius exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinqua, induxit; militemque præda implevit. Ad copiam rerum addidit munificentiam, quod, nihil in publicum secernendo,^e augenti rem privatam militi favit. Privernates ^h cum ante mœnia sua castris permunitis consedissent; vocatis ad concionem militibus, ‘Castra nunc,’ inquit, ‘vobis hostium urbemque prædæ do, si mihi pollicemini, vos fortiter in acie operam navaturos, nec prædæ magis, quam pugnæ, paratos esse.’ Signum poscunt ingenti clamore: celsique et spe haud dubia^f feroces in prælium vadunt. Ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante dictum est, exclamat: ‘Aspice, imperator,’ inquit,⁴ ‘quemadmodum exercitus tuus tibi promissa præstet:’ piloque posito, stricto gladio in hostem impetum facit. Sequuntur Tullium antesignaniⁱ omnes, primoque impetu avertere hostem: fusum inde ad oppidum persecuti, cum jam scalas mœnibus admoverent, in deditionem urbem acceperunt. Triumphus de Pri-

^d Constituit, et gratam acceptamque habuit.

^e Duobus factis quæ ipsis crimini data.

^f Et animo erecto, certa que accensi spe.



3 Quidam vett. libb. Falisci quoque novi hostes exorti.—4 ‘Tò inquit forte

NOTÆ

ascribit.

De uncio fœnore] Unciarium fœnus fuit, quo duodecima pars assis in mensem solvebatur; hoc est more nostro, nummus unus pro centenis in annum. Vide J. F. Gronovium de centesimis usuris. J. Clericus.

§ Nihil in publicum secernendo] Id præter morem. Solebant enim pecuniam ex præda captarum urbium et

captivis capitibus redactam maxima ex parte in ærarium inferre, parte minori militibus distributa, ut passim videre est apud Nostrum.

^h Privernates] Volscorum oppidum antiquum fuit Privernum ad Amasenum fluvium, Setiam inter et Circeios: unde Camillæ Virgilianæ origo. Nunc Piperno, in Campania Romana.

ⁱ Antesignani] De his antea.

vernatis actus. Ab altero consule nihil memorabile gestum; nisi quod legem novo exemplo^k ad Sutrium in castris tributim de vicesima eorum,^l qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt. Ceterum tribuni plebis, non tam lege, quam exemplo, moti, ne quis postea populum sevocaret,^g capite sanxerunt. Nihil enim non per milites, juratos in consulis verba, quamvis perniciosum populo, si id liceret, ferri posse.⁵ Eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popillio Lænate sua lege^m decem millibus ærisⁿ est damnatus, quod mille jugerum agri^o cum filio possideret, emancipandoque filium^p fraudem legi fecisset.

^g *Ne quisquam in posterum seorsim populi partem congregaret ad habenda comitia.*

del. quia præcessit exclamat.' Rupert.—5 Vulg. si id liceret fieri posse.

NOTÆ

^k *Novo exemplo*] Neque enim comitia, etiam tributa, nisi ad urbem, convocatisque prius tributim civibus, habere licebat: et legem trinundino promulgari oportebat.

^l *De vicesima eorum*] Amplissimum hoc fuit vectigal, quod ad postrema fere imperatorum tempora in usu: in eo positum ut servos manumissuri penderent pro illis, aut ære ab ipsis sumministrato, vicesimam pretii partem. Nummum aureum posterioribus temporibus fuisse suspicor, cum vulgaris servorum taxatio esset viginti aureorum. Alia est instituta ab Augusto vicesima hæreditatum ad ærarium militare. Pro venalibus mancipiis postea vectigal vicesimæ quintæ ex Tacito, vel potius quinquagesimæ ex Dione, pendi cœpit.

De vicesima] Qua lege solvebant ærario servum manumissuri vicesimam partem pretii, quo æstimabatur. *J. Clericus.*

^m *Sua lege*] Cautum fuerat adversus patricios, ne quis plus quingentis agri jugeribus possideret. Supra lib. vi. cap. 35. 'Docuit' igitur 'Licini-

us nihil præcipi debere, nisi quod prius quisque sibi imperavit,' ut loquitur Valer. lib. viii. Diocles Syracusis legem hanc inter alias scripserat, ne cui cum armis in concionem prodire liceret: qui fecisset, capite puniretur: ipse deinde, cum ob hostilem irruptionem accinctus orto tumultu in forum procurrisset, monitus violatæ legis, eam morte propria sanxit, auctore Diodoro lib. xiii. Id Charondæ Locrorum in extrema Italia legislatori ascribit Valer. lib. vi. cap. 5. ubi et Zalenci apud Thurios paulo mitius, sed tamen exactæ justitiæ, factum refert. Lyncurgus autem, Spartanorum legislator, nihil lege ulla in alios sanxit, cujus non ipse primus in se documenta daret, Justin. lib. iii. cap. 2.

ⁿ *Decem millibus æris*] Æris gravis scilicet, quæ summa non multo inferior est 6750. librarum nostrarum summa.

Decem millibus æris] Gravis; hoc est, decem millia librarum Romanarum æris. *J. Clericus.*

^o *Mille jugerum agri*] Ut 'mille ho-

17. Novi consules inde, M. Fabius Ambustus secundum et M. Popillius Lænas secundum,⁶ duo bella habuere. Facile alterum cum Tiburtibus, quod Lænas gessit; qui, hoste in urbem compulso, agros vastavit. Falisci Tarquiniensesque alterum consulem prima pugna fuderunt. Inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibusque⁹ prælatis, incesso furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie: et tunc quidem velut lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt; deinde, ubi consul⁷ legatigue ac tribuni puerorum ritu vana miracula paventes iridebant increpabantque, vertit animos repente pudor, et in ea ipsa, quæ fugerant, velut cæci ruebant. Discusso itaque vano apparatu hostium, cum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem: castrisque etiam eo die potiti, præda ingenti parta, victores reverterunt, militaribus jocis cum apparatus hostium, tum suum increpantes pavorem. Concitatur deinde omne nomen Etruscum, et, Tarquiniensibus Faliscisque ducibus, ad Salinas perveniunt. Adversus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, magistrum equitum item de

NOTÆ

minum,' (supple *numerum*,) pro, mille jugera, mille homines. Jugerum autem vocabatur teste Plin. lib. xviii. cap. 3. 'Quod uno jugo boum in die exarari posset. Actus, in quo boves agerentur cum aratro, uno impetu justo. Hoc erat cxx. pedum: duplicatusque in longitudinem jugerum faciebat.' Nimirum 'junctis duobus actibus quadratis,' ut Varro loquitur. Et 'Centuria' ex eodem, 'a centum jugeribus dicta: post duplicata, retinuit nomen.'

^P *Emancipandoque filium*] Non tamen abhorrebat a jurisprudentum placitis hoc Stolonis commentum: emancipatione quippe filius, cum e sacris et familia patris exiret, fiebat novus paterfamilias. Verum hujus emancipationis ideo non est habita ratio quod

Delph. et Var. Clas.

eam factam esse apparebat in fraudem legis.

* A. U. C. 397.

⁹ *Facibus ardentibus anguibusque*] Explicat hunc locum Florus, simile inventum Fidenatibus ascribens lib. i. cap. 12. 'Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum, facibus armati et discoloribus serpentum in modum vittis furiali more præcesserant: sed habitus ille feralis eversionis omen fuit.' Vittæ autem illæ colore anguineo, seu vario, instar anguim, vento agitatae, vivere, et veri angues esse videbantur. Sed de Fidenatibus dictum ab Auctore lib. iv. c. 33. quibus faces pro armis tribuit, nulla anguim mentione. Frontin. l. ii. Strategematum, c. 4. Veientes quoque id factitasse scribit.

Livius.

4 B

plebe C. Plautium dixit. Id vero Patribus indignum videri, etiam dictaturam jam in promiscuo esse; omnique ope impediabant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur pararetur. Eo promptius cuncta, ferente dictatore, populus jussit. Profectus ab Urbe, utraque parte Tiberis, rati- bus exercitu, quocumque fama hostium ducebat, trajecto, multos populatores agrorum vagos palantes⁸ oppressit. Castra quoque, nec opinato aggressus, cepit: et, octo milibus hostium captis, ceteris aut cæsis, aut ex agro Romano fugatis, sine auctoritate Patrum, populi jussu, triumphavit. Quia nec per dictatorem⁹ plebeium, nec per consulem, comitia consularia^r haberi volebant, et alter consul Fabius bello retinebatur, res ad interregnum redit.⁹ Interreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Æmilius, Q. Servilius, M. Fabius Ambustus. In secundo interregno orta contentio est, quod duo patricii consules creabantur: intercedentibus tribunis,¹⁰ interrex Fabius aiebat, 'in duodecim tabulis legem esse, ut, quodcumque postremum populus jussisset, id jus natumque esset; jussum populi et suffragia esse.'^h Cum¹¹ intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia, valuissent; duo patricii consules creati

^h Ipsa etiam suffragia, quibus consules, &c. crearentur, esse pro lege.



6 Iterum Gronov. Doujat. Crevier.—7 Consules iid.—8 'Tò palantes ad glossas Livianas, e margine in textum importatas, pertinere videtur.' Doering.—9 Vet. lib. apud Sigon. Et quia nec per dictat.—10 Vet. lib. apud eund.

NOTÆ

^r Nec per consulem, comitia consularia] Quidni vero per consulem? An quod Popillius, ob dictatorem de plebe dictum, exosus patribus erat? Repete plebeium; erat enim Popillius Lænas de plebe consul: color ex eo quod plebei auspicia non haberent. Notat Godelevæus, non ante dictatorem comitiorum causa dici cœptum, quam creatus sit de plebe dictator: quoniam antea nihil plebis intererat, an consulum creandorum causa dictator, an interrex consularia comitia habe-

ret, quamdiu neuter de plebe creari poterat, qui de plebe consulem crearet. At postquam dictaturam plebs adepta est, tunc demum causa fuit de eo certandi, ut dictator potius quam interrex (qui semper patricius) absentibus consulibus comitia haberet.

^s Res ad interregnum redit] Comitia enim consulum creandorum non poterant a magistratu plebeio, ac ne a prætore quidem haberi. Summum imperium ad id desiderabatur.

sunt,* C. Sulpicius Peticus tertium, M. Valerius Publicola: eodemque die magistratum inierunt.¹²

18. Quadringentesimo anno,¹ quam urbs Romana condita erat, quinto tricesimo,¹³ quam a Gallis reciperata,¹⁴ u ablato post undecimum annum¹⁵ a plebe consulatu,^{i x} patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere, C. Sulpicius Peticus tertium, M. Valerius Publicola. Empulum eo anno^y ex Tiburtibus haud memorando certamine captum; sive duorum consulum auspicio bellum ibi gestum est, ut scripsere quidam; seu per idem tempus Tarquiniensium quoque sunt vastati agri ab Sulpicio consule, quo Valerius adversus Tiburtes legiones duxit. Domi majus certamen consulibus cum plebe ac tribunis erat. Fi-

ⁱ Cum plebs ante annos undecim extorsisset consularem dignitatem.

//////////

tribunis plebis.—11 Cunque Gronov. Donjat. Crevier.—12 ¹ Creati sunt C. Sulpicius Peticus. Videtur ab Livio fuisse rotundius: duo patricii consules creati, C. Sulpicius Peticus, M. Valerius Poplicola, eodem die magistratum inierunt.' J. F. Gronov.

13 Vet. lib. apud Sigon. quinto et tricesimo.—14 Ita Ms. Thuan. Vulg. recepta. Voss. et Chiff. reciperet.—15 Vulg. post nonum annum. Vid. inf. et Not. Var.

NOTÆ

* A. U. C. 398.

¹ Quadringentesimo anno] Monet Glar. ab annis 386. omissum esse a Livio annum unum. Alia ratione discrepat Sigonii computatio a Liviana, numerans hunc annum 398. ab Urb. condita, ex marmoribus Capitolinis, quorum nos rationem cum illo sequimur. Ab Urbe tamen per Gallos capta anni sunt 35. Nam ex Sigoniano calculo capta fuerat an. 363.

^u A Gallis reciperata [recepta] Id est, de Gallis. Membr. Thua. reciperata.

^x Ablato post undecimum annum a plebe consulatu] Consul ex plebe primus factus est L. Sextius cum L. Æmilio an. U. 387. secundum Sigonium. Hinc ad hunc annum sunt anni

undecim. Legebatur antea post nonum annum: id Glar. et Sigon. errori librariorum ascribunt, qui immutato literarum ordine IX. pro XI. scripserint.

^y Post undecimum annum] Primus consul plebeius creatus fuerat anno U. C. 389. a quo hic annus erat duodecimus. J. Clericus.

^y Empulum eo anno] Tiburtini agri oppidum fuisse Empulum, sive Empulinm, hic locus indicat. Loci ejus non facile occurret alibi mentio. Kircherus in Latio tribus milliaribus a Tiburtina civitate in septemtrionem esse censet, ubi nominis vestigia in ruinis servare videtur locus qui dicitur vulgo, Anpiglione: ex cujus ruderibus natum Castellum Sancti Angeli in agro Tiburtino.

dei jam suæ, non solum virtutis, ducebant esse, ut accepissent duo patricii consulatum, ita ambobus patriciis mandare.^k Quin aut toto cedendum esse, si plebeius jam magistratus consulatus fiat, aut totum possidendum, quam possessionem integram a patribus accepissent. Plebes contra fremit: ' Quid se vivere, quid in parte civium censi, si, quod duorum hominum virtute, L. Sextii ac C. Licinii, partum sit, id obtinere universi non possint? Vel reges, vel decemviros, vel, si quod tristius sit imperii nomen, patiendum esse potius, quam ambos patricos consules videant, nec in vicem pareatur atque imperetur; sed pars altera, in æterno imperio locata, plebem nusquam alio natam,^l quam ad serviendum, putet.' Non desunt tribuni auctores turbarum; sed inter concitatos per se omnes vix duces eminent. Aliquoties frustra in campum descensum cum esset, multique per seditiones acti comitiales dies; postremo victæ perseverantia consulum plebis eo dolor erupit, ut tribunos, ' actum esse de libertate ' vociferantes, ' relinquendumque non campum jam solum, sed etiam urbem captam atque oppressam regno patriciorum,' mœsta plebs sequeretur. Consules, relictis a parte populi, per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt. Creati consules ambo patricii, M. Fabius Ambustus tertium, T. Quintius.* In quibusdam annalibus pro T. Quintio M. Popillium consulem invenio.

19. Duo bella eo anno prospere gesta; cum Tiburtibusque ad deditionem pugnatum. Sassula ex his urbs capta:^z ceteraque oppida eandem fortunam habuissent, ni universa gens, positis armis, in fidem consulis venisset. Trium-

^k Putabant nunc consules non tantum ad fortitudinem suam, sed etiam ad probitatem et integritatem fidei pertinere, ut quemadmodum ipsi e numero patriciorum ambo consularem dignitatem senatus opera receperant, sic efficere ut duobus quoque, quorum uterque patricius esset, honos idem committeretur.

^l Ad nihil aliud genitam, aptamque.

NOTE

* A. U. C. 399.

^z Sassula ex his urbs captu] Hoc Tiburtium oppidum ubi fuerit, Cluverius, accuratus alioqui locorum

Italiæ veterum indagator, nesciri fatetur. Kircherus conjicit ibi fuisse ubi nunc S. Gregorio.

phatum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit. In Tarquinienses acerbe sævitum, multis mortalibus in acie cæsis. Ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo^a delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur: ¹⁶ vulgus aliud trucidatum. Nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit. Medio in foro omnes virgis cæsi ac securi percussi. Id pro immolatis in foro Tarquiniensium Romanis pœnæ hostibus redditum. Res bello bene gestæ, ut Samnites quoque amicitiam peterent, effecerunt. Legatis eorum comiter ab senatu responsum: fœdere in societatem accepti. Non eadem domi, quæ militiæ, fortuna erat plebi Romanæ. Nam etsi, unciario fœnere facto, levata usura erat,† sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant.^b Eo nec patricios ambo consules,^c neque comitiorum curam, publicave studia præ privatis incommodis plebs ad animum admittebat. Consulatus uterque apud patricios manet. Consules creati* C. Sulpicius Peticus quartum, M. Valerius Publicola iterum. In bellum Etruscum intentam civitatem, quia Cæritem populum^d misericordia consanguinitatis^m Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat, legati Latini ad Volscos convertere,ⁿ nuntiantes, exercitum conscriptum armatumque jam suis finibus imminere: inde¹⁷ populabundos in

^m Cum eorum miserentur ob sanguinis conjunctionem.

ⁿ Effecerunt ut Romani ad Volscum bellum adjicerent animos.

NOTE

^a Trecenti quinquaginta octo] Pro 307. militibus Romanis in foro Tarquiniensium immolatis c. 15. Tarquinienses nobiles 358. in foro Romano securi percussi, superadditis ultra parem numerum quinquaginta et uno. Diod. habet 360.

† Levata usura erat, &c.] Vide ad c. 16. Ne unum quidem nummum in centenos solvere plebs potuit, præ paupertate, vel sola sorte oppressa. Romani, nempe, agricolæ et milites vix ullum lucrum, nisi fortuitam prædam excipias, faciebant. J. Clericus.

^b Nexumque inibant] Nexus vel nexi nomine jam ostendimus intelligi mancipationem, sive solennem obligationem ære et libra contractam, qua debitores corpus ipsi suum non minus quam res pignori obligabant.

^c Patricios ambo consules] Ambo, pro ambos. Ita habent vetusti codices, teste Gelenio. Idque antiquo more, ut ambo sit nomen indeclinabile, quemadmodum apud Græcos ἀμφώ.

* A. U. C. 400.

^d Cæritem populum] De Cære Tus-

agrum Romanum venturos esse. Censuit igitur senatus, neutram negligendam rem esse: utroque legiones scribi, consulesque sortiri provincias jussit. Inclinauit deinde pars major curæ in Etruscum bellum; postquam literis Sulpicii consulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum est, depopulatum agrum circa Romanas salinas, prædæque partem in Cæritum fines avectam, et haud dubie juventutem ejus populi inter prædatores fuisse. Itaque Valerium consulem, Volscis oppositum, castraque ad finem Tusculanum habentem, revocatum inde senatus dictatorem dicere jussit. T. Manlium L. filium^o dixit. Is, cum sibi magistrum equitum A. Cornelium Cossuum dixisset, consulari exercitu contentus, ex auctoritate Patrum ac populi jussu Cæritibus bellum indixit.

20. Tum primum Cærites, tanquam in verbis hostium vis major ad bellum significandum,¹⁸ quam in suis factis,^o qui per populationem Romanos laccessierant, esset, verus belli terror invasit;¹⁹ et, quam non suarum virium ea diminutio esset,^p cernebant. Pœnitebatque populationis, et Tarquinienses execrabantur defectionis auctores. Nec arma, aut bellum quisquam apparare, sed pro se quisque legatos mitti jubebat ad petendam erroris veniam. Legati senatum cum adissent, ab senatu rejecti ad populum, Deos rogaverunt, quorum sacra bello Gallico accepta rite procurassent,

^o Quasi belli indictio magis in significatione ab hostibus facta versaretur, quam in ipsorum Cæritum actibus hostilibus.

^p Quantum supra vires suas, &c.

16 Vulg. mitteretur.—17 Deinde Gronov. Donjat. Crevier.

18 'Verba ad bellum significandum mihi glossam sapere, et ex interpretatione in textum irrepsisse videntur.' Doering.—19 Vet. lib. apud Sigon. etiam verus belli terror invasit.

NOTE

ciæ civitate, et Cæritibus, antea.

^o T. Manlium L. filium] Torquatium scilicet. Notat Glarean. dictatorem dictum præter morem, qui consul non fuisset; nisi an. 398. pro Cn. Manlio legendum sit T. Manlio, ut ipse suspicatur. Miratur idem cur creandus

dictator visus fuerit in re non ita periculosa, cum eximium par consulum in magistratu esset, per quorum utrumque plebi ereptus fuisset bienio ante consulatus; Sulpicius jam dictator bello Gallico triumphasset.

ut Romanos florentes ea sui misericordia caperet, quæ se rebus affectis quondam populi Romani cepisset; conversique ad delubra Vestæ, hospitium flaminum Vestaliumque ab se caste ac religiose cultum invocabant. ‘Eane meritos, crederet quisquam, hostes repente sine causa factos? aut, si quid hostiliter fecissent, consilio id magis, quam furore lapsos, fecisse, ut sua vetera beneficia, locata præsertim apud tam gratos, novis corrumperent maleficiis? florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem, cujus afflicti amicitiam cepissent? Ne appellarent consilium, quæ vis ac necessitas appellanda esset. Transeuntes agmine infesto per agrum suum Tarquinienses, cum præter viam nihil petissent,^f traxisse quosdam agrestium, populationis ejus, quæ sibi crimini detur, comites. Eos, seu dedi placeat, dedere se paratos esse; seu supplicio affici, daturus pœnas. Cære, sacrarium populi Romani, deversorium sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum inviolatumque crimine belli, hospitio Vestalium cultisque Diis darent.’ Movit populum non tam causa præsens, quam vetus meritum, ut maleficii, quam beneficii, potius inimemores essent. Itaque pax populo Cæruti data, induciasque in centum annos factas in senatus consultum referri placuit. In Faliscos, eodem noxios crimine, vis belli conversa est: sed hostes nusquam inventi. Cum populatione peragrati fines essent, ab oppugnatione urbium temperatum: legionibusque Romanam reductis, reliquum anni muris turribusque reficiendis consumtum, et ædes Apollinis dedicata est.

21. Extremo anno comitia consularia certamen Patrum ac plebis diremit, tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem haberentur; dictatore obstinato tollere potius totum e re publica consulatum, quam promiscuum Patribus ac plebi facere. Prolatandis

NOTE

^f *Cum præter viam nihil petissent*] Cærutum agrum: sed eo itinere in Innoxium iter petitum significatur, agrum Romanum hostiliter vastandum ibatur.

igitur comitiis,^g cum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. Infestam inde Patribus plebem interreges cum accepissent,^g ad undecimum interregem seditionibus certatum est. Legis Liciniæ patrociniū tribuni jactabant. Propior dolor plebi^h sœneris ingravescentis erat: curæque privatæ in certaminibus publicis erumpabant. Quorum tædio Patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiæ causa observare legem Liciniam comitiis consularibus jussere. P. Valerio Publicolæ datus e plebe collega C. Marcius Rutulus.* Inclinati semel in concordiam animis, novi consules, sœnebrem quoque rem, quæ distingere unanimes videbatur,^r levare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt; quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt.ⁱ Meriti æquitate curaque sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent.

^g Cum itaque interreges invenissent plebeios Patribus infensos.

^r Quæ patricos et plebeios, cetera concordēs, videbatur distrahere.

NOTÆ

^g *Prolatandis igitur comitiis*] Dictator, ut comitia consularia differret, quæ adhuc non nisi a summo et patricio magistratu haberi fas erat, ejuravit dictaturam. Aberant autem ab urbe consules bellis distenti. Idcirco eundem fuit ad interregnum.

^h *Propior dolor plebi*] *Propior* sumitur pro ea re quæ conjunctior et arctius tangit. Quomodo apud Cic. pro Sext. 'Omnibus sua propiora esse pericula, quam aliena.'

* A. U. C. 401.

ⁱ *Quos mensarios . . . appellarunt*] Inter hos mensarios et argentarios plurimum interfuisse censet Sigon. lib. II. de jure civium Romanorum, c. II. a Godel. laudatus: quod hi mensarii publicam rationem conficerent, argentarii privatam; illi rei nummaria publica, hi negotiationis privata, curatores essent. Quod ve-

rum quidem est de his mensariis, qui nunc creati dicuntur apud Livium. In genere tamen mensa duplex fuit, publica et privata. Qui mensas privatas curabant, ipsi quoque mensarii, et Græce trapezitæ eadem significatione, et collybiæ a permutatione pecuniæ atque intertrimento, Latine nummularii et argentarii dicebantur, quod nempe argentariam mensam exercebant, id est, depositam apud se privatorum pecuniam servarent, ubi opus esset numeraturi mandato domini: et horum scriptura fiebant, quas literarum obligationes appellabant. Per eos quippe credebantur pecuniæ, sique sive pro se, sive pro aliis se soluturos recipiebant: ideoque actus sui rationes diligentes conficere debebant, quibus ultra citroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi causa, negotiatio continebatur.

Fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publilius, et Ti. Æmilius; qui rem, difficillimam tractatu, et plerumque parti utrique, semper certe alteri, gravem, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam jactura,^s sustinuerunt. Tarda enim nomina,^{20 k} et impeditiore inertia debitorum, quam facultatibus, aut ærarium, mensis cum ære in foro positis, dissolvit, ut populo prius caveretur,¹ aut æstimatio æquis rerum pretiis liberavit; ut non modo sine injuria, sed etiam sine querimoniis partis utriusque, exhausta vis ingens æris alieni sit. Terror inde vanus belli Etrusci, cum conjurasse duodecim populos^m fama esset, dictatorem dici coëgit. Dictus in castris (eo enim ad consules missum senatus consultum est) C. Julius, cui magister equitum adjectus L. Æmilius.¹ Ceterum foris tranquilla omnia fuere.

22. Tentatum domi per dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur,² rem ad interregnum perduxit.ⁿ Duo interreges C. Sulpicius et M. Fabius interpositi obtinuerunt, quod dictator frustra tetenderat, mitiore jam plebe ob reens meritum levati æris alieni, ut ambo patricii consules

^s *Potius impensa ex ærario anticipata quam damnoso exitu.*

20 ⁴ Duo Mss. Pall. *Tarda enim nomina: quod non temere ansim damnare.* J. F. Gronov.—1 Vet. lib. ap. Sigon. *magister equitum ei adjectus est L. Æmilius.*

2 ⁴ Verba ut ambo patricii consules crearentur ab interpolatore, ea repetente,

NOTÆ

^k *Tarda enim nomina*] Id est, quæ tardius solvebantur per negligentiam debitorum potius quam ob eorum egestatem, et inspecta illorum re familiari non ægre poterant expe-
diri.

¹ *Ut populo prius caveretur*] Ut, id est, ea lege ut. Imitatus hanc publicam liberalitatem Tiberius apud Tacitum, l. vi. ¹ Disposito per mensas millies sestertio, factaque mutandi copia sine usuris per triennium, si debitor populo in duplum prædiis

cavisset.⁷

^m *Conjurasse duodecim populos*] Totam Etruriam, quæ in tot populos distincta, ut sæpius observatum.

ⁿ *Rem ad interregnum perduxit*] Quid ita, cum consules essent P. Valerius et C. Marcius, per quos, dictatore abdicante, haberi consularia comitia poterant? Nisi jam consules magistratu abierant, cum dictatura se abdicavit C. Julius, quod suadet verbum *perduxit*.

crearentur. Creati ipse C. Sulpicius Peticus,* qui prior interregno abiit, et T. Quintius Pennus. Quidam Kæsonem, alii Caium nomen Quintio adjiciunt.³ Ad bellum ambo profecti, Faliscum Quintius, Sulpicius Tarquiniense, nusquam acie congresso hoste, cum agris magis, quam cum hominibus, urendo populandoque gesserunt bella: cujus lentæ velut tabis⁴ senio victa utriusque pertinacia populi est, ut primum a consulibus, dein permissu eorum ab senatu inducias peterent. In quadraginta annos impetraverunt. Ita, posita duorum bellorum, quæ imminebant, cura, dum aliqua ab armis quies esset, quia solutio æris alieni multarum rerum mutaverat dominos, censum agi placuit. Ceterum cum censoribus creandis indicta comitia essent, professus censuram se petere C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit. Quod videbatur quidem tempore alieno fecisse; quia ambo tum forte patricii consules erant, qui rationem ejus se habituros negabant. Sed et ipse constantia inceptum obtinuit, et tribuni, omni vi recuperando jus consularibus comitiis amissum, adjuverunt; et cum ipsius viri majestas nullius honoris fastigium non æquabat, tum per eundem, qui ad dictaturam aperuisset viam, censuram⁴ quoque in partem vocari^o plebes volebat. Nec variatum comitiis est,

⁴ Cujus incommodi, tanquam longi segnisque languoris diuturnitate.

profecta videntur.' *Rupert.*—3 'In antiquis libris legitur, *quidam Casonem, alii cognomen Quintio adjiciunt*: quæ lectio vestigia germanæ lectionis ostendit; quæ est: *alii C. nomen Quintio adjiciunt*. Depravatum est enim *C. nomen*, mutaturque primum in *conomen*, post in *cognomen*. *Nomen* autem et prænomini et cognomini congruit.' *Sigon.*—4 *Conj. J. F. Gronov. censuræ.*

NOTÆ

* A. U. C. 402.

^o *Censuram quoque in partem vocari*] Legi forte non incommode posset *censuræ quoque in partem vocari*, plebem nimirum, de qua hic sermo. Verum elegantior vulgata lectio. Et proprie quidem personæ in partem vocari dicuntur, cum eis pars bono-

rum, hæreditatis, aut rerum quarumvis assignatur. Sed et figurate dicitur de rebus, ut hoc loco: estque revocare ad divisionem tanquam rem quæ communis esset plebeiis et patriciis, quo plures alicujus rei participes fiant. Nam et inanimata vocare dicimur ad aliquid, id est, trahere,

quin cum Manlio Cnæo ^s p censor Marcius crearetur. Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli, sed ne Licinia lex ^q comitiis consularibus observaretur. Magister equitum dictatori additus Q. Servilius. Nec tamen dictatura potentiorum eum consensum Patrum consularibus comitiis fecit, quam censoriis fuerat.

23. M. Popillius Lænas a plebe consul,⁶ a Patribus L. Cornelius Scipio datus.* Fortuna quoque illustriorem plebeium consulem fecit. Nam cum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino castra posuisse nuntiatum esset; Scipione gravi morbo implicito, Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum.⁷ Is, impigre exercitu scripto, cum omnes extra portam Capenam ad Martis ædem convenire armatos⁸ juniores jussisset, signaque eodem quæstores⁴

//////////

—5 Vulg. *Nævio*.

NOTE

adducere, impellere. Cic. II. Catil. 'Vitam omnium, Italiamque totam, ad exitium vastitatemque vocas.' Alio sensu dicitur vocari quis ad partes: apud Juvenal. 'Ecce iterum Crispinus, et est mihi sæpe vocandus ad partes.' Hoc est, producendus in scenam, ad partes et personam sustinendam, quemadmodum actores, quorum alii primarum, alii secundarum partium.

^p Cum Manlio Cnæo] Alias, Manlio Nævio: rectum erat, cum Cneio Manlio; sed hæc et Noster et Tacitus sæpe invertunt. Est igitur idem Manlius Imperiosus, qui antea consul fuerat. Certe, cum constet Marcium primum e plebe censorem factum, non est quod ambigamus, quin Manlius hic ejus collega patricius fuerit: ut enim observat Sigon. sero admodum factum est, ut ambo censores e plebe crearentur.

^q Sed ne Licinia lex] Significat M. Fabium non rei gendæ, sed habendorum comitiorum causa creatum

dictatorem; ne in comitiis servata lege Licinii Stolonis (de qua lib. VI.) consulum alter e plebe fieret; sed ambo e patriciis crearentur veteri more. Verum frustra fuit hoc patrum inventum.

* A. U. C. 403.

^r Extra ordinem datum] Sine sortitione et comparatione, quem morem servari collegæ morbus non patiebatur.

^s Convenire armatos] Eo tempore, quo delectus fiebat, proponebatur belli signum ex arce, sive potius signa, ut Dionys. lib. VIII. narrat. Quod Servius in VIII. Æneid. fieri solitum in tumultu, ut sc. duplex vexillum proponeretur, russeum ad pedites, cærnlenm ad equites convocandos. Et nisi res urgeret, justi dies triginta servabantur, cum exercitus imperatus, et vexillum in arce propositum esset, auctore Festo. Fiebat autem delectus in Capitolio: nec nisi post triginta dies exercitus educebatur. At in re subita, statim

ex ærario deferre, quatuor expletis legionibus, quod superfuit militum, P. Valerio Publicolæ prætori tradidit; auctor Patribus scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus subsidium rei publicæ esset. Ipse, jam satis omnibus instructis comparatisque, ad hostem pergit. Cujus ut prius nosceret vires, quam periculo ultimo tentaret; in tumulo, quem proximum castris Gallorum capere potuit, vallum ducere cœpit. Gens ferox et ingenii avidi ad pugnam, cum, procul visis Romanorum signis, ut extemplo prælium initura, explicuisset aciem; postquam neque in æquum demitti⁷ agmen vidit, et cum loci altitudine, tum vallo etiam integri⁸ Romanos, percussos pavore rata, simul opportuniore, quod intenti tum maxime operi essent, truci clamore aggreditur. Ab Romanis nec opus intermissum, (triarii erant,^u qui muniebant,) et ab hastatis principibusque, qui pro munitioribus intenti armatique steterant, prælium inutum. Præter virtutem locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastæque non, tanquam ex æquo missa, vana (quod plerumque fit) cadrent, sed omnia librata ponderibus figerentur;^x oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa aut prægravata inhærentibus gerebant scuta, cum cursu pæne in adversum sub-



6 Adjiciendum censet Glareanus *tertium*.—7 Vulg. *dimitti*.—8 *Tegi* Gronov. Doujat. Crevier.

NOTE

delectus, et a delectu statim in hostes ibatur. Hac nunc de causa non in Capitolium, sed ad portam Capenam hosti propiorem convenire jussi.

^t *Signaque eodem quæstores*] Rebus pacatis in ærario aquilæ, aliæque signa militaria, servari solita.

^u *Triarii erant*] De triariis, principibus, hastatis fuscæ agendum erit l. VIII.

^x *Omnia librata ponderibus figerentur*] Q. Claudius Quadrigarius apud A. Gell. lib. ix. cap. 1. censebat telum non posse deorsum versus recte mitti, sed sursum optime. Quod ita

ibi Antonius Julianus Rhetor explicat, ut facilius quidem jactus sit e loco superiore in prona; directio tamen pondere cadentis teli corrumpatur. Magius autem lib. II. Miscellan. cap. 16. Livium et Tacitum, aliter sentientes, cum Quadrigario conciliat, distinctione: ait enim aliam sagittæ ac lapidis, aliam pili hastæque rationem esse: eorum enim, quæ citra machinæ, vel arcus, aut fundæ adjumentum jaciuntur, faciliorem certioremq; ex edito jaculationem; quæ tormentis emittantur, eorum directiores gravioreque ex inferioribus in superna ictus esse.

issent, primo incerti restitere;^u dein, cum ipsa cunctatio et his animos minuisset, et auxisset hosti, impulsus retro ruere alii super alios, stragemque inter se cæde ipsa fœdiorum dare. Adco præcipiti turba obtriti plures, quam ferro necati.

24. Necdum certa Romanis victoria erat. Alia in campum degressis⁹ supererat moles. Namque multitudo Gallorum, sensum omnem talis damni exsuperans, velut nova rursus exoriente acie, integrum militem adversus victorem hostem ciebat. Stetitque suppresso impetu Romanus, et quia iterum fessis subcunda dimicatio erat, et quod consul, dum inter primores incautus agitatur, lævo humero matari¹⁰ prope trajecto,^y cesserat parumper ex acie. Jamque ommissa cunctando victoria erat, cum consul, vulnere alligato,^z re-rectus ad prima signa, 'Quid stas, miles?' inquit. 'Non cum Latino Sabinoque hoste res est, quem victum armis socium ex hoste facias. In belluas strinximus ferrum. Hauriendus, aut dandus est sanguis. Propulistis a castris,¹¹ supina valle^r præcipites egistis, stratis corporibus hostium superstatis. Complete eadem strage campos, qua montes replestis. Nolite expectare, dum stantes vos fugiant.^v Inferenda sunt signa, et vadendum in hostem.'

^u Dubii an ultra progrediendum esset, manserunt in clivo.

^z Per declivem, qua collis in vallem desinit.

^y Non est vobis sperandum, ut a vobis aufugiant, quamdiu hic segnes stabitis.

9 Vulg. digressis.—10 Alii legendum monent *materi*.—11 Vulg. *Pepulistis*

NOTE

^y *Materi prope trajecto*] Jaculi genus ex Strab. est *materis*, (sic enim legendum pro *materi*,) quod Gallis velut proprium telum tribuitur, lancea brevius. Sisenna vetus scriptor apud Nonium, 'Galli materibus, Sævi lanceis configunt.' Auctor lib. ad Herenn. lib. iv. 'Nec tam facile ex Italia materis Transalpina depulsa est.' Mansere nominis vestigia in sagittis capitatis, ac longioribus, quæ vulgo *materas*.

Materi] Hinc, apud Gallos, ante inventum pyrii pulveris usum, *Matras* vocabatur sagitta Arcubalistæ. Vide viri doctiss. Æg. Menagii *Origines Gallicæ. J. Clericus*.

^z *Vulnere alligato*] Tritum hodie magis 'obligare vulnus.' Non tamen minus elegans 'alligare,' Gronov. demonstrat ex Cic. Sen. Plin. Just. Ita II. Tusculan. Quæst. 'Quiesce igitur, et vulnus alliga.'

His adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum; cuneis deinde^a in¹² medium agmen perrumpunt. Inde barbari dissipati, quibus nec certa imperia, nec duces essent, vertunt impetum in suos;^b fusique per campos, et præter castra etiam sua fuga prælati, quod editissimum inter æquales tumulos occurrebat oculis, arcem Albanam petunt. Consul, non ultra castra insecutus, (quia et vulnus degravabat,^c et subdicere exercitum pugna fessum tumulis ab hoste occupatis nolebat,) præda¹³ omni castrorum militi data, victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit. Moram triumpho vulnus consulis attulit. Eademque causa dictatoris desiderium senatui fecit, ut esset, qui ægris consulibus comitia haberet. Dictator L. Furius Camillus dictus, addito magistro equitum P. Cornelio Scipione, reddidit patribus possessionem pristinam consulatus.^d Ipse ob id meritum ingenti Patrum studio creatus consul, collegam Ap. Claudium¹⁴ Crassum dixit.

25. Prius quam inirent novi consules magistratum, tri-

//////////

a castris.—12 Tò in forte delendum censet Duk.—13 Sublata parenthesi in Gronov. Doujat. et Crevier. legitur: *pugna fessum novo labori nolebat, a persequando hoste continuit, tumulis ab hoste occupatis. Præda, &c.* Vid. Not. Var.—14 Legendum movet Sigon. *P. Claudium.*

NOTÆ

^a *Cuneis deinde*] Cuneus est agminis forma, in cunci sen trigoni modum. Veget. sic describit lib. II. cap. 19. 'Multitudo peditum, quæ primo angustior, deinde latior procedit, et adversariorum ordines rumpit: quam rem milites caput porcinum appellant.'

^b *Vertunt impetum in suos*] Primi enim, in fugam conversi, ruebant præcipites in eos, qui prius a tergo, nunc fugientibus obstabant.

^c *Quia et vulnus degravabat*] Totum hunc locum male affectum ex editione Tarvisina esse metuit Gronov. eumque ex melioribus libris sic refin-

git: *Consul non ultra castra insecutus, (quia et vulnus degravabat, et subdicere exercitum tumulis ab hoste occupatis nolebat) præda omni castrorum militi data, victorem exercitum, opulentumque Gallorum spoliis Romam reduxit.* Hæc ipsi lectio magis Liviana videtur: ceterum sensus parum diversus.

^d *Reddidit patribus possessionem pristinam consulatus*] Hic dictator L. Furius Camillus, M. Fabio constantior aut pertinacior, adversus legem Liciniam, in comitiis consularibus, nullius plebeii rationem haberi passus, pervicit ut ambo consules crearentur e numero patriciorum.

umphus a Popillio de Gallis actus magno favore plebis : mussantesque inter se rogabant, ‘num quem plebeii consulis pœniteret?’ Simul dictatorem increpabant, qui legis Liciniæ spretæ mercedem consulatum,¹⁵ privata cupiditate, quam publica injuria, fœdiorem, cepisset, ut se ipse consulem dictator crearet. Annus * multis variisque motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus, quia hyemis vim pati nequiverant, per campos maritimaque loca vagi populabantur. Mare infestum classibus Græcorum * erat, oraque littoris Antiatis, Laurensque tractus, et Tiberis ostia ; ut prædones maritimi, cum terrestribus congressi, ancipiti semel prælio decertarint, dubiique discesserint in castra Galli, Græci retro ad naves, victos se, an victores, putarent. Inter hos¹⁶ longe maximus extitit terror, concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinæ † habita : responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, ‘absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent. Latinos pro sua libertate potius, quam pro alieno imperio, laturos arma.’ Inter duo simul bella externa, defectione etiam sociorum senatus anxius, cum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset, extendere omnes imperii vires consules delectu habendo jussit. Civili quippe standum exercitu esse,¹⁷ quando socialis cœtus^h desereret.¹⁷ Undi-



15 ‘Vocem *consulatum* importunam et glossam esse, recte, opinor, suspicatur Doering.’ *Rupert.*—16 *Inter hæc Gronov. Doujat. Crevier.*—17 *Emen-*

NOTÆ

* A. U. C. 404.

† *Classibus Græcorum*] Vide infra cap. 26.

‡ *Ad lucum Ferentinæ*] Ad caput aquæ Ferentinæ lib. 1. cap. 50. ibi enim Latini solenni more gentis suæ comitia habebant.

§ *Civili quippe standum exercitu esse*] Deficientibus sociis necesse Romanis erit ut res suas propriis viribus tueantur ; et exercitu ex solis civibus confiato stent sive consistent. Potest et ‘standi’ verbum sumi pro

contentum esse re aliqua, inhærere alicui rei : ut cum dicimus stare conventis, stare judicio alienj : quomodo Cic. pro Cluent. ‘Et uterque censor censoris opinione standum non putavit.’ Quod non male sic Gallice expresseris : *il en falloit demeurer là, il se falloit tenir à une armée de citoyens seuls.*

^h *Socialis cœtus*] Non concoquit Gron. *socialem cœtum* : exercitum enim socialem solet dicere Livius : satis commode legi posse putat, *ſædus*,

que, non urbana tantum, sed etiam agresti juventute, decem legiones scriptæ dicuntur quaternum millium et ducenorum peditum,ⁱ equitumque trecenorum. Quem nunc novum exercitum,^k si qua externa vis ingruat, hæ vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractæ in unum † haud facile efficiant: adeo, in quæ laboramus sola, crevimus, divitias luxuriamque.^z Inter cetera tristia ejus anni, consul alter Ap. Claudius in ipso belli apparatu moritur: redierantque res ad Camillum; cui unico consuli, vel ob aliam dignationem haud subjiciendam dictaturæ, vel ob

^z *Ita iis tantum rebus aucti sumus, et florentes erasimus, in quas emere jamdiu incumbimus.*

NOTE

pro *cætus*: ita civili standum exercitu esse, quando socialis fœdus desereret. Nempe socialis exercitus. Aliud tamen vult Auctor mea sententia: neque enim *cætus* nomine exercitum intelligit, qui, cum nullus esset, deserere non poterat. *Socialis cætus* est concilium sociorum, ipsa nempe Latinorum comitia: ab his enim deserbantur Romani: apud M. certe Senecam, citante ipso Gronovio, 'Cætus est multitudinis magnæ nomen cœuntis ex consensu quodam.' Livius lib. IV. c. 13. 'Quod eas largitiones cætusque plebis privata in domo passi essent fieri.' Cic. de Somn. Scip. 'Concilia et cætus hominum jure sociati.'

ⁱ *Quaternum millium et ducenorum peditum*] Variavit pro diversis temporibus militum in legionem scriptorum numerus. Consuetus numerus, ex Polybio, et Nostro hic, quatuor millium ac ducentorum peditum fuit; qui, rotundiore numero, quater millei vocabantur: unde quadrata legio dicta ex Festo. A Livio lib. VIII. cap. 8. Quinnum millium fuisse memorantur sub T. Manlio, parique numero lib. XXVI. postea etiam senum millium et ducenorum, quod secutus

est C. Marius. In equitum numero minus variatum.

^k *Quem nunc novum exercitum*] Adeone contractæ sub Augusti tempora Romanorum vires, ut legiones decem, id est, peditum duo et quadraginta, equitum tria millia vix efficere possent? At Augustum tres, aut secundum alios quinque supra viginti legiones habuisse Dio refert lib. LV. et viginti quinque sub Tiberio quoque numerat Tacit. IV. Annal. præter urbanas et prætorias cohortes. Verum Livius de scribendo in re subita exercitu agit, idque ex urbe aut suburbano agro: illi de copiis longo tempore atque ex universo imperio collectis.

† *Contractæ in unum, &c.*] Atqui C. Julius Cæsar in Gallia bellum cum decem, ac duodecim etiam legionibus, senum millium virorum, bellum gessit, ut omnes norunt; dum essent etiam alii exercitus, quamvis non tanti, in aliis provinciis; sed sub Augusto legiones viginti tres, aut viginti quinque fuere, ut observat Dio Hist. lib. LV. Vide Just. Lips. in *Analectis Rei Milit.* Oper. t. III. p. 237. et seqq. Itaque quæ hic habet Livius sunt hyperbolica. *J. Clericus.*

omen faustum¹ ad Gallicum tumultum cognominis,¹³ dictatorem arrogari^{19m} haud satis decorum visum est Patribus.^o Consul, duabus legionibus Urbi præpositis, octo cum L. Pinario prætore divisus, memor paternæ virtutis, Gallicum sibi bellum extra sortemⁿ sumit: prætorem maritimam oram tutari, Græcosque arcere littoribus jussit; et, cum in agrum Pomptinum descendisset, (quia neque in campis congregari nulla cogente re volebat, et prohibendo populatibus, quos raptò vivere necessitas cogeret, satis domari credebat hostem,) locum idoneum stativis delegit.

26. Ubi cum stationibus quieti tempus tererent, Gallus processit, magnitudine atque armis insignis; quatiensque scutum hasta, cum silentium fecisset, provocat per interpretem^o unum ex Romanis, qui secum ferro decernat. M.

^o Cui soli jam consuli adjici, et quasi imponi dictatorem, sciat minus honestum censuit, tum ob dignitatem quæ homini aliunde quam ex consulatu inerat, nec videbatur dictaturæ summittenda, tum ob cognominis (Camilli) faustum ad bellum Gallicum omen.

//////////

dat J. F. Gronov. *fædus desereret*.—18 Vid. Not. inf.—19 Conj. J. F. Gronov. *irrogari*.

NOTÆ

¹ Vel ob omen faustum] Quærit hic Gronov. an nomen Furius minus faustum præberet omen adversus Gallos quam cognomen Camillus: malletque, si adjutaret codex, vel ob nomen fausti ad Gallicum tumultum ominis; vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum nominis. Mihi satis utrumvis horum arrideret. Sed tamen verum est, Camilli cognomine, magis quam Furius nomine, inclarnisse hujus patrem.

^m Dictatorem arrogari] Gronov. scriptum a Livio conjicit irrogari: quia non tam adjungebatur, quam imponebatur consuli dictator. Ego legem, mulctam, mortem etiam irrogari video: hominem homini irrogari, nec me legere memini; ac ne figurate quidem, nisi dura admodum metaphora, dici posse arbitror. Arrogari

Delph. et Var. Clas.

autem tam de personis, quam de rebus dicitur. Et arrogari dicimus patremfamilias, cum in filium a eis citatur: quia id lege seu rogatione olim fiebat. Qua ratione arrogari dictatorem dixeris eum, qui consuli jam suffragiis et rogatione populi constituto adjiciatur nova rogatione.

ⁿ Extra sortem] Neque enim collega supererat, cum quo sortiretur.

^o Provocat per interpretem] Hic Gallus per interpretem loquitur, inquit Glar. at qui cum T. Manlio pugnavit, Latine scilicet scivit. Si Herodotus talia scripsisset, quam clamasset Juvenalis, 'et quicquid Græcia mendax Audet in historia!' Hunc quoque ducem Gallorum nominat Gellius, quod de aliquo minorum ducum accipiendum.

Livius.

4 C

erat Valerius tribunus militum,^p adolescens, qui haud indigniorem eo decore se, quam T. Manlium, ratus, prius sciscitatus consulis voluntatem, in medium armatus proccessit. Minus insigne²⁰ certamen humanum numine interposito Deorum factum. Namque conserenti jam manum Romano corvus repente in galea consedit, in hostem versus: quod primo, ut augurium cœlo missum, lætus accepit tribunus. Precatus deinde, ‘ Si Divus, si Diva esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset.’ Dictu mirabile,[†] tenuit non solum ales captam semel sedem, sed, quotiescumque certamen initum est,^b levans se alis, os oculosque hostis rostro et unguibus appetiit; donec territum prodigii talis visu, oculisque simul ac mento turbatum, Valerius obruncat. Corvus e conspectu elatus[‡] orientem petit. Hactenus quietæ utrimque stationes fuere. Postquam spoliare corpus cæsi hostis tribunus cœpit, nec Galli se statione tenuerunt, et Romanorum cursus ad victorem etiam ocyor fuit. Ibi, circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Jam non manipulis proximarum stationum, sed legionibus utrimque effusis res geritur. Camillus lætum militem victoria tribuni, lætum tam præsentibus ac secundis Diis, ire in prælium jubet; ostentansque insignem spoliis tribunum, ‘ Hunc imitare, miles,’ aiebat, ‘ et circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas.’ Dii hominesque illi affuere pugnæ; depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est: adeo duorum militum eventum, inter quos pug-

^b Quoties collato pede congressi sunt.

20 Pro Minus insigne malit Doering. Magis insigne.—1 Conj. J. F. Gro-

NOTÆ

^p *M. erat Valerius tribunus militum*] Atnepos M. Valerii Volusi dictatoris, et nunc tribunus militum legionis, non consulari potestate. Flor. perpetuam *Lucium* vocat pro *Marco*. Hoc ejus certamen, et corvinum auxilium, describit veteris, ut videtur, scripto-

ris stylo A. Gell. ix. 11.

† *Dictu mirabile*] At mirabilius est Livium nulla re significasse se ejusmodi fabulæ fidem non habere; quod in tam gravi historia par fuit. *J. Cle-ricus*.

natum erat, utraque acies animis perceperat.²⁹ Inter primos, quorum concursus alios exciverat, atrox prælium fuit: alia multitudo, priusquam ad conjectum teli veniret, terga vertit. Primo per Volscos Falernumque agrum^r dissipati sunt: inde Apuliam ac mare inferum³⁵ petierunt. Consul, concione advocata, laudatum tribunum decem bubus⁴ aureaque corona donat. Ipse, jussus ab senatu bellum maritimum curare, cum prætore junxit castra. Ibi, quia res trahi segnitia Græcorum non committentium se in aciem videbantur,⁵ dictatorem comitiorum causa T. Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit. Dictator, magistro equitum A. Cornelio Cosso dicto, comitia consularia habuit, æmulumque decoris sui absentem M. Valerium Corvum,⁶^t

//////////

nov. ablatas.—2 'In melioribus libris legitur *præceperat*, prob. Stroth.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—3 '*Superum. Inferum* Gronov. Drak. ac longe maxima pars Mss. et Edd. *perperam.*' *Stroth. Superum* dant Donjat. Crevier.—4 *Bobus* Gronov. Donjat. Crevier.—5 *Videbatur* iid.—6 Vulg. *Corrinum.*—

NOTÆ

⁹ *Utraque acies animis perceperat*] Negat Gronov. convenire huic loco verbum *præcipere*: quod est, antecapere, præsumere. Hic enim non agitur de statu animorum, ante singulare illud certamen, sed de prælio inter exercitus commisso post Gallum a Valerio prostratum. Reponit ergo ex editionibus Aldi et Juntæ *perceperat*: docetque, exemplis ex Plauto, Terentio, Lucretio adductis, eam esse vim τὸν 'percipere,' ut significet, penitus capere, et quasi imbiberere. Sed non video quid obstet quin *præcipiendi* verbum Auctoris menti congruat: licet enim ante duorum pugnam nec Romanorum erecti, nec Gallorum animi demissi fuerint; potuere, ex eventu singularis illius pugnae capto omine, successum prælii, mox inter utrumque exercitum committendi, animo *præcipere*.

^r *Falernumque agrum*] Ager Faler-

nus, ex quo vinum celebratissimum apud veteres Romanos, (nunc *vino Razzese*,) in aditu Campaniæ est ultra Lirim, ultra Massicum montem, quem nonnulli Falernum quoque vocant, inter Savonem maxime amnem, et Vulturnum fluvium; interque Cales ad septentrionem, ac Sinuessam ad meridiem, Capuæ ad occasum.

⁵ *Ac mare inferum* [*superum*] Mare inferum est Tyrrhenum, sive Tuscum, quo Volscus et Falernus agri allunntur. At eo non pertinet Apulia, supero sive Hadriatico sinu extremo imminens. Non abs re itaque Glar. eos reprehendit qui pro *superum* emendarunt *inferum*, vel potius corruperunt: eique adhæret merito Sigon.

^t *M. Valerium Corvum*] Sigon. ita pro *Corvino* scribi jubet ex Tabulis Capitolinis, et plerisque veteribus libris. Ratio quam addit, parum me

(id enim illi deinde cognominis fuit,) summo favore populi, tres et viginti natum annos, consulem renuntiavit.⁷ Collega Corvo de plebe M. Popillius Lænas quartum consul futurus datus est.* Cum Græcis a Camillo nulla memorabilis gesta res: nec illi terra, nec Romanus mari bellator erat. Postremo, cum littoribus arcerentur, aqua etiam præter cetera necessaria usui deficiente, Italiam reliquere. Cujus populi ea, cujusque gentis classis fuerit, nihil certi est. Maxime Siciliae fuisse tyrannos^u crediderim. Nam ulterior Græcia,^x ea tempestate intestino fessa bello, jam Macedonum opes horrebat.^y

//////////

7 Quidam pronuntiavit.

NOTÆ

movet: 'ut enim,' inquit, 'Albus, Rufus, Crassus, Luscus, Longus, cognomina primum inventa sunt, post autem Albinus, Rufinus, &c. subsecuta, sic qui primus cognomen hoc tulit, Corvus, posteri Corvini appellati sunt.' Longe diversa est horum ratio. Nam hominem Album a colore, Longum a statura cognominari vulgare est; nec aliter ea res exprimi potest; ut autem homo Corvus appelletur, extra usum omnino. Magis moveor auctoritate, tum librorum, (siquidem ex vero proferatur,) tum Valerii Max. qui de hoc ipso tribuno sic scribit lib. VIII. cap. 13. 'M. Valerius Corvus centesimum annum complevit: cujus inter primum et sextum consulatum quadraginta septem anni intercesserunt. Suffecitque integris viribus corporis non solum speciosissimis reip. ministeriis, sed etiam exactissimæ agrorum culturæ: et civis et patris familias optabile exemplum.'

* A. U. C. 405.

^u Siciliae fuisse tyrannos] Veretur Sigon. ne ea classis Timoleontis Corinthii fuerit, qui priore anno Diony-

sium Syracusanum regno ejecit, legesque Siciliae dedit, ut scribit Diod. lib. XVI. Idem tamen Diodor. Postumii tyranni prædonis, aliorumque meminit, qui a Timoleonte sublatis.

^x Ulterior Græcia] Duplex fuit Græcia in Europa: altera ultra Adriaticum et Ionium mare, quæ vere et proprie Græcia; altera in Italiae parte, magna Græcia dicta, atque in vicina Sicilia, quas regiones Pelasgi alique Græci coloniis suis occupaverant. Illa ulterior, hæc Romanis propior et citior dici potuit.

^y Macedonum opes horrebat] Jam enim Philippus Alexandri Magni pater, xv. ferme annum regnabat; atque hoc ipso tempore, Phocensibus excisis, Olynthum expugnabat, Atheniensium urbem, in Macedonia Thraciæque confinio: cujus urbis oppugnationem causam præbuit Olynthiacis Demosthenis Orationibus.

Macedonum opes] Bellum Philippo indixerunt Athenienses Olymp. 108. anno 3. qui in hunc partim incidebat, ut docet Dodwellus in Chronol. Dionys. J. Clericus.

27. Exercitibus dimissis, cum et foris pax et domi concordia ordinum otium esset, ne nimis lætæ res essent, pestilentia civitatem adorta cœgit senatum imperare decemviris, ut libros Sibyllinos inspicerent; eorumque monitu lectisternium fuit. Eodem anno Satricum ab Antiatribus colonia deducta, restitutaque urbs, quam Latini diruerant. Et cum Carthaginiensibus legatis⁸ Romæ fœdus ictum, cum amicitiam ac societatem petentes venissent. Idem otium domi forisque mansit T. Manlio Torquato, C. Plautio consulibus: * semunciarium tantum ex unciario fœnus factum,^a et in pensiones æquas triennii,^b ita ut quarta

//////////

8 Vet. lib. apud Sigon. in triennium. Vid. Not. inf.

NOTÆ

* Cum Carthaginiensibus legatis] Prisci senis syllabis Carthaginienses dixere, formato nomine ex gignendi casu, abjecta ultima litera. Posterii Carthaginienses quoque dixerunt, a Carthagine, quæ urbs Africae facile princeps, ab Elisa, seu Didone, Tyria, Pygmalionis regis sorore, 65. annis ante Romam ex Velleio, vel 72. ex Justino in littore condita, post Uticam in Africano quoque littore ab iisdem Phœnicibus statutam. Græcis Καρχηδών: incolis lingua sua Punica קרתא קרתא Carthada, sive Cartha hadath, id est, civitas nova. Hodie in ruinis jacet 15. millibus ab urbe Tuneto, loco incolis Cartin dicto, et Bersak (forte a Byrsa quæ arx fuit veteris Carthaginis): quanquam montem, qui urbis mœnibus inclusus fuisse creditur, Afris seu Arabibus Almenara, Christianis Rocca de Mastinaces appellari, Marmol testatur, qui de Africa hodierna scripsit. Vide lib. iv. c. 29. in fine.

* A. U. C. 406.

^a Semunciarium tantum ex unciario fœnus factum] Ita ut in singulos annos pro ducentis nummis unus, pro centum dimidiis præstaretur. Demi

pour cent par an. Vide supra c. 16.

Semunciarium ex unciario] In centum asses vigesimam quartam partem assis solvebant; hoc est, ut nunc loquimur, dimidium nummum in centenos nummos quotannis. Vide J. F. Gronovium de centesimis et unciariis usuris. J. Clericus.

^b In pensiones æquas triennii] Sigon. observat legi in veteribus libris in triennium. Nec aliud vel ipse, vel alii addunt, quasi in re cuius obvia. Sed si pensiones æquæ triennii tunc sunt, cum tribus æquis per tres annos pensionibus totum debitum exhauritur, quod non aliter quam præsentis pecunia fit, quid est quod quartæ pensionis mentio fiat? Vult Auctor, revera quatuor pensionibus dissolvi jussum æs alienum; ita ut quarta cujusque debiti pars statim repræsentaretur, (hoc est enim præsens,) quartæ aliæ partes sub fine primi, secundi, ac tertii anni, omnes intra triennium, numerandæ fuerint. Qua de causa legi mallem, vel in triennium, vel potius triennio: ut scilicet æquis pensionibus triennio fieret solutio: en quatre payemens dans trois ans.

præsens esset, solutio æris alieni dispensata est. Et sic quoque parte plebis affecta,^c fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit. Levatæ maxime res, quia tributo ac delectu supersessum.^c Tertio anno post Satricum restitutum a Volscis M. Valerius Corvus, secundum consul cum C. Pœtelio factus,* cum ex Latio nuntiatum esset, legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum; priusquam plus hostium fieret, Volscis arma inferre jussus, ad Satricum exercitu infesto pergit. Quo cum Antiates aliique Volsci præparatis jam ante, si quid ab Roma moveretur, copiis occurrissent, nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est. Volsci, ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum, gens, certamine victi, fuga effusa Satrici mœnia petunt; et, ne in muris quidem satis firma spe, cum corona militum cincta jam scalis caperetur urbs, ad quatuor millia militum, præter multitudinem imbellem, sese dedidere. Oppidum dirutum atque incensum: ab æde tantum Matris Matutæ^d abstinuere ignem. Præda omnis militi data. Extra prædam quatuor millia deditorum habita. Eos victos consul ante currum triumphans egit: venditis deinde magnam pecuniam in ærarium redegit. Sunt, qui hanc multitudinem captivam servorum fuisse scribant: idque magis verisimile est, quam deditos venisse.

28. Hos consules secuti sunt † M. Fabius Dorso, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum^e inde bellum ab repentina populatione cœptum. Metuque, ne id factum populi unius, consilium omnis nominis Latini^f esset, dictator vel-

^c *Et cum ita nihilominus plebis pars afflicta esset.*

NOTÆ

^c *Tributo ac delectu supersessum]* Quia nempe otium domi forisque mansit: delectus autem ac tributum belli causa indici solent.

* A. U. C. 407.

^d *Matris Matutæ]* Leucotheæ, quæ ante Ino: vel potius Auroræ, quæ Leucothea, id est, Alba Dea, et Ma-

tuta, quasi Matutina. Vide supra.

† A. U. C. 408.

^e *Auruncum]* De Auruncis ante dictum lib. 11. c. 16.

^f *Factum populi unius, consilium omnis nominis Latini]* Non tamen Latinorum veterum pars Aurunci, ac ne Volsci quidem; sed exigua Aurun-

ut adversus armatum jam Latium L. Furius creatus, magistrum equitum Cn. Manlium Capitolinum dixit. Et cum, (quod per magnos tumultus fieri solitum erat,) justitio indicto, delectus sine vacationibus^g habitus esset; legiones, quantum maturari potuit, in Auruncos ductæ. Ibi prædonum magis, quam hostium, animi inventi. Prima itaque acie debellatum est.⁹ Dictator tamen, quia et ultro bellum intulerant, et sine detrectatione se certamini offerebant, Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem ædem Junoni Monetæ^h vovit: cujus damnatus voti^d cum victor Romam revertisset, dictatura se abdicavit. Senatus duumvirosⁱ ad eam¹⁰ ædem pro amplitudine populi Romani faciendam creari jussit. Locus in arce destinatus, quæ area ædium M. Manlii Capitolini fuerat. Consules, dictatoris exercitu ad bellum Volscum usi, Soram ex hostibus,^k incautos adorti, ceperunt. Anno post, quam vota erat, ædes Monetæ dedicatur, C. Martio Rutilo tertium, T. Manlio Torquato secundum consulibus.* Pro-

^d Qua re impetrata obstrictus voto præstando.

NOTÆ

corum natio credebatur cum Latinis omnibus (quorum fuere populi minores 60.) conspirasse.

^g Sine vacationibus] Ut in tumultu Gallico, cui non absimilis Italicus. Itaque nemo ab militia tunc immunis.

^h Junoni Monetæ] Cum paulo ante Urbem captam terræ motus factus esset, scriptum a multis tradit Cic. lib. I. de Divin. vocem ab æde Junonis ex arce extitisse, ut sue plena procuratio fieret: quocirca Junonem appellatam Monetam, a monendo scilicet: ei nunc Junoni ædem vovet L. Furius, quæ intra annum in arce quoque est ædificata, ubi antea ædes M. Manlii. In æde Junonis hujus Monetæ servabantur libri lintei, in quibus imperii Romani fata seu monumenta continebantur: de qui-

bus suo loco jam egimus. Ibidem eudendæ Monetæ officina. Hæc omnia in 8. postea Urbis regione, Fori scilicet Romani.

ⁱ Duumviros] Duumviri ædis sacræ locandæ, faciendæ, dedicandæ, proprius erat magistratus, eam in rem tributis comitiis creari solitus, uti ex A. Gell. liquet, lib. v. c. 17.

^k Soram ex hostibus] Sora Volscorum oppidum fuit ad dextram Liris fluvii ripam, in finibus Hernicorum Marsorumque, supra Arpinam Ciceronis villam, et Fibreni confluentem. Stephani epitomatori Σαῦρα. Nomen præscum adhuc retinet, estque urbs episcopalis in aditu hodie regni Neapolitani, Ducatus titulo parens, genti Boncompagno.

* A. U. C. 409.

digium extemplo dedicationem secutum, simile vetusto montis Albani prodigio.* Namque et lapidibus pluit, et nox interdiu visa intendi: librisque inspectis, cum plena religione civitas esset, senatui placuit, dictatorem feriarum constituendarum causa dici. Dictus P. Valerius Publicola. Magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est. Non tribus tantum supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos;† ordoque iis, quo quisque die supplicarent, statutus. Judicia eo anno populi¹¹ tristia in foeneratores facta, quibus ab ædilibus dicta dies esset, traduntur. Et res, haud ulla insigni ad memoriam causa, ad interregnum rediit. Ex interregno, ut id actum videri posset, ambo patricii consules creati sunt, M. Valerius Corvus tertium, A. Cornelius Cossus.†

29. Majora jam hinc bella, et viribus hostium, et longinquitate vel regionum, vel temporum spatio,¹² quibus bellatum est, dicentur. Namque eo anno adversus Samnites,^m gentem opibus armisque validam, mota arma. Samnitium bellum, ancipiti Marte gestum, Pyrrhus hostis, Pyrrhum Pœni secuti. Quanta rerum moles!¹³ quoties in extrema periculorum ventum, ut in hanc magnitudinem, quæ vix sustinetur, erigi imperium posset! Belli autem causa cum Samnitibus, Romanis cum societate amicitiaque

* Decretum est ut non solum a tribus urbanis rusticisque supplicationes obirentur, sed etiam ab oppidis vicinis.

9 Est del. Gronov. Doujat. Crevier.—10 Vulg. ad eandem.—11 Vulg. populi Romani.

12 Suspectum J. F. Gronov. vocabulum spatio. Vid. Not. inf.—13 Sic

NOTÆ

* *Vetusto montis Albani prodigio]* Vide l. i. c. 31. et quæ illic notata. J. Clericus.

† A. U. C. 410.

¹ *Et longinquitate, vel regionum, vel temporum spatio]* Suspectum Gronov. vocabulum spatio: neque injuria; longinquitatem enim non mihi de tempore quam de locis dici extra dubium. Itaque aut illa vox delenda,

aut certe prius rel.

^m *Samnites]* Ab Ausonibus, qui postea Opici, sive Osci, orti feruntur Sabini: horum soboles, Varrone ac Strabone testibus, vel (ut alii vocant) pars, Samnites, Græcis Σαυνίται, quibusdam Σαυνίται, qui et communi cum Sabinis nomine Sabelli vocitati. Nam et Samnites Sabinitas primum dictos, sunt qui existiment.

juncti essent, extrinsecus venit; non orta inter ipsos est. Samnites Sidicinis^a injusta arma, quia viribus plus poterant, cum intulissent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere, Campanis sese conjungunt. Campani^o magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires, cum attulissent, fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro, in se deinde molem omnem belli verterunt. Namque Samnites, omissis Sidicinis, ipsam arcem finitimorum Campanos adorti, unde æque facilis victoria, prædæ atque gloriæ plus esset, Tifata,^p imminentes Capuæ^q colles, cum præsidio firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in planitiem, quæ Capuam Tifataque interjacet. Ibi rursus acie dimicatum: adversoque prælio Campani intra mœnia compulsi,¹⁴ cum, robore juventutis suæ acciso, nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium.

30. Legati, introducti in senatum, maxime in hanc sententiam locuti sunt: 'Populus nos Campanus^r legatos ad vos, Patres conscripti, misit; amicitiam in perpetuum, auxilium præsens¹⁵ a vobis petitum. Quam si secundis

Mss. non mole.' J. F. Gronov.—14 'Campani intra mœnia compulsi. Tò suæ significat aliter scripsisse Livium, et quidem hoc modo: *ibi rursus acie dimicatum, adversoque prælio Campanis intra mœnia compulsi cum, robore juventutis suæ acciso, &c.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

^a *Sidicinis*] Ausonum pars Sidicini, ultra Lirim, cis Vulturum siti; clausi Auruncorum (qui Ausonum quoque pars) Volscorumque agro ad occidentem, reliqua ex parte Campanis et mari Tyrrheno; aliquatenus etiam Samnitibus vicini. Hic ager pars nunc est occidna terræ Laboris, circa Teanum.

^o *Campani*] Hoc nomine proprie apud priscos intelliguntur Capuæ civis, agerque Capuanus.

^p *Tifata*] Montium jugum, quod antiquæ Capuæ imminēbat, a Vulturino amne in ortum tendens, atque ea parte Campanos fere dividens a Sam-

nitibus, *Tifata* plurali numero dicitur. Hannibalis castris, et Syllæ dictatoris, ex eo monte descendens, de Norbano consule victoria, ac Dianæ templo nobilitatus. Hodie *monti di Capoa e di Caserta*. Pars Capuam versus procurrens, *la Montagnola*.

^q *Capuæ*] De hac urbe lib. IV. cap. 34.

^r *Populus nos Campanus*] Hanc Campanorum orationem Sigonius expressam esse observat ex I. lib. Thucydidis, ubi Corcyræi auxilium ab Atheniensibus petunt adversus Corinthios.

rebus nostris petissemus, sicut cœpta celerius, ita infirmiore vinculo contracta esset. Tunc enim, ut qui ex æquo nos venisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subjecti atque obnoxii vobis minus essemus. Nunc, misericordia vestra conciliati, auxilioque in dubiis rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus, oportet; ne ingrati atque omni ope divina humanaque indigni videamur. Neque, Hercule, quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt, ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam accipiamur: ¹⁶ sed ut vetustate et gradu honoris nos præsent. Neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum est. Fuit quidem apud vos semper satis justa causa amicitiae, velle eum vobis amicum esse, qui vos appeteret. Campani, etsi fortuna præsens magnifice loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate, ulli populo præterquam vobis cedentes, haud parva (ut arbitror) accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram. Æquis Volscisque, æternis hostibus hujus urbis, quandocumque se moverint, ab tergo erimus; et, quod vos pro salute nostra priores feceritis, id nos pro imperio vestro et gloria semper faciemus. Subactis iis gentibus,^s quæ inter nos vosque sunt, quod propediem futurum spondet et virtus et fortuna vestra, continens imperium usque ad nos habebitis.^f Acerbum ac miserum est, quod fateri nos fortuna nostra cogit. Eo ventum est, Patres conscripti, ut aut amicorum, aut inimicorum Campani simus. Si defenditis, vestri: si deseritis, Samnitium erimus. Capuam ergo et Campaniam omnem vestris aut Samnitium viribus accedere malitis, deliberate. Omnibus quidem, Romani, vestram misericordiam vestrumque auxilium æquum est patere; iis tamen maxime, qui, eam im-

^f *Possidebitis dititionem continuam nullis aliorum intermediis terris divisam.*

NOTÆ

^s *Subactis iis gentibus*] Inter Campanos et Romanos erant Latini veteres, tum Æqui, Hernici, Rutuli, Volsci, Aurunci, Latio postea omnes

contributi: atque ultra Lirim Sidicini, Campanorum clientes, ac velut portio. Priorum pleraque loca jam in Romanorum erant dititione.

plorantibus aliis, auxilium dum supra vires suas præstant, omnes ¹⁷ ipsi in hanc necessitatem venerunt.⁵ Quanquam pugnâvimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, cum videmus, finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, et, ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse. Nec enim nunc, quia dolent injuriam acceptam Samnites, sed quia gaudent oblatam sibi esse causam,[†] oppugnatum nos veniunt. An, si ultio iræ hæc, et non occasio cupiditatis explendæ esset, parum fuit, quod semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere? Quæ est ista tam infesta ira, quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actas, incendia villarum ac ruinas, omnia ferro ignique vastata. Hiscine ¹⁸ ira expleri non potuit? Sed cupiditas explenda est. Ea ad oppugnandam Capuam rapit. Aut delere urbem pulcherrimam, aut ipsi possidere volunt. Sed vos potius, Romani, beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis. Non loquor apud recusantem justa bella populum; sed tamen,¹⁹ si ostenderitis ^u auxilia vestra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Usque ad nos contemptus Samnitium pervenit, supra non escendit.^{x 20} Itaque umbra vestri auxilii, Ro-

⁵ Sed præsertim illis qui adducti sunt ad eam necessitatem (implorandi auxilii vestri) eo quod aliis (ut nos Campani Sidicinis) opem supplicantibus præbere voluerint ultra id quod ferebant eorum vires.

15 *Auxilium in præsens* ed. Stroth.—16 *Vulg. suscipiamur.*—17 ‘Dele omnes, aut lege una, et forte venerint pro venerunt.’ Bauer.—18 *Hiscine* Grovov. Doujat.—19 *Legendum* monet Glareanus *sed tantum.*—20 *Al. ascendit.*

NOTE

[†] *Oblatam sibi esse causam*] Ejus rei occasionem, nimirum nos oppugnandi: id enim intelligendum est ex eo quod sequitur, ‘oppugnatum nos veniunt.’

^u *Sed tamen, si ostenderitis*] Glareanus non videbat quomodo illud *tamen* ad præcedentia cohæreret: conjiciebatque subdubitans legendum, *sed*

tantum. Melius Sigon. correctionem hanc oratoriam esse ait. Cum enim dixisset legatus, *Non loquor apud recusantem justa bella populum*, addit, *sed bello opus non erit.*

^x *Supra non escendit*] Non ad vos usque pertingit, o Romani, quorum excelsius nomen et fama.

mani, tegi possumus; quicquid deinde habuerimus, quicquid ipsi fuerimus, vestrum id omne existimaturi. Vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs frequentabitur. Conditorum, parentum, Deorum immortalium numero nobis eritis. Nulla colonia vestra erit, quæ nos obsequio erga vos fideque superet. Annuite, Patres conscripti, nutum numenque¹ vestrum² invictum Campanis, et jubete sperare, incolumem Capuam futuram. Qua frequentia omnium generum multitudinis prosequente creditis nos illinc profectos? quam omnia votorum lacrymarumque plena reliquisse? in qua nunc expectatione senatum populumque Campanum, conjuges liberosque nostros esse? Stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo, quid illis nos, Patres conscripti, sollicitis ac pendentibus animi^{2 2} renuntiare jubeatis. Alterum responsum salutem, victoriam, lucem, ac libertatem; alterum ominari horreo, quæ ferat.³ Proinde ut aut de vestris futuris sociis atque amicis, aut nusquam ullis futuris nobis, consulite.²

31. Summotis deinde legatis, cum consultus senatus esset, etsi magnæ parti urbs maxima opulentissimaque Italiæ, uberrimus ager marique propinquus ad varietates annonæ horreum populi Romani fore videbatur;^h tamen tanta utilitate fides antiquior fuit,^a responditque ita ex auctoritate

^h *Apparebat futuram Romanis pro horreo contra frugum inæqualem proventum et mutationes.*



—1 Al. *nutum nomenque*. Vid. inf. et Not. Var.—2 Vulg. *animis*.—3 Conj. Bauer. *ferct*.

NOTÆ

¹ *Nutum numenque* [*nomenque*] *vestrum*] Antiqui libri et editiones, ex Gron. *numenque vestrum invictum*. Sed satis est, opinor, semel ab his legatis *numen* dici Romanorum, in extrema nempe oratione. Hic vero recte *nutum* tantum *nomenque Romanorum*: quasi sufficeret demonstratio solum quædam, et nudum *nomen* sine re, sive, ut paulo ante dictum, *umbra*

auxilii.

² *Pendentibus animi*] Gronovii sententiam prorsus amplector, ut *animi* potius scribendum sit, quam *animis*: cui enim arrideat hæc phrasid: *illis pendentibus animis renuntiare*? Quam elegantius longe, *illis pendentibus animi*, id est, animo suspensis, *renuntiare*! Cic. 1. de Legibus, 'Ego animi pendere soleo.'

senatus consul: 'Auxilio vos, Campani, dignos censet senatus: sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobiscum foedere juncti sunt. Itaque arma, Deos prius, quam homines, violatura, adversus Samnites vobis negamus. Legatos, sicut fas jusque est, ad socios atque amicos precatum mitemus, ne qua vobis vis fiat.' Ad ea princeps legationis, (sic enim domo mandatum attulerant,)⁴ 'Quandoquidem,' inquit, 'nostra tueri adversus vim atque injuriam justa vi non vultis, vestra certe defendetis. Itaque populum Campanum,^b urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri.' Sub hæc dicta omnes, manus ad consules tendentes, pleni lacrymarum in vestibulo curiæ procubuerunt. Commoti Patres vice fortunarum humanarum, si ille præpotens opibus populus, luxuria superbiaque clarus,⁵ a quo paulo ante auxilium finitimi petissent, adeo infractos gereret animos, ut se ipse suaque omnia potestatis alienæ faceret. Tum⁶ jam fides agi visa, deditos non prodi; nec facturum æqua Samnitium populum censebant, si agrum urbemque, per deditionem factam populi Romani, oppugnarent. Legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit. Data mandata, 'ut preces Campanorum, responsum senatus amicitia Samnitium memor,⁷ deditione

//////////

4 Alii *attulerat*.—5 Conj. Bauer *clutus*.—6 Conj. Duk. *Et tum*.—7 'Senatus . . . memoris multi Mss. et edd. ant. ante Froben. quod mollius videbatur Gron. Nostra lectio doctior et optimorum Mss.' *Rupert*.

NOTE

^a *Utilitate fides antiquior fuit*] Et vero 'lucrum cum infamia, damnum potius est appellandum.' Vide Cic. lib. III. de Offic.

^b *Populum Campanum*] Formula deditionis, non absimilis ei qua se Colatini dediderunt, lib. I. c. 38.

^c *Responsum senatus amicitia Samnitium memor*] Tolerari potest respon-

sum memor, ut figurate facto Senatus ascribatur, quod Senatui conveniebat. Melius tamen, Gronovii, meoque judicio, ex Buslidiano cod. Ms. *memoris*: quod recta referetur ad *senatus*: ut appareat ex responso eum memorem fuisse initæ cum Samnitibus amicitia.

nem postremo factam, Samnitibus exponerent. Peterent pro societate amicitiaque, ut dediticiis suis parcerent: neque in eum agrum, qui populi Romani factus esset, hostilia arma inferrent. Si leniter agendo parum proficerent, denuntiarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis, ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent.^d Hæc legatis agentibus in concilio Samnitium adeo est ferociter responsum, ut non solum gesturos se esse dicerent id bellum, sed magistratus eorum e curia egressi, stantibus legatis, præfectos cohortium vocarent; iisque clara voce imperarent, ut prædatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur.

32. Hac legatione Romam relata, positis omnium aliarum rerum curis, Patres, fetialibus ad res repetendas missis, belloque, quia non redderentur, solenni more indicto, decreverunt, ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: jussuque populi consules ambo cum duobus ab Urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniam,^d Cornelius in Samnium,^e ille ad montem Gaurum,^f hic ad Saticulam^g castra ponunt. Priori Valerio Samnitium le-

NOTE

^d *Valerius in Campaniam*] Campania a Campestribus locis, aut a Capua urbe principe nomen accepit. Felix cognominata ob miram rerum omnium fertilitatem. Olim Vulturno flumine ad occidentem solem finiebatur: post ad Lirim usque termini ab ea parte promoti. Nunc maximam partem vocatur *Terra di Lavoro*, a campis opinor Laborinis, quorum Plinius meminit, quique inter Capuam et Puteolos: Græcis Phlegræi. Vid. lib. iv. c. 37.

^e *Cornelius in Samnium*] Italicorum bellicosissimi Samnites, de quorum origine dixi supra c. 29. per annos 80. adversus Romanos pari fere Marte bellarunt. Samnio veteri stricte sumto respondent hodie, *Abruzzo Citra, Contado di Molise, Ducato di Benevento*, intra Neapolitani regni li-

mites.

^f *Ad montem Gaurum*] Mons Gaurus, medio itinere inter Puteolos et Lucrinum lacum, celso vertice, a mari paulum remotus, generosi vini ferax fuit. Plin. lib. xiv. c. 6. 'Certant Massica' (vina) 'æque ex monte Gaurano, Puteolos Baiasque prospectantia:?' ubi lubens legerim, *Massica, eque monte Gaurano non toto, sed, ab eo montis latere, quod Puteolos Baiasque prospectat*. Hodie sterilis magna ex parte est, diciturque vulgo *Monte Barbaro*.

^g *Saticulam*] Male in quibusdam exemplaribus *Satricula* appellatur: sed fieri potest, ut *Satricum* Volscorum, cujus sæpe Auctor meminit, literam *r* induxerit in *Saticulam*. Campaniæ oppidum fuit, sub Tifatis monte, medio itinere inter Capuam

giones (eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant) occurrunt. Simul in Campanos stimulabat ira, tam promptos nunc ad ferenda, nunc ad arcessenda adversus se auxilia. Ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere, affirmare,ⁱ eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius, levibus certaminibus, tentandi hostis causa, haud ita multos moratus dies, signum pugnae proposuit, paucis suos adhortatus: 'Nenovum bellum eos novusque hostis terreret. Quicquid ab Urbe longius proferrent arma,^k magis magisque in imbelles gentes eos prodire. Ne Sidicinorum Campanorumque cladibus Samnitium aestimarent virtutem. Qualescumque inter se certaverint, necesse fuisse, alteram partem vinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua, quam vi hostium, victos esse.⁹ Quid autem esse duo prospera in tot saeculis bella Samnitium adversus tot decora populi Romani, qui triumphos paene plures, quam annos ab urbe condita, numeret? qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos, domita armis habeat? qui Gallos, tot praeliis caesos, postremo in mare ac naves fuga compulerit?^h Cum gloria belli ac virtute sua quemque fretos ire in aciem debere, tum etiam intueri, cujus ductu auspicioque incunda pugna sit. Utrum qui audendusⁱ duntaxat magnificus adhortator sit,¹⁰ verbis tantum

ⁱ Samnites, unusquisque, quod ad ipsum attinebat, a ducibus suis flagitabant, ut signum pugnae daretur.

^k Quanto longius ab urbe promoverent bellum.

8 Vulg. *Satriculam*.—9 Vet. lib. apud Sigon. *quam virtute hostium v. e.*

NOTÆ

et Suessulam, ubi nunc *Caserta*. In Samnitium confinio erat, quorum tunc socii Saticulani; ideoque Samnio attribuantur: postea colonia fuit Romanorum.

^h *In mare ac naves fuga compulerit*] Quando continente pulsi a Romanis Galli naves conscendere sint coacti,

non alibi, quod sciam, scribit Livius. Forte omissum quid; et ejusmodi aliquid ab Auctore scriptum fuerit: *Qui Gallos tot praeliis caesos in extremam Apuliam, Græcos postremo in mare ac naves fuga compulerit.*

ⁱ *Utrum qui audendus*] Tolerari potest hoc sensu, utrum is, cujus au-

ferox, operum militarium expertus; an qui et ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ sciat. Facta mea, non dicta, vos, milites,' inquit, 'sequi volo; nec disciplinam modo, sed exemplum etiam, a me petere. Non factionibus modo¹¹ nec per coitiones usitatas nobilibus, sed hac dextra, mihi tres consulatus summamque laudem peperit. Fuit, cum hoc dici poterat: Patricius enim eras, et a liberatoribus patriæ ortus: et, eodem anno familia ista consulatum,^k quo urbs hæc consulem, habuit. Nunc jam nobis Patribus vobisque plebeiis promiscuus consulatus patet; nec generis, ut ante, sed virtutis est præmium. Proinde summum quodque spectate, milites, decus.' Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomen memoria excessit. Semper ego plebem Romanam militiæ domique, privatus, in magistratibus parvis magnisque, æque tribunus ac consul, eodem tenore per omnes deinceps consulatus, colo atque colui. Nunc, quod instat, Diis bene juvantibus, novum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.'

33. Non alias militi familiarior dux fuit, omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo. In ludo præterea militari, cum velocitatis viriumque inter se æquales certamina ineunt, comiter facilis vincere ac vinci vultu eo-

¹ *Milites, respicite ac sperate supremam gloriam, et supremum quemvis magistratum.*



Vid. Not. Var.—10 Glareanus legendum putat: *utrum audiendus, qui magnificus duntaxat adhortator sit.* J. F. Gronov. et Doujat. assentiuntur Freinsheimio emendanti *audiendi duntaxat.* Improbat Ropert.—11 Glareanus et Doering. tollendam vocem *modo* putant. Pro *coitiones* vulg. *conciones.*

NOTÆ

spicio pugnandum, magnificus adhortator sit; sed audiendus tantum, non imitandus. Glarean. ordine vocum inverso, *utrum audiendus, qui, &c.* Sigonius, *qui audiendus,* explicat, 'eni obediendum sit.' Est enim *audire,* et Græce, ἀκούειν, ut Hebraice שָׁמַע, idem sæpenumero quod præcipienti

parere. Enucleatior tamen oratio erit, si Freinsheimii emendationem sequamur, *qui audiendi duntaxat magnificus adhortator sit.* Ut apud Virg. 'Auctor ego audendi.'

^k *Familia ista consulatum]* In P. Valerio Poplicola.

dem; nec quenquam aspernari parem, qui se offerret;^m factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienæ, quam suæ dignitatis, memor:ⁿ et, quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. Itaque universus exercitus, incredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis, castris egreditur. Prælium, ut quod maxime unquam, pari spe, utrimque æquis viribus, cum fiducia sui, sine contemptu hostium, commissum est. Samnitibus ferociam augebant novæ res gestæ et paucos ante dies geminata victoria; Romanis contra quadringentorum annorum¹ decora, et conditæ urbi æqualis victoria: utrisque tamen novus¹² hostis curam addebat.^o Pugna iudicio fuit, quos gesserint animos. Namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu in neutram partem inclinarent¹³ acies. Tum consul, trepidationem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus immissis turbare prima signa hostium conatur. Quos ubi nequicquam tumultuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit, nec posse aperire in hostes viam, reiectus ad antesignanos legionum, cum desiluisset ex equo, 'Nostrum,' inquit, 'peditum illud, milites, est opus. Agitedum, ut me videritis, quacumque incessero in aciem hostium, ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite. Illa omnia, qua nunc¹⁴ erectæ micant hastæ, patefacta strage vasta cernetis.' Hæc dicta dederat, cum equites consulis jussu discurrunt in cornua, legionibus in

^m Et neminem contemnebat, qui socius esse vellet certaminis, et secum contendere.

ⁿ Quod ad facta attinet, humanus quatenus res ipsa, personarum scilicet ac temporum ratio, patiebatur; quantum ad verba æque libertatem aliorum, suumque decorem servabat.

^o Sed utrisque (et Romanis et Samnitibus) sollicitudinem afferebat solito majorem, quod res erat futura cum hoste inusitato, et nondum experto.

12 Legit Jac. Gronov. ex Rott. utrisque tam novus.—13 Vulg. inclinaret.—

NOTÆ

¹ Quadringentorum annorum] Annus conditu cæpere: cui æqualis victoria quidem 410. ab Urbe cond. nec via quod dicitur, intelligi debet pro belli decora statim ab ipso Urbis pe æqualis.

Delph. et Var. Clas.

Livius.

4 D

mediam¹⁵ aciem aperiunt viam. Primus omnium consul invadit hostem, et, cum quo forte contulit gradum, obtruncat.^p Hoc spectaculo accensi dextra lævaque, ante se quisque, memorandum prælium cient.^{16 m} Stant obuisi Samnites, quanquam plura accipiunt, quam inferunt, vulnera. Aliquamdiu jam pugnatum erat: atrox cædes circa signa Samnitium, fuga ab nulla dum parte erat. Adeo morte sola vinci destinaverant animis. Itaque Romani, cum et fluere¹⁷ jam lassitudine vires sentirent, et diei haud multum superesset,¹⁸ accensi ira concitant se in hostem. Tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam, apparuit; tum capi, occidi Samnis. Nec superfuissent multi, ni nox victoriam magis, quam prælium, diremisset. Et Romani fætebantur, nunquam cum pertinacior hoste conflictum: et Samnites, cum quæreretur, quænam prima causa tam obstinatos movisset in fugam; ‘oculos sibi Romanorum ardere visos,’ aiebant, ‘vesanosque vultus et furentia ora: inde plus, quam ex alia ulla re, terroris ortum.’ Quem terrorem non pugnae solum eventu, sed nocturna profectioe, confessi sunt. Postero die vacuis hostium castris Romanus potitur: quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit.

34. Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnioⁿ fædatum est. Nam ab Saticula profectus Cornelius consul exercitum incaute in saltum, cava valle pervium, circaque insessum ab hoste, induxit: nec prius, quam recipi tuto signa non poterant, imminentem capiti hostem vidit. Dum id moræ Samnitibus est, quoad totum in val-

^p Et cum interfecit, cum quo primum casu congressus est.



14 Vulg. *Illu nunc omnia, qua nunc.*—15 Vulg. *legionibusque in mediam.*—16 *Ciet Gronov. Doujat. Crevier.*—17 *Cum effluere Gronov. Doujat.*—18 *Superesse Gronov. Doujat. Crevier.*

NOTÆ

^m *Ante se . . . prælium cient*] Uno, ubi Saticula Campaniæ finibus inclusa, ut diximus, sed socia Samnitum.

ⁿ *In Samnio*] In confinio Samnii,

lem infimam demitteret¹⁹ agmen; ° P. Decius tribunus militum^p conspicit unum editum in saltu collem, imminentem hostium castris, aditu arduum impedito agmini, expeditis haud difficilem. Itaque consuli territo animi, ‘Videsne tu,’ inquit, ‘A. Corneli, cacumen illud supra hostem? Arx illa est spei salutisque nostræ, si eam, quam cæci reliquere Samnites, impigre capimus. Ne²⁰ tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatosque, dederis. Cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu, teque et exercitum serva. Neque enim moveri hostis, subjectus nobis ad omnes ictus, sine sua pernicie poterit. Nos deinde aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus expediet.’ Collaudatus ab consule, accepto præsidio, vadit occultus per saltum; nec prius ab hoste est visus, quam loco, quem petebat, appropinquavit. Inde admiratione paventibus cunctis, cum omnium in se vertisset oculos; ^q et spatium consuli dedit ad subducendum agmen in æquiolem locum, et ipse in summo constitit vertice. Samnites, dum huc illuc signa vertunt, utriusque rei amissa occasione, neque insequi consulem, nisi per eandem vallem, in qua paulo ante subjectum cum telis suis habuerant, possunt, nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumultum.



19 ‘Ex aliquot Mss. *demitterent* recepere Gron. et Drak. qui perperam hoc verbum ad Samnites referunt.’ *Rupert.*—20 *Nec Gronov. Doujat. Crevier.*—

NOTÆ

° *Demitteret* [*demitterent*] *agmen* Variant exemplaria: plerique in singulari numero habent *dimitteret*; nonnulli in numero multitudinis, *demitterent*. Hoc Gronov. probat, refertque ad Samnites. Mihi vulgata magis arridet, ut ad Cornelium consulem Romanum referatur. Vult enim Livius, ni fallor, expectasse Samnites, donec Romanus exercitus in infima vallis descendisset, quo ei ex locis editioribus supervenirent. Nam ut ipsi descenderent, non multum erat moræ interponendum; atque ita

tempus Decio non fuisset superiorem hostium castris collem occupandi.

^p *P. Decius tribunus militum*] Cognomento Mus, qui tunc legionis tribunus, postea consul se pro patria devovit.

^q *Admiratione paventibus cunctis, cum omnium in se vertisset oculos*] Horum duorum videtur alterum sufficere; nec Livianum satis videtur post *cunctis* addere *omnium*: aliudque admiratio, aliud pavor. Illud itaque, *admiratione paventibus cunctis*, libens reseceim.

Sed cum ira in hos magis, qui fortunam gerendæ rei eripuerant, tum propinquitas loci atque ipsa paucitas incitat; et nunc circumdare undique collem armatis volunt, ut a consule Decium intercludant; nunc viam patefacere, ut degressos in vallem adoriantur. Incertos, quid agerent, nox oppressit. Decium primum spes tenuit, cum subeuntibus in adversum collem ex superiore loco se pugnaturum; deinde admiratio incessit, quod nec pugnam inirent, nec, si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur, opere se valloque circumdarent. Tum centurionibus ad se vocatis, ‘Quænam illa inscitia belli ac pigritia est? aut quonam modo¹ isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? Huc atque illuc signa moveri, ac modo in unum conferri, modo educi videtis. Opus quidem incipit nemo, cum jam circumdati vallo potuerimus esse. Tum vero nos similes istorum simus, si diutius hic moremur, quam commodum sit. Agitedum, ite mecum, ut, dum lucis aliquid superest, quibus locis præsidia ponant, qua pateat hinc exitus, exploremus.’ Hæc omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis,² ne duces circumire hostes notarent, perlustravit.

35. Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet: ^r ‘ubi secundæ vigiliæ buccina datum signum esset,^s armati cum silentio ad se convenirent.’³ Quo ubi,



1 Vulg. est, quonam modo.—2 Mss. nonnulli *indutis*.

NOTÆ

^r *Tesseram dari jubet*] Tessera in militia erat tabella, quam ab imperatore acceptam tribuni ad centurionem mittebant, per quem ceteris centurionibus mitteretur, atque ab his significaretur militibus; deinde ante noctem reditura ad imperatorem. Hic non imperator, sed tribunus legionis tesseram dedit; verbo an scripto, parum refert.

^s *Buccina datum signum esset*] Mirum hic Glareano videtur, quomodo

taciti ad Decium venerint legionarii, cum iis buccina signum datum fuerit. Verum cum hi milites visi hostibus essent, nihil erat quod dando vigiliarum signo abstinere, quasi sic latere possent: immo id ad fallendos Samnites valebat, qui sic facile in animum inducerent, hanc Romanorum manum eodem loco pernoctaturam. In motu et congressu ad tribunum servari silentium sufficiebat: quod ut imperatum, ita et factum.

sicut edictum erat, taciti convenerunt, ‘Hoc silentium, milites,’ inquit,⁴ ‘omisso militari assensu,’ in me audiendo servandum est. Ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis: quæ pars major erit, eo stabitur consilio.⁵ ^u Nunc, quæ mente agitem, audite. Non fuga delatos, nec inertia relictos hic vos circumvenit hostis. Virtute cepistis locum; virtute hinc, oportet, evadatis. Veniendo huc exercitum egregium populi Romani servastis; erumpendo hinc vosmet ipsos servate. Digni estis, qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egeritis. Cum eo hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit; hunc tam opportunum collem imminentem capiti suo non ante viderit, quam captum a nobis; nos tam paucos tot ipsi millibus hominum⁶ nec ascensu aruerint, nec tenentes locum, cum diei tantum superesset, vallo circumdederint. Quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum, oportet, fallatis; immo necesse est. In eo enim loco⁷ res sunt nostræ, ut vobis eo magis necessitatis vestræ index, quam consilii auctor, sim. Neque enim, maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest; cum, præter arma et animos armorum memores, nihil vobis fortuna reliqui fecerit, fameque et siti moriendum sit, si plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. Ergo una est salus erumpere hinc atque abire. Id aut in-



3 *Venirent Gronov. Crevier. all.—4 ‘Duo Pall. meliores cum Vossiano, Hoc silentium, miles, inquit: satis commode.’ J. F. Gronov.—5 Tentabat Doering. cujus pars major erit, eo stabitur consilio. Vid. inf. et Not. Var.—6 Legendam monet Jac. Gronov. tot ipsi millia hominum.—7 Verba enim loco*

NOTE

Posset tamen subtilior quis suspicari, tacentibus Romanorum buccinis, potuisse hos milites, ad cantum hostilis buccinæ secundam vigiliam notantis, tacitos ad condictum venire.

¹ *Omisso militari assensu*] Sine acclamatione militari, aut verbis quæ assensum testentur, quæque ab hos-

tibus audiri possent.

^u *Quæ pars major erit, eo stabitur consilio*] Sigon. et Juretus in Symmachum, *ejus stabitur consilio*; sed vetus scriptura, *eo stabitur consilio*, Gronovio arridet, tanquam venustior: quasi dicas, quod consilium major pars approbabit, ei adhærebimus.

terdiu aut nocte faciamus, oportet. Ecce autem aliud minus dubium.^{8 x} Quippe si lux expectetur, quæ spes est, non vallo perpetuo fossaque nos septurum hostem? qui nunc corporibus suis subjectis^{9 y} undique cinxerit, ut videntis, collem. Atqui, si nox opportuna est eruptioni, sicut est, hæc profecto noctis aptissima hora est. Signo secundæ vigiliæ^z convenistis, quod tempus mortales somno altissimo premit. Per corpora sopita vadetis; vel silentio incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pavorem injecturi. Me modo sequimini, quem secuti estis. Ego eandem, quæ duxit huc, sequar fortunam. Quibus hæc salutaria videntur, agitedum, in dextram partem pedibus transite.⁷

36. Omnes transierunt, vadentemque per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. Jam evaserant media castra, cum superscandens vigilum strata somno corpora miles offenso scuto præbuit sonitum.⁹ Quo excitatus vigil¹⁰ cum proximum movisset, erectique alios concitarent, ignari cives an hostes essent, præsidium erumperet, an consul castra cepisset; Decius, cum non fallerent,¹¹ clamorem tollere jussis militibus, torpidos somno insuper pavore exanimat; quo præpediti, nec arma impigre capere, nec obsistere, nec insequi poterant. Inter trepidationem tu-

⁹ In scutum Samnitis impingens, strepitum edidit.



a quibusdam Mss. absunt, prob. J. F. Gronov.—8 Vulg. *Ecce hoc aliud minus d.*—9 Malit J. F. Gronov. *objectis*.

10 'Duo meliores Pall. et Voss. *quo exterritus vigil*. Num fuit *quo expergitus?* . . . Chifflet. *exercitus*. Voss. *excitatus*: sed in marg. eadem fere manu, *excitus*: quod etiam non incommodum. Mirum vero et eosdem duos Pall. pro *erectique* habere *excitique*.' J. F. Gronov. Vid. Not. Var.—11 'Vet.

NOTÆ

^x *Ecce autem aliud minus dubium*] loco.

Vult hand dubie minus periculosum esse consilium posterius, nempe erumpendi de nocte. Perspicuum magis esset, *Hocce autem illo minus dubium*.

^y *Corporibus suis subjectis*] Mavult Gronov. *objectis*: sed idem valet hic *subjectis*, id est, oppositis ab inferiori

^z *Signo secundæ vigiliæ*] Quarta sc. hora noctis. Etenim, teste Veget. l. III. c. 8. 'In quatuor partes ad Clepsydram sunt divisæ vigiliæ, ut cuique non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare.'

multumque Samnitium, præsidium Romanum,^a obviis custodibus cæsis, ad castra consulis pervadit. Aliquantum supererat noctis, jamque in tuto videbantur¹² esse; cum Decius, ‘Macti virtute,’ inquit, ‘milites Romani, este. Vestrum iter ac reditum omnia sæcula laudibus ferent. Sed ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die opus est. Nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox tegat. Hic lucem quieti opperiamur.’ Dictis obtemperatum: atque ubi primum illuxit, præmisso nuntio ad consulem in castra,^b ingenti gaudio concitantur;¹³ et, tessera data, incolumes reverti,^r qui sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo objecissent, pro se quisque obviam effusi laudant, gratulantur, singulos universosque servatores suos vocant: Diis laudes gratesque agunt, Decium in cælum ferunt. Hic Decii castrensium triumphus^c fuit, incedentis per media castra cum armato præsidio, coniectis in eum omnium oculis, et omni honore tribunum consuli æquantibus. Ubi ad prætorium ventum est, consul classico ad concionem convocat, orsusque meritas Decii laudes, interfante ipso Decio, distulit concionem: qui auctor omnia posthabendi, dum occasio in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes, et

^r *Sparsa per tesseram fama, eos salvos redire.*



lib. quando non fallerent: alii quoniam non fallerent.’ Sigon.—12 Al. videbatur.—13 Conj. J. F. Gronov. præmisso nuntio ad consulem castra ingenti gaudio concitantur.

NOTE

^a *Præsidium Romanum*] Deciani illi milites, qui in collis vertice, velut in præsidio locati, vere præsidium reliqui exercitus fuerant. Idem cap. sequenti dicuntur Decii præsidium.

^b *Præmisso nuntio ad consulem in castra*] Hac servata lectione, non erit quo regatur verbum, *concantantur*, quod mox sequitur: facile tamen intellexerimus milites qui in castris. Verum rotundius res explicabitur, si scribamus cum Gron. *Præmisso nuntio ad*

consulem, castra ingenti gaudio concitantur: demta nimirum præpositione *in*, quæ ad sententiam nihil confert quam ut id exprimat quod per se satis patet. Quo enim nuntius ad consulem bellum gerentem mitteretur, nisi in castra?

^c *Castrensium triumphus*] Species triumphi hæc fuit, quem non ut imperatores in urbe, sed tanquam tribunus legionis in castris egit Decius.

nocturno pavore attonitos, et circa collem castellatim dissipatos, aggrederetur. Credere etiam aliquos, ad se sequendum emissos, per saltum vagari. Jussæ legiones arma capere: egressæque castris, cum per exploratores notior jam saltus esset, via patientiore ad hostem ducuntur. Quem incautum improvise adortæ, cum palati passim Samnitium milites, plerique inermes, nec coire in unum, nec arma capere, nec recipere intra vallum se possent, paventem primum in castra compellunt: deinde castra ipsa, turbatis stationibus, capiunt. Perfertur circa collem clamor: fugatque ex suis quinque præsiidiis.^d Ita magna pars absentis hosti cessit. Quos intra vallum egerat pavor, (fuere autem ad triginta millia,) omnes cæsi; castra direpta.

37. Ita rebus gestis, consul, advocata concione, P. Decii non cœptas solum ante, sed cumulas nova virtute laudes peragit; et, præter militaria alia dona, aurea corona eum et centum bubus, eximioque uno albo^e opimo auratis cornibus, donat. Milites, qui in præsidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in præsentia singulis bubus binisque privis tunicis donati.^f Secundum consulis donationem legiones gramineam coronam^f obsidionalem, cla-

^e Et duabus in singulos tunicis.

NOTÆ

^d Fugatque ex suis quinque præsiidiis] Et Samnites, quicumque circa saltum in præsiidiis erant, terrore per circumlatum clamorem injecto, compelluntur in fugam.

^e Eximioque uno albo] Apud Macrobr. a Sigonio laudatum, 'eximii nomen sacrificale est:' additurque 'eximias dictas hostias quæ ad sacrificium destinatæ eximantur a grege.' Vel, 'quod eximia specie, quasi offerendæ numinibus eligantur.' Et hic itaque taurus albus auratis cornibus datus, ne Decio deesset victima conveniens, qua Diis grates persolveret.

^f Legiones gramineam coronam] Corona graminea, quæ et obsidionalis, ea est, auctore Gell. lib. v. cap. 6. 'quam qui obsidione liberati sunt, dant ei duci qui liberavit;' ut enim Plinius quoque testatur lib. xxii. c. 4. 'Ceteras imperatores dedere, hanc solam miles imperatori.' Festus coronam nullam fuisse graminea nobiliorem, eamque majori in pretio habitam, quam civicam ipsam: quod nempe hæc ob civem unum, illa ob universum exercitum servatum daretur. Plin. lib. xvi. cap. 4. Decium narrat frondea, id est, civica, donatum ab exercitu, quem servaverat.

more donum approbantes, Decio imponunt. Altera corona, ejusdem honoris index, a præsidio suo imposita est. His decoratus insignibus bovem eximium Marti immolavit; centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant. Iisdem militibus legiones libras farris et sextarios vini^g contulerunt: omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium assensus, gerebantur. Tertia pugna ad Suessulam^h commissa est; qua fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus, omni robore juventutis domo accito, certamine ultimo fortunam experiri statuit. Ab Suessula nuntii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium consulem, opem oratum, veniunt. Confestim signa mota; relictisque impedimentis castrorum valido præsidio,ⁱ raptim agitur agmen: nec procul ab hoste locum perexiguum¹⁴ (ut quibus, præter equos, ceterorum jumentorum calonumque turba abesset)^u castris cepit. Samnitium exercitus, velut haud ulla mora pugnae futura esset, aciem instruit: deinde, postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad castra hostium succedit. Ibi ut militem in vallo vidit, missique ab omni parte exploratum, quam in exiguum¹⁵ orbem contracta castra essent, paucitatem inde hostium colligentes, retulerunt; fremere omnis acies, complendas esse fossas scindendumque vallum, et in castra irrumpendum. Transactumque ea temeritate bellum foret, ni duces continuissent impetum militum. Ceterum, quia multitudo sua comnea-

ⁱ Et firma militum manu, relicta ad sarcinas castrorum custodiendas.

^u Utpote qui jumentis (præter equos ad prælium necessarios) et lixarum multitudine carerent.

14 Vulg. exiguum.—15 Vet. lib. probante Sigon. quod in exiguum.—

NOTE

^g Sextarios vini] Reliqui milites pro se quisque singulas frumenti libras, singulosque vini sextarios contulerunt: continebat autem sextarius heminas duas, sive cyathos duodecim: id est, aquæ libram cum semisse.

^h Ad Suessulam] Medio Capuam

inter et Nolam spatio, novem ab utraque passuum millibus, non procul Clani sive Linterno amne, fuit Suessula, Campaniæ oppidum: coloniam postea Romanorum accepit. Jacet in ruinis, eo loco ubi *Castello di Sessola*,

tibus gravis, et prius sedendo ad Suessulam, et tum certaminis mora, haud procul ab rerum omnium inopia esset; placuit, dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros militem duci. Interim et Romano, qui expeditus, quantum humeris inter arma geri posset frumenti, secum attulisset, defutura omnia. Consul palatos per agros cum vidisset hostes, stationes infrequentes relictas; paucis milites adhortatus, ad castra oppugnanda ducit. Quæ cum primo clamore atque impetu cepisset, pluribus hostium in tentoriis suis, quam in portis valloque, cæsis; signa captiva in unum locum conferri jussit; relictisque duabus legionibus¹⁶ custodiæ et præsidii causa, gravi edicto monitis, ut, donec ipse revertisset, præda abstinerent; profectus agmine instructo, cum præmissus eques velut indagineⁱ dissipatos Sannites ageret, cædem ingentem fecit. Nam neque quo signo coirent inter se, neque, utrum castra peterent, an longiorem intenderent fugam, territis constare poterat. Tantumque fugæ ac formidinis fuit, ut ad quadraginta millia scutorum, nequaquam tot cæsis, et signa militaria cum iis, quæ in castris capta erant, ad centum septuaginta ad consulem deferrentur. Tum in castra hostium reditum: ibique omnis præda militi data.

38. Hujus certaminis fortuna et Faliscos, cum in induciis essent,¹⁷ foedus petere ab senatu coëgit, et Latinos, jam exercitibus comparatis, ab Romano in Pelignum^k vertit bellum. Neque ita rei gestæ fama Italiæ se finibus tenuit; sed Carthaginienses quoque legatos gratulatum

16 ' Jac. Gronov. recte, opinor, emend. *duabus cohortibus, vel duobus millibus.*' Rupert. *Duabus cohortibus* probat et Stroth.

17 ' Duo Pall. et Voss. uterque omittunt præpositionem *in*. Ambigo an

NOTÆ

ⁱ *Velut indagine*] Indaginis nomine proprie intelligitur plagarum sen retinum longa series, quibus a venatoribus feras indagantibus saltus nemorave cinguntur, ne qua feris pateat effugium. Hoc exemplo Sannites palantes atque dispersos egit nunc

Valerius.

^k *In Pelignum*] Inter minores Italiæ gentes fuere Peligni, qui a Sabinis orti in Sannitum fere nomen cum vicinis aliis transiere, qui nunc *Aprutini*. Pelignorum oppida præcipua Corfinium et Sulmo.

Romani misere cum coronæ aureæ dono, quæ in Capitolio in Jovis cella poneretur. Fuit pondo viginti quinque. Consules ambo de Samnitibus triumpharunt, sequente Decio insigni cum laude donisque: cum incondito militari joco haud minus tribuni celebre nomen, quam consulum, esset. Càmpanorum deinde Suessanorumque¹⁸¹ auditæ legationes: precantibusque datum, ut præsidium eo in hyberna mitteretur, quo Samnitium excursiones arcerentur. Jam tum minime salubris militari disciplinæ Capua instrumento omnium voluptatum¹⁹ delentis militum animos avertit a memoria patriæ; inibanturque consilia in hybernis eodem scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent:^m 'neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versurum. Cur autem potius Campani agrum Italiæ uberrimum, dignam agro urbem, qui nec se nec sua tutari possint, quam victor exercitus haberet, qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulisset? An æquum esse, dediticios suos illa fertilitate atque amœnitate perfrui; se, militando fessos, in pestilente atque arido circa Urbem solo † luctari, aut in urbe insidentem ta-

fuert, cum induciæ exissent.' J. F. Gronov.—18 'Legendum esse *Suessulanorum* patet: sed jam *Sigonium* hoc monuisse video.' Stroth. *Suessulanorum*

NOTE

¹ *Suessanorumque*] Duæ fuere hoc terrarum tractu oppida *Suessæ* nomine: *Pometia* *Volscorum*, quæ a *Tarquiniis Superbi* temporibus eversa, et *Aurunca*, quæ inter *Lirim* et *Savonem*, sub *Massico* monte, simplici *Suessæ* nomine intelligi, et aliquo post hæc tempore colonia Romanorum esse cœpit. Hodie *Sessa* in terra *Laboris*, regni que *Neapolitani* limine. *Sigonius* *Suessulanorum* putat legendum, a *Suessula*, ad quam pugnatum est. Sed *Suessula*, in *Campanorum* agro, præsidium, opinor, cum *Capua* accepit. *Snessa* paulo remotior, nec minus excursionibus *Samnitum* opportuna, post subactos ab illis *Sidicinos*.

^m *Per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent*] *Novi* ex *Samnitibus* *Campani*, antiquis civibus *Etruscis*. Vide supra lib. *iv.* cap. 37.

† *In pestilente atque arido circa Urbem solo*] *Omnes*, qui *Romanum* agrum viderunt, et æstate præsertim in *Campania Romana*, ut nunc loquuntur, iter fecerunt, idem uno ore testantur. At antea lib. *v.* cap. 54. saluberrimos colles urbis *Romæ* jactat *Camilus*. *Just. Lipsius* de magnit. *Rom.* l. *iii.* c. 1. ait hodie vix ita esse, sed causam tribuit cum solitudini et desertioni, tum anris e vicinis paludibus, vel æstuariis. Crediderim *Camillum* quidem oratorio more loqui;

bem ²⁰ crescentis in dies fœneris pati? Hæc agitata occultis conjurationibus, necdum vulgata in omnes consilia, invenit novus consul C. Marcius Rutilus,¹ * cui Campania sorte provincia evenerat, Q. Servilio collega ad Urbem relicto. Itaque cum omnia ea, sicut gesta erant, per tribunos comperta haberet, et ætate et usu doctus,² (quippe qui jam quartum consul esset, dictatorque et censor fuisset,) optimum ratus, differendo spem, quodcumque vellent, consilii exequendi, militarem impetum frustrari;³ rumorem dissipat, in iisdem oppidis et anno post præsidia hybernatura. Divisa enim erant per Campaniæ urbes, manaverantque a Capua consilia in exercitum omnem. Eo laxamento cogitationibus dato, quievit in præsentia seditio.

39. Consul, educto in æstiva milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare missionibus^o turbulentorum hominum instituit, aliis emerita dicendo stipendia esse, alios graves jam ætate aut viribus parum validos. Quidam in commeatus mittebantur,^p singuli primo, deinde et

¹ *Arbitratus utilissimum fore, si eluderetur militum vis præsens, protrahendo ipsis spem perficendi propositum alio tempore, quotiescumque tuberet.*



recepit et Kreyssigius.—19 *Voluptatum* Gronov. Donjat. Crevier.—20 *Vulg. insidentem labem.*—1 *Adjiciendum quartum: fuit enim eos. annis 398. 403. 411. atque hoc anno. Quare temere hic quidam pro quartum posnerunt tertium. Q. item Servilio adjiciendum III. quippe qui prius bis fuit, anno 393. nisi quis intra tam paucos annos alium esse contendat, aut prænominibus variatum.* *Glareanus.*—2 *Vulg. comperta et æt. haberet et usu doct.*

NOTÆ

ex quo non semper vera, sed quæ conducunt, dicuntur; milites vero, de quibus hic Livius, ex vero describere agrum Romanum. *J. Clericus.*

^o *Insidentem tabem*] Ut tabes visceribus, sic fœnebre malum facultatis debitoris ita inhaeret, ut eas paulatim exedat.

* A. U. C. 411.

^o *Exercitum purgare missionibus*] Militaris missio quadruplex fuit, honesta, causaria, gratiosa, ignominio-

sa. Priorum fere generum missionibus exercitum purgare seditiosis instituit hic Marcius; periude ut corpus missione sanguinis purgari solet.

^p *Quidam in commeatus mittebantur*] Nomen 'commeatus' duo præsertim significat: modo commeandi, sive eundi, et abeundi facultatem alicui publica auctoritate datam: modo cibaria sive annonam, sine quibus commeari nequit. Utro sensu hic

cohortes quædam, quia procul ab domo ac rebus suis hybernassent. Per speciem etiam militarium usum, cum alii alio mitterentur, magna pars ablegati. Quam multitudinem consul alter Romæ prætorque, alias ex aliis fingendo moras, retinebat. Et primo quidem, ignari ludificationis, minime inviti domos revisebant. Postquam neque reverti ad signa primos, nec ferme alium, quam qui in Campania hybernassent, præcipueque ex iis seditionis auctores mitti viderunt; primum admiratio, deinde haud dubius timor inaccessit animos, consilia sua emanasse: ^y ‘jam quæstiones, jam indicia,³ ^q jam occulta singulorum supplicia, impotensque et crudele consulum ac Patrum in se regnum passuros.’ Hæc, qui in castris erant, occultis sermonibus serunt,⁴ nervos conjurationis ejectos ⁵ ^r arte consulis cernentes. Cohors una, cum haud procul Anxure esset, ad Lautulas^s saltu

y Divulgata indicio alicujus incepta sua.

3 Al. *judicia*.—4 *Ferunt Gronov. Crevier.*—5 ‘Placet Puteani conjectura *exsectos*, quod aptius accommodatur voci *nervos*.’ Stroth. Vid. Not. inf.—

NOTÆ

sumatur, ambigi potest. Primum quidem magis huic loco convenire suadet subdita ratio, vel potius color, ‘quia procul ab domo ac rebus suis hybernassent.’ Hæc enim gratiosæ missionis non improbabilis occasio. Sed hoc sensu commeatum dari aut obtineri dixeris, non aliquem in commeatum mitti. Nisi forte id Auctor velit in *commeatus*, id est, ad tempus per commeatum, sive specie commeatum, mittebantur. Nam ad annonam si missos velimus, jam extra rem erit addita ex longinquis hybernis ratio. Sed hæc causa ad alias missionum species referri potest. Itaque hoc loco commeatum pro re frumentaria, seu viatico, dici puto, quo facile destituuntur, qui diu domo abfuere. Sic tridui tantum commeatum quis habere dicitur, ut indicetur

instare paupertatem extremam.

^q *Indicia* [*judicia*] Alii *indicia*, nempe a consciis: sed plus aliquid judiciorum nomine significatur, unde major præsentiorque metus.

^r *Nervos conjurationis ejectos*] Puteanus conjicit *exsectos*: quod malim, quam Gebhardi *electos*. Metaphora est, qua seditionis duces, quibus universum velut corpus conjurationis continebatur, nervi appellabantur: qua metaphora siquidem contentus esse Auctor voluit, recte dicere potuit *ejectos*, ut ad homines ea vox referatur; sin allegoriæ quadam specie continuare ejusmodi figuram placuit, melius erit *exsectos* dixisse, ut nervi intelligantur.

^s *Ad Lautulas*] Locus fuit in Pomtini agri finibus, paulo supra Tarracinam, non longe ab Ufente fl. Lau-

angusto inter mare ac montes consedit, ad excipiendos, quos consul aliis atque aliis (ut ante dictum est) causis mittebat. Jam valida admodum⁶ numero manus erat; nec quicquam ad justī exercitus formam, præter ducem, deerat. Incompositi itaque prædantes in agrum Albanum perveniunt, et sub jugo Albæ Longæ castra vallo cingunt. Perfecto inde opere, reliquum diei de imperatore sumendo sentiētiis decertant, nulli ex præsentibus satis fidentes. ‘Quem autem ab Roma posse exciri?’⁷ quem Patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens offerat, aut cui ex injuria insanientis exercitus¹ causa recte committatur?’ Postero die, cum eadem deliberatio teneret, ex prædatoribus vagis quidam compertum attulerunt, T. Quintium in Tusculano agrum colere, Urbis honorumque immemorem. Patriciæ hic vir gentis erat: cui cum militiæ, magna cum gloria actæ, finem pes alter ex vulnere claudus fecisset, ruri agere vitam procul ambitione ac foro constituit. Nōmine audito, extemplo agnovere viram: et, quod bene verteret, acciri jusserunt. Sed parum spei erat, voluntate quicquam facturum. Vim adhiberi ac metum placuit. Itaque silentio noctis cum tectum villæ, qui ad id missi erant, intrassent; somno gravem Quintium oppressum, nihil medium, aut imperium atque honorem,² aut, ubi restitaret, mortem, ni sequeretur, denuntiantes,⁸ in castra per-

//////////

6 Vulg. *Jam valido adm.*—7 Vulg. *acciri.*—8 ‘*Imperium atque honorem, &c.* Hæc corrupta visa sunt Gronovio, Donjatio, aliisque, quod in priore membro conditio desit, in altero pleonastice geminata *ubi restitaret, ni sequeretur.* Quare Gronovius quidem locum sic constituere volebat, *imperium atque honorem si sequeretur, aut ubi restitaret mortem.* Doujatius vero *ni sequeretur* tanquam interpretamentum τοῦ *ubi restitaret* ejicere malebat; quod et Drakenborchio magis probabile. Neque ego aliter sentire possim, nisi forsā hæc facilius videatur ratio, ut *ubi* non pro *si*, sed pro *cum*, positum existimemus.’

NOTÆ

tulæ, sive Lantolæ, ‘a lavando dictæ,’ secundum Varr. l. iv. de Ling. Lat. ‘quod ibi ad Janum geminum aquæ calidæ fuerunt.’ Fuit hic locus in saltu angusto, non procul mari, ipsæque angustię eo nomine appellatæ videntur.

¹ *Ex injuria insanientis exercitus]* Verba sunt ipsorum militum, fatentium se illata sibi injuria ad insaniam, furem, desperationemque actos.

² *Aut imperium atque honorem]* Vidit Gronov. vulgatæ editionis vitium,

traxerunt. Imperator extemplo adveniēns appellatus; insigniaque honoris exterrito subitæ rei miraculo deferunt, et ad Urbem ducere jubent. Suo magis inde impetu, quam consilio ducis, convulsis signis, infesto agmine ad lapidem octavum viæ,⁹ quæ nunc Appia est, perveniunt: issentque confestim ad Urbem, ni venire contra exercitum dictatoremque adversus se M. Valerium Corvum dictum audissent, et magistrum equitum L. Æmilium Mamercinum.

40. Ubi primum in conspectum^x ventum est, arma signaque¹⁰ agnovere; extemplo omnibus^y memoria patriæ iras permulsit. Nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem, nec, præter externa, noverant bella: ^zultimaque rabies secessio ab suis habebatur. Ita jam duces, jam milites utrimque, congressus quærere ad colloquia. Quintius, quem armorum etiam pro patria satietas teneret, nedum adversus patriam; Corvus, omnes caritate cives, præcipue milites, et ante alios suum exercitum, complexus, ad colloquium processit. Cognito ei extemplo haud minor¹¹ ab adversariis verecundia, quam ab suis silentium, datum:

^z Nondum Romani eo sævitie pervenerant, ut civium sanguinem sine horrore effunderent: nec bellis nisi adversus externos inbuti erant, et exerciti.

//////////

Stroth.—9 ‘Via Mss. nonnulli. Atque sic alias loqui amat Livius, nisi forsam ad vitandum quintum ablativum, post ‘impetu,’ ‘consilio,’ ‘signis’ et ‘agmine,’ h. l. genitivo usus sit.’ *Stroth.*

10 Legendum monet J. F. Gronov. *in conspectum ventum, et arma signaque.*—11 ‘Haud minore. Vulgo in omnibus Mss. et Edd. minor perperam. In uno vero est haud minor ejus ab adv.’ *Stroth.* *Minore* dat Kreyssigius.—

NOTÆ

ubi est nihil medium, aut imperium atque honorem; aut ubi restitaret, mortem, ni sequeretur, denuntiantes. In priori membro deesse aliquid, in altero superesse. Itaque sic restituit, ut habetur in contextu. Sed quoniam et ordinem verborum invertit, et si legit pro ni sequeretur, quod nihil aliud est quam ubi restitaret, prius illud tanquam superfluum, et explicando alteri ad marginem insertum, volens deleverim. Sufficit enim par-

ticipium denuntiantes ad utrumque membrum explicandum; nempe nihil medium, sed, aut imperium et honorem, aut, si resisteret, mortem denuntiantes.

^x Ubi primum in conspectum, &c.] Non abeo a Gronovii lectione; ubi in conspectum ventum, et arma signaque, &c.

^y Omnibus] Utrique exercitui, tam Roma, quam e Volscis venienti.

‘Deos,’ inquit, ‘immortales, milites, vestros publicos meosque, ab Urbe proficiscens,^a ita adoravi, veniamque supplex poposci, ut mihi de vobis concordiae partæ gloriam, non victoriam, darent. Satis fuit eritque, unde belli decus pariat: hinc pax petenda est.^z Quod Deos immortales inter nuncupanda vota expoposci, ejus me compotem voti vos facere potestis; si meminisse vultis, non vos in Samnio, nec in Volscis, sed in Romano solo castra habere: si illos colles,^a quos cernitis, patriæ vestræ esse, si hunc exercitum civium vestrorum: si me consulem vestrum, cujus ductu auspicioque priore anno bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis. Ego sum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem beneficiis erga vos, non injuriis,^b sensistis; nullius superbæ in vos legis, nullius crudelis senatus consulti auctor; in omnibus meis imperiis in me severior, quam in vos. Ac si cui genus, si cui sua virius, si cui etiam majestas, si cui honores subdere spiritus potuerunt; iis eram natus,^c id specimen mei dederam, ea ætate consulatum adeptus eram, ut potuerim, tres et viginti annos natus, consul Patribus quoque ferox esse, non solum plebi.^b Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis? ^c eodem tenore duo insequentes consulatus gessi; eodem hæc imperiosa dictatura^d geretur, ut neque in hos meos et patriæ meæ milites mitior, quam in vos, horreo dicere, hostes. Ergo vos prius in me

^a Non minus reverentiæ atque observantiæ exhibitum ab adversæ partis exercitu, quam silentii factum a proprio. O milites, ait, ego excedens urbe, vestra publica, meaque familiaria numina, &c.

^b In consulatu non solum in plebeios, sed adversus ipsum etiam senatum superbe me gerere, ac vehementior videri.

^c Quodnam factum meum in consulatu durius quam in tribunatu legionis auditum a vobis est?

NOTÆ

^z Hinc pax petenda est] Ex vobis, civibus, scilicet, Romanis.

^a Si illos colles, &c.] Repete ex superioribus, meminisse vultis.

^b Non injuriis] Quales a plerisque ceterorum nobilium.

^c Iis eram natus] Genere, virtute,

&c. An potius is eram natus: atque hoc ad genus; nam quæ sequuntur, id specimen, &c. ad virtutem honoresque spectant.

^d Hæc imperiosa dictatura] Magistratus suoapte ingenio impotens.

strinxeritis ferrum, quam in vos ego. Istinc signa canent,^d istinc clamor prius incipiet atque impetus, si dimicandum est. Inducite in animum, quod non induxerunt patres avique vestri; non illi, qui in Sacrum montem^e secesserunt; non hi, qui postea Aventinum insederunt. Expectate, dum vobis singulis, ut olim Coriolano, matres conjugisque crinibus passis obviæ ab Urbe veniant. Tum Volscorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieverunt; vos, Romanus exercitus, ne¹² destiteritis impio bello? T. Quinti, quocumque istic loco, seu volens, seu invitus,^e constitisti, si dimicandum erit, tum tu in novissimos te recipito: fugeris etiam honestius, tergumque civi dederis, quam pugnaveris contra patriam. Nunc ad pacificandum bene atque honeste inter primos stabis, et colloqui hujus salutaris interpres fueris. Postulate æqua, et ferte: quanquam vel iniquis standum est^f potius, quam impias inter nos conseramus manus.' T. Quintius plenus lacrymarum, ad suos versus, 'Me quoque,' inquit, 'milites, si quis usus mei est, meliorem pacis, quam belli, habetis ducem. Non enim illa modo Volscus aut Sannis, sed Romanus, verba fecit; vester consul, vester imperator, milites: cujus auspicia pro vobis experti nolite adversus vos velle experiri. Qui pugnarent vobiscum infestius, et alios duces senatus habuit: qui maxime vobis, suis militibus, parceret, cui plurimum vos imperatori vestro crederetis, eum elegit. Pacem, etiam qui vincere possunt, volunt: quid nos velle oportet? quin, omissis ira et spe, fallacibus auctoribus, nos ipsos nostraque omnia cognitæ permittimus fidei?'

^d *Vestra ex parte tubæ cantu, cornuæ, signum pugnae dabitur.*

^e *Quocumque munere ibi, seu sponte, seu coactus, fungeris.*

^f *Justa pctite, ac proponite. Licet iniquæ etiam conditiones accipiendæ sint.*

12 Non Gronov. Doujat. Crevier.

NOTÆ

^e *Qui in Sacrum montem]* De prima dictus, lib. II. c. 32. de secunda in plebis secessionem pro libertate in Aventinum pro pudicitia, lib. III. c. montem Crustumerinum, qui Sacer 50.

Delph. et Var. Clus.

Livius.

4 E



41. Approbantibus clamore cunctis, T. Quintius, ante signa progressus, in potestate dictatoris milites fore dixit: oravit, ut causam¹³ miserorum civium susciperet, susceptamque eadem fide, qua rem publicam administrare solitus esset, tueretur. ‘Sibi se privatim nihil cavere: nolle alibi, quam in innocentia, spem habere. Militibus cavendum, quod apud Patres semel plebi, iterum legionibus cautum sit, ne fraudi secessio esset.’^g Quintio collaudato, ceteris bonum animum habere jussis, dictator, equo citato ad Urbem reiectus, auctoribus Patribus, tulit ad populum in luco Petelino,^f ne cui militum fraudi secessio esset. Oravit etiam bona venia Quirites, ne quis eam rem joco seriove cuiquam exprobraret. Lex quoque sacrata militaris^g lata est, ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur,^h additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor^h esset. Id propter P. Salonium postulatum est ab conjuratis; qui alternis prope annis et tribunus militum, et primus centurio[†] erat, quem nunc primi pili appellant. Huic infensi milites erant, quod semper adversatus novis consiliis fuisset, et particeps eorum esset, qui ab Lautulis fugissent.¹⁴ⁱ Itaque cum hoc

^g *Prospiciatur nunc securitati horum militum legionariorum, ut illorum nemo detrimentum patiatur ex seditione; quemadmodum bis olim universæ plebi provisum est.*
^h Centurio.

13 *Oravitque Gronov. Doujat. Crevier. Legendum censet J. F. Gronov. orare, ut causam.—14 ‘Et particeps eorum esset, qui ab Lautulis fugissent e duobus Mss. edidi, extruso ne, quod vulgo ante particeps inseritur; nisi cum Gron. legere malis et, ne particeps e. esset, ab L. fugisset.’ Rnpert. ‘Recepi Gronovii conjecturam, qua nihil certius. Vulgo male: et ne particeps eorum esset, qui ab Lautulis fugissent. Pro et ne in Sigonii et plerisque aliis edd. est nec. Forsan nonnullis magis placeret, nonnullorum codd. sed non optimæ notæ, lectio, et particeps eorum esset, omisso ne.’ Stroth. Gronovii emenda-*

NOTÆ

^f *In luco Petelino]* Extra ordinem in hoc luco Petelino habita nunc comitia, ut in M. Manlii judicio lib. vi. cap. 20.

^g *Lex quoque sacrata militaris]* Hand absimilis legibus latis in gratiam tribunorum plebis, de quibus lib. ii. cap.

33.

^h *Deleteretur]* E numeris, opinor, sive catalogo militum, ne militaret.

[†] *Primus centurio]* Vide not. ad l. ii. c. 21. J. Clericus.

ⁱ *Qui ab Lautulis fugissent]* Certum est, apud Lautulas adolevisse

unum propter Salonium ab senatu non impetraretur; tum Salonius, obtestatus Patres conscriptos, ne suum honorem pluris, quam concordiam civitatis, æstimarent, perpulit, ut id quoque ferretur.ⁱ Æque impotens postulatum fuit, ut de stipendio¹⁵ equitum (merebant autem triplex ea tempestate)^k æra demerentur, quod adversati conjurationi fuissent.

42. Præter hæc invenio apud quosdam, L. Genucium, tribunum plebis, tulisse ad populum, ne fœnerare¹⁶ liceret: item aliis plebiscitis cautum, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet; neu duos magistratus uno anno gereret; utique liceret consules ambos plebeios creari.^k Quæ si omnia concessa sunt plebi, apparet, haud parvas vires defectionem habuisse. Aliis annalibus proditum est, neque dictatorem Valerium dictum, sed per consules omnem rem actam; neque, antequam Romam veniretur, sed Romæ, eam multitudinem conjuratorum ad arma consternatam esse;¹ nec in T. Quintii villam, sed in ædes C.

ⁱ *Ut ea etiam clausula legi adderetur.*

^k *Stipendium vero equitum triplum erat, ejus quod peditibus dabatur.*

tionem recepit Kreyssigius.—15 *De del. Gronov. 1679.*

16 *Quidam codd. fœnerari.*

NOTÆ

conjurationem; sed per eos, qui inde fugerant, non minus intelligi possent seditiosi, qui ibi in præsidio collocati stationem deseruerant, et Romam armati petierant, quam qui, ne cum conjuratis sentirent, eo ab loco, atque ab eorum consortio recesserant, de quibus solis patet hanc fugam accipi debere. Expeditor tamen res videtur futura ex allata ab Gronov. lectione: *quod semper adversatus eorum consiliis fuisset: et ne particeps eorum esset* (prout habent Mss. et ante Sigon. editi) *ab Lautulis fugisset.*

^k *Consules ambos plebeios creari] Hactenus præclare secum actum plebs*

credebat, si unum consulem e suo corpore haberet, sed certo ac necessario jure, quod ægre patricii ferebant. Nunc de eo actum, an etiam ambo consules, si ita videretur, e plebe creari liceret: quod vel nunc, vel postea admissum.

¹ *Ad arma consternatam esse] Hic consternari est, perturbari et concuti: licet vulgata acceptione significet, dejici animo, et terreri. Nam et consternatio apud Festum est concitatio quædam subita ex metu; aliquando tamen significat proterve loqui; immo et erigi cum quadam nimirum perturbatione: ut Nonius Marcellus cap. 4. ex Pacuvio. Unde*

Manlii, nocte impetum factum, cumque a conjuratis comprehensum, ut dux fieret; inde ad quartum lapidem profectos loco munito consedis; nec ab ducibus mentionem concordiae ortam; sed repente, cum in aciem armati exercitus processissent, salutationem factam; et permixtos dexteras jungere, ac complecti inter se lacrymantes milites coepisse, coactosque consules, cum viderent aversos a dimicatione militum animos, retulisse ad Patres de concordia reconcilianda. Adeo nihil, præterquam seditionem fuisse, eamque compositam, inter antiquos rerum auctores constat. Et hujus fama seditionis, et susceptum cum Samnitibus grave bellum, aliquot populos ab Romana societate avertit: et, præter Latinorum infidum jam diu fœdus, Privernates etiam Norbam^m atque Setiam,ⁿ finitimas colonias Romanas, incursione subita depopulati sunt.

NOTÆ

et Noster, ut Sigon. observat lib. VIII. 'Tumultu sanos etiam consternante animos,' id est, concitante.

^m Norbam] De hac apud Volscos Romanorum colonia dixi, lib. II. cap. 34.

ⁿ Atque Setiam] Fuit etiam hæc Romanorum colonia in Volscorum agro Pomtino apud Amasenum fl. Privernum inter et Norbam. Nunc vulgo *Sezza* vocatur.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER VIII.

BREVIARIUM.

CAP. I. C. Plantius cos. devincit Privernates, sed cum Antiatibus dubio Marte confligit, armaque, ex hostibus capta, dat Luæ matri. Collega ejus, L. Æmilius Mamercinus vastat agros Samnitium, et hi legatos Romam mittunt. 2. Fœdere cum Romanis icto Samnites bellum inferunt Sidicinis. Hi vero, adjuti a Latinis Campanisque, agros illorum populantur. Id queruntur Samnites apud senatum Rom. qui anceps illis dat responsum. 3. Latini Campanique occulte bellum parant adversus Romanos: sed indicia conjurationis Romam emanant, quo x. principes Latinorum evocantur, nominatimque L. Annius Setinus et L. Numisius Circeiensis, prætores Latii. 4. Annii oratio in concilio Latinorum, 5. et in senatu Rom. habita, in qua has pacis condiciones fert, ut alter ab Latinis consul et æqua senatus pars detur, et utraque gens unus fiat populus, qui omnes Romani vocentur. T. Manlius cos. iratus respondet. 6. Annii, per gradus Capitolii lapsus, exanimatur. Bellum Latinum severissimo imperio administratur ad Capuam. Nocturna species, utrique visa consuli, haruspicesque victoriam ei portendunt exercitui, cujus imperator legiones hostium et super eas se devovisset. 7. Geminus Metius, qui Tusculanis equitibus præest, ad singulare certamen provocat T. Manlii Torquati consulis filium. Is victor redit ad patrem; sed hujus jussu securi percutitur. 8. Forma aciei Rom. Duo exercitus consulares. 9. Pugna atrox cum Latinis. P. Decius Mus cos. qui minus egregie, quam collega, litaverat, Diis Manibus se devovet, trepidantibus Romanis, et in medios hostes ruens telis obruitur. 10. Victoria Romanorum. Devotionis ritus. 11. Latini tumultuarium undique exercitum conscribunt, sed iterum a Manlio victi se dedunt omnes una cum Campanis. Latinus, Privernas, et Falernus ager plebi Rom. dividitur. Cum Laurentibus renovatur fœdus, et civitas

- datur Campanis equitibus, quia non desciverant. 12. Antiatum Latino-
rumque rebellio. Adversus illos dictator dicitur L. Papirius Crassus,
adversus hos Q. Publilius Philo cos. qui tres leges fert, ut plebiscita omnes
Quirites teneant; ut legum ante initum suffragium Patres fiant auctores;
utque alter utique ex plebe censor creetur. 13. Latium, quod neque
bellum neque pacem pati potest, omne subigitur: et de eo L. Furius Cam-
illus cos. ad senatum refert. 14. Latinorum populi vel in civitatem ac-
cepti, vel agris mulctati. Veliternorum muri dejecti, et senatores Romam
abducti, jussique trans Tiberim habitare. Antiatum naves abductæ, et
rostris earum suggestus in foro adornatus.
15. Aurunci, a Sidicinis pulsus, Suessam commigrant, auxiliumque petunt ab
Romanis. Minucia Vestalis mundioris justo cultus et deinde incesti accu-
satur, ac viva defoditur. Q. Publilius Philo primus de plebe prætor fit.
16. M. Valerius Corvus cos. capit Cales, Ausonum opp. quo colonia dedu-
citur. 17. M. Papirius Crassus, ob falsam Gallici belli famam, dictator
dictus, agrum Sidicinum vastat. Samnites et Lucani ad Alexandro Epi-
rensi funduntur. Novæ tribus Mæcia et Scaptia. Acerrani facti Ro-
mani.
18. Veneficia matronarum. Multæ epotis medicamentis suis intereunt, et ad
clxx. damnantur. Dictator dicitur clavi figendi causa. 19. Privernates
et Fundani duce Vitruvio Vacco bellum inferunt Romanis, et vincuntur.
Deditio Fundanorum. 20. Carceres in circo primum statuti. Falsa tumul-
tus Gallici fama. Privernum vi captum, Vitruviusque ab suis traditus.
Ædes ejus in Palatio dirutæ, et bona Semoni Sancæ consecrata. Senatus
Privernas trans Tiberim habitare jussus. 21. Senatus Rom. Privernati-
bus civitatem dat, motus feroci responso unius ex legatis eorum.
22. Colonia Fregellas deducta. Visceratio data populo a M. Flavio in funere
matris. Palæpolitani, finitimi Neapolitanis, et, ut hi, Cumis oriundi,
multa hostilia adversus Romanos, agrum Campanum Falernumque inco-
lentes, faciunt, Samnitium societate freti. 23. Legatis Rom. ferox ab
Samnitibus redditur responsum. Q. Publilius Philo cos. inter Palæpolim
Neapolimque loco opportune capto, utrumque premit oppidum, et proximo
anno rem gerit pro consule. 24. Alexander, Epiri rex, bellum gerit in
Italia, et, ab exule Lucano interfectus, sortes Dodonæi Jovis eventu affir-
mat. 25. Lectisternium quintum. Lucani Apulique fœdere in amicitiam
Rom. accepti. Res prospere in Samnio gestæ. Deditio Palæpolitano-
rum. 26. Fuga Nolanorum Samnitiumque, qui Palæpoli fuerant. Publi-
o primum et prorogatum imperium et triumphus finito consulatu de-
cretus.
7. Bellum exoritur cum Tarentinis, qui Lucanos etiam arte impellunt
ad abolendam societatem Rom. 28. L. Papirius fœnerator C. Publilium,
qui ob æs alienum paternum se ei nexum dederat, minis verberibusque ad
fœdam libidinem pellicere conatur. Hæc causa tumultus legisque, qua
cautum, ut pecuniæ creditæ non corpus, sed bona debitoris obnoxia essent,
nec quisquam neceretur, nisi qui noxam meruisset. Ita nexi solvuntur.
29. Vestini Samnitibus sese conjungunt: eorumque tum agri a Jun. Bruto
Scæva cos. vastantur, tum expugnantur oppida. Adversus Samnites L.

Papirius Cursor dictator, et ab hoc Q. Fabius Maximus Bullianus magister equitum dicitur. 30. Papirius ad auspicia repetenda e Samnio Romam revertitur, et Fabius contra edictum ejus secundoque cum hoste prælio configit. Hinc dictator plenus minarum iræque proficiscitur in castra. 31. Fabius milites obtestatur, ut se ab impotenti crudelitate dictatoris tutentur. 32. Hic virgas et secures expediri jubet; ille ad milites, tumultum jam miscentes, se recipit. 33. Fabius, postero die iterum adesse jussus, clam ex castris Romam profugit, et Papirius eum confestim sequitur. Universo senatu frustra deprecante, Fabii pater, qui dictator et ter consul fuerat, tribunos pl. appellat, concionemque habet ad populum. 34. Oratio dictatoris. 35. Ira ejus sedatur precibus et obtestatione populi Rom. tribunorum, Fabiorumque. Indignatio exercitus ob irritas preces suas. 36. L. Papirius Crassus magister equitum dicitur; et legiones Rom. de industria impediunt victoriam. Itaque dictator comitatem miscet severitati, moxque Samnites magna clade et populatione agrorum ad pacem petendam compellit. 37. Nova Samnitium defectio, bellumque Apulum. Agri utriusque populi evastati. Nocturna et inanis trepidatio in Urbe. Legem, a M. Flavio trib. pl. latam, ut in Tusculanos animadverteretur, tribus omnes, præter Polliam, antiquant. Hinc nunquam fere Papiria tribus, in qua Tusculani erant, candidato cuiquam ex Pollia suffragium dedit. 38. A. Cornelius Arvina dictator in Samnio castra inermis posita noctu relinquit, et postero die conserit pugnam, quæ diu anceps est. 39. Tandem vincuntur Samnites, et præter res Brutulum quoque Papirium, auctorem belli, Romanis dedi decernunt. 40. Hoc bellum a consulibus gestum, quidam auctores sunt, et, ægrotante L. Plantio præ-tore, A. Cornelium dictatorem dictum, ut in ludis Rom. signum mittendis quadrigis daret. Historia vitiata falsis imaginum titulis laudationibusque funebribus.

1. **J**AM consules erant * C. Plautius secundum,¹ a L. Æmilius Mamercinus; cum Setini Norbanique Romam, nuntii defectionis Privernatium, cum querimoniis acceptæ cladis venerunt. Volscorum item exercitum, duce Antiati populo, consedis ad Satricum, allatum est. Utrumque bel-

NOTÆ

* A. U. C. 412.

^a C. *Plautius secundum* [iterum] Tertium legit Glareanus, atque hunc C. Plautium Venocem esse putat. Sed duplicis erroris in eo arguitur a Sigonio. Primum, quod C. Plantii consulatum, anno 397, gestum, Ve-

noci tribuit, qui Proculi fuit; tum quod Venocem hunc cognominat, cum Hypsæus dictus fuerit, ut ex nummis argenteis colligi potest, in quibus legitur, C. YPSÆUS COS. PRIV. CEPIT. At qui Privernum cepit, est hujus anni consul.

lum Plantio sorte evenit. Prius ad Privernum profectus² b extemplo acie conflixit. Haud magno certamine devicti hostes: oppidum captum redditumque Privernatibus, præsidio valido imposito: agri partes duæ ademtæ. Inde victor exercitus Satricum contra Antiates ductus. Ibi magna utrimque cæde atrox prælium fuit: et cum tempestas eos, neutro inclinata spe, dimicantes diremisset, Romani, nihil eo certamine tam ambiguo fessi, in posterum diem prælium parant. Volscis, recensentibus quos viros³ in acie amisissent, handquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit. Nocte pro victis Antium agmine trepido, sauciis ac parte impedimentorum relicta, abierunt. Armorum magna vis tum inter cæsa corpora hostium, tum in castris inventa est. 'Ea Luæ matri^c dare se,' consul dixit: finesque hostium usque ad oram maritimam est depopulatus. Alteri consuli Æmilio, ingresso Sabellum



I Legit Glareanns C. *Plantius tertium*.—2 'Sigonius delet præpositionem, quam vindicant omnes nostri. Helm. etiam ac Rott. *ad Privernum bellum profectus*: unde suspicor fuisse quondam: *utrumque bellum Plantio sorte evenit. Prius ad Privernas profectus*. Cui superposuit aliquis explicandi gratia τὸ *bellum*: quod dein alius cum voce corrupta inseruit contextui. Infra, 'Eodem anno Privernas bellum initum.' J. F. Gronov.—3 Vet. lib. apud Sigou.

NOTÆ

^b *Prius ad Privernum profectus*] Delevit Sigonius præpositionem *ad*: Gron. *ad Privernas*, supple *bellum*.

^c *Ea Luæ matri*] Quæ *Lacia Saturni* legitur vulgo apud Gellium, lib. xii. cap. 21. in veteribus scriptis *Lua* legitur, testibus antiquariis a Turnebo citatis *Adversar.* lib. xix. cap. 11. qui eam Saturni vel uxorem vel potius filiam intelligit. Luæ porro nomen seu cognomen a luendo, id est, expiando, quod lustrationibus præset, ac purgationibus, cuiusmodi post cædem hostium antiqui adhibebant. Quo spectat illud in Æneid. 'Me bello a tanto digressum et cæde Pelasga Attrectare nefas, donec me flumine puro Abluero.'

Et genus quoddam lustrationis erat, si igni abolerentur arma ex hostibus capta, sive Vulcano, sive Marti, sive Minervæ, aut etiam, ut nunc, Luæ matri sacrentur, quæ apud Nostrium lib. xlv. *Luna* dicitur, errore librariorum, ut quidem Turnebus censet. Ego, siquidem veteres Gellii codices *Luam Saturni* habent, uxorem intelligi arbitror, ut ibidem 'Salaciam Neptuni,' 'Horam Quirini' accipere oportet. Ea igitur Ops erit, sive Rheam quis, aut Cybelen appellare maluerit: quibus nominibus Terram designari constat. Hæc autem communis omnium parens post fenum hostium sanguinem merito placanda videtur. Facit quod habetur infra

agrū, non castra Samnitium,^d non legiones usquam oppositæ. Ferro ignique vastantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt, a quo rejecti ad senatum, potestate facta dicendi, positis ferocibus animis, pacem sibi ab Romanis bellique jus adversus Sidicinos petierunt. ^c Quæ se eo justius petere, quod et in amicitiam⁴ populi Romani secundis suis rebus, non adversis, ut Campani, venissent; et adversus Sidicinos sumerent arma, suos semper hostes, populi Romani nunquam amicos, qui nec, ut Samnites, in pace amicitiam, nec, ut Campani, auxilium in bello petissent, nec in fide populi Romani, nec in^e ditione essent.⁷

2. Cum de postulatis Samnitium Ti. Æmilius prætor senatum consulisset, reddendumque his foedus Patres censuissent, prætor Samnitibus respondit: 'Nec quo minus perpetua cum eis amicitia⁶ esset, per populum Romanum stetisse: nec contradici, quin, quoniam ipsos belli culpa sua contracti tædium ceperit, amicitia de integro reconcilietur. Quod ad Sidicinos attineat,⁷ nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit.' Fœdere icto, cum domum revertissent, extemplo inde exercitus Romanus deductus,⁸ annuo stipendio et trium mensium frumento accepto; quod pepigerat consul, ut tempus induciis daret, quoad legati redissent. Samnites, copiis iisdem, quibus usi adversus Romanum bellum⁹ fuerant, contra Sidicinos profecti, haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundæ. Tum ab Sidicinis deditio prius ad Romanos cœpta fieri est: dein, postquam Patres ut seram



quot viros.—4 Quod in amicitiam Gronov. Doujat. Vid. Not. Var.—5 'In del. Grut. Gronov. all. male.' Stroth. Malit J. F. Gronov. aut ditione essent.

6 Vulg. perpetua amicitia.—7 Attinet Gronov. Doujat. Crevier.—8 Vulg.

NOTÆ

cap. 6. 'Ex una acie imperatorem, ex altera exercitum Diis Manibus matrique Terræ deberi.'

Luce Matri] Ea est uxor Saturni, quæ Rhea vel Ops dicitur. Vide

Gellium l. XIII. c. 22. et ad eum Jo. Fred. Gronovium. *J. Clericus.*

^d *Ingresso Sabellum agrum, non castra Samnitium*] Sabelli ergo non minus Samnites, quam Sabini.

eam ultimaque tandem necessitate expressam aspernabantur, ad Latinos jam sua sponte in arma motos facta est. Ne Campani quidem (adeo injuriæ Samnitium, quam beneficii Romanorum, memoria præsentior erat) his se armis abstinuere. Ex his tot populis unus ingens exercitus,¹⁰ duce Latino fines Samnitium ingressus, plus populationibus, quam præliis, cladium fecit. Et, quanquam superiores certaminibus Latini erant, haud inviti, ne sæpius dimicandum foret,^e agro hostium excessere. Id spatium Samnitibus datum est Romam legatos mittendi. Qui cum adissent¹¹ senatum, conquesti eadem se fœderatos pati, quæ hostes essent passi, precibus infimis petiere, 'ut satis ducerent Romani victoriam, quam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuissent: ¹² ne vinci etiam se ab ignavissimis populis sinerent. Latinos Campanosque, si sub ditione populi Romani essent, pro imperio arcerent Samniti agro; sin imperium abnuerent, armis coërcerent.' Adversus hæc responsum anceps datum, quia fateri pigebat, in potestate sua Latinos jam non esse, timebantque, ne arguendo abalienarent: 'Campanorum aliam conditionem esse, qui non fœdere, sed per deditionem, in fidem venissent: itaque Campanos, seu velint, seu nolint, quieturos. In fœdere Latino † nihil esse, quo ¹³ bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur.'

3. Quod responsum sicut dubios Samnites, quidnam facturum Romanum censerent, dimisit, ita Campanos metu



ductus.—9 'Vox bellum forte e glossa.' *Duk.*—10 Vulg. *Ex his tot populis, ingens exercitus.*—11 *Adiissent* Gronov. Doujat. Crevier.—12 Conj. *Duk. eripuisse.*—13 'Pro quo plures libb. script. et vett. edd. rectius exhibent quod, h. e. ob quod, cur.' *Doering.*


NOTÆ

^e *Ne sapius dimicandum foret*] Tædium ex eo nasci potuit, si levioribus paucis certaminibus inferiores Samnites se muris oppidorum cluserant, et justo prælio summam rerum committere detrectabant.

† *In fœdere Latino*] Recitatum ant-

ea oportuit, ut non semel monuimus; præsertim cum antea Romani pati noluerint ut Latini semetipsi defenderent, nedum ut suis aspiciis bellum ulli populo inferrent. Vide notas ad lib. II. cap. 30. *J. Clericus.*

abalienavit; Latinos, velut nihil jam non concedentibus Romanis, ferocios fecit. Itaque, per speciem adversus Samnites belli parandi crebra concilia indicentes, omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum. Huic quoque adversus servatores suos bello Campanus aderat. Sed quanquam omnia de industria celabantur, priusque, quam moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitum hostem volebant; tamen per quosdam, privatis hospitibus necessitudinibusque conjunctos, indicia conjurationis ejus Romam emanarunt. Jussisque ante tempus consulibus abdicare se magistratu, quo maturius novi consules adversus tantam molem belli crearentur, religio incessit, ab eis, quorum imminutum imperium esset,^f comitia haberi. Itaque interregnum initum. Duo interreges fuerunt M. Valerius ac M. Fabius. Creati consules^{14*} T. Manlius Torquatus tertium, P. Decius Mus. Eo anno Alexandrum, Epiri regem,^g in Italiam classem¹⁵ appulisse^h constat. Quod bellum, si prima satis prospera fu-



14 ^f *Is creavit consules.* Sic solus Sigonianus: quod Gelenius, *creavit*, ut apud me Vossianus: olim edebant *creavere*, quod habuerunt et duo Pall. Helm. *creant consules.* Suspicio scribendum: *Creati consules T. Manlius Torquatus III. P. Decius Mus.* Et sic tertius Palatinorum.' J. F. Gronov. *Is*

NOTÆ

^f *Ab eis, quorum imminutum imperium esset]* A consulibus, qui ante finem anni sui jam abdicare jussi erant, comitia creandorum magistratum novorum haberi, ominosum Senatui ac populo visum est.

* A. U. C. 413.

^g *Alexandrum, Epiri regem]* Hic Molossorum rex xviii. a Pyrho Achillis filio fuit; Neoptolemo patre natus, qui cum minore fratre Arybba regnum Epiri dividere coactus fuerat. Olympiadem majorem natu sororem habuit, Philippo Macedoni nuptam: ex quo matrimonio natam Cleopatram uxorem duxit Alexandri Magni sororem: atque ope Philippi

partem regni ab Arybba seu Arymba patre occupatam recepit, pulso Æacida Arymbæ filio, uti ex Diodoro lib. xvi. et Just. lib. viii. cap. ult. constat. Post interfectum Archidamum, Lacedæmoniorum regem, pro Tarentinis adversus Lucanos dimicantem, hic Alexander, Epiri rex, a Tarentinis vocatus adversus eosdem Lucanos, circa Philippi soceri mortem, in Italiam transiit.

^h *In Italiam classem appulisse]* Probat Sigon. ex libris *classem pro classe.* Non enim *'appellere navi,'* sed *'navim,'* Latine dici. Sic lib. x. *'Classis Romana cum appulsa Pompeios esset,'*

issent,ⁱ haud dubie ad Romanos pervenisset. Eadem ætas rerum Magni Alexandri est:^k quem, sorore hujus ortum, in alio tractu orbis,^l invictum bellis juvenem, fortuna morbo extinxit. Ceterum Romani, etsi defectio sociorum nominisque Latini haud dubia erat, tamen, tanquam de Samnitibus, non de se, curam agerent, decem principes Latīnorum Romam evocaverunt, quibus imperarent, quæ velent. Prætores tum duos Latium habebat,¹⁶ L. Annium Setinum et L. Numisium¹⁷ Circeiensem, ambo ex coloniis Romanis: per quos, præter Signiam Velitrasque, et ipsas colonias Romanas, Volsci etiam exciti ad arma erant. Eos nominatim evocari placuit. Haud cuiquam dubium erat, super qua re accirentur. Itaque, concilio prius habito, prætores, quam Romam proficiscerentur, evocatos se ab senatu docent Romano,¹⁸ et, quæ actum iri secum credant, quidnam ad ea responderi placeat, referunt.

4. Cum aliud alii censerent, tum Annius: 'Quamquam ipse ego retuli, quid responderi placeret, tamen magis ad



creavit consules dant Doujat. Crevier.—15 Vulg. classe.—16 'Latini habebant Gron. Crev. in omnibus quoque Edd. est duos [pro duo] contra optimos Mss.' Stroth. Vid. Not. Var.—17 Nuncium Gronov. Doujat. Crevier.—18 Conj. Sigou. Roman.

NOTÆ

ⁱ *Si prima satis prospera fuissent*] Prima quidem non improspira huic Alexandro Epirotæ in Italia fuerant. Apulis enim, quos primum aggressus fuerat, data pace, multas Lucanorum Brutiorumque urbes cepit; cum Metapontinis, Pediculis, et Romanis fœdus amicitiamque fecit.

^k *Eadem ætas rerum Magni Alexandri*] Biennio circiter post Epirotæ in Italiam adventum regnare Macedo cœpit. Circa sextum autem septimumve annum ex quo Macedo regnabat, qui Asiæ magnam partem jam subjecerat, occubuit Alexander Epirota ejus avunculus.

^l *In alio tractu orbis*] Speraverat

Alexander, rex Epiri, quasi in divisione orbis terrarum Alexandro sororis suæ filio Oriens, sibi Occidens sorte contigisset, non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaque se habiturum, quam ille in Asia et in Persas haberet. Ex eodem Just. lib. xii. cap. 2. Sed verum tandem esse experimento didicit, quod ipse dictitabat, se quidem ad Italos ire, quasi in ἀνδροπίτην, in virorum sedem; Macedonem isse ad Persas, quasi in γυναικωνίτην, seu Gynæceum: ut est apud Gell. lib. xvii. cap. 21. quos ei sensus qui expeditionis initio ascribunt, hi proculdubio in tempore hallucinantur, ut ex ante dictis liquet.

summam rerum nostrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum sit. Facile erit, explicatis consiliis, accommodare rebus verba. Nam, si etiam nunc, sub umbra fœderis, æqui servitutem pati possumus, quid abest, quin, proditis Sidicinis, non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto pareamus,^m respondeamusque Romanis, nos, ubi innuerint, posituros arma? Sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos, si fœdus est, si societas æquatio jurisⁿ est,²⁰ si consanguineos nos Romanorum esse, quod olim p̄debat, nunc gloriari licet, si socialis illis exercitus is est, quo adjuncto duplicent



19 Vid. Not. inf.—20 Emendat J. F. Gronov. *si societas æquat̄i juris est.*

NOTE

^m *Non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto pareamus]* Vult Gronov. licet invitis libris omnibus scriptis, *non Romanis solum, sed Samnitibus, &c.* Est enim, inquit, 'alicui parere dicto' ut 'alicui audientem,' vel 'obedientem esse dicto.' Quod etsi non inficior, barbarum tamen hand putem 'dicto alicujus parere.' Cicero certe 'obedire et parere voluntati architecti,' dixit *1. de Nat. Deor. Terent. quoque in Hecyra:* 'Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem.' Quid est autem *meis nisi ἐμοῦ?* Virg. quoque: 'Paret Amor dictis caræ genitricis.' Itaque *dictum* hic pro jussu accipitur, seu verbis jubentis: Livius autem quibusdam loquendi formis uti amat, quæ alibi raroveniuntur. Quæ omnia eo dicta velim, ut constantem hujus loci scripturam defendi aliquomodo posse appareat. Inter hæc tamen duo 'dicto alicui parere,' et 'dicto alicujus parere,' nonnihil discriminis dispicere mihi videor: ut prius sit, 'alicui ad dictum et quasi ad nutum obtemperare:' posterius simpliciter, 'jussa exequi.'

ⁿ *Si societas æquatio juris]* Falsam hanc *societatis* definitionem Gron. recte arguit; nam nec privatæ societates æquo lucri damnive jure omnes fiunt, ut disputant jurisconsulti, nec publica fœdera æquis semper legibus ineuntur, ut legati Antiochi disserunt *lib. xxxiv. cap. 57.* Alia sane conditio est eorum, qui se suaque dederunt; alia hostium, qui, bello pares, in pacem, redditis utrimque, vel ex utriusque partis commodo compositis rebus, veniunt; alia eorum, qui, cum hostes nunquam fuerint, societatem amicitiamque jungunt. Addi potest quartum genus eorum, qui, inter se inæquales, ita sociantur, ut utriusque clientela majoris agat, ejus majestatem comiter conservet, subsidiaque ex pacto conferat. Ejusmodi fere Latinorum cum Romanis fœdus fuisse intelligitur ex *lib. 1. cap. 45, et 52. lib. 11. cap. 22.* aliisque locis. Verum L. Annii Setini, causæ serviens, fœdus hoc Latinorum pro æquo jactat; atque ita non insubtilis videtur Gronovio emendatio, ut sit, *si societas (nostra scilicet) æquat̄i juris est.*

vires suas,^o quem secernere ab se consules bellis propriis ponendis sumendisque nolint; cur non omnia æquantur? cur non alter ab Latinis consul datur? Ubi pars virium, ibi et imperii pars est? Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum, quippe concedentibus, Romam caput Latio esse. Sed, ut amplum videri posset, diuturna patientia fecimus. Atqui, si quando unquam consociandi imperii, usurpandæ libertatis^p tempus optastis, en hoc tempus adest, et virtute vestra, et Deum benignitate vobis datum. Tentastis patientiam negando militem. Quis dubitat exarsisse eos, cum plus ducentorum annorum morem^q solveremus? pertulerunt tamen hunc dolorem. Bellum nostro nomine cum Pelignis gessimus. Qui ne nostrorum quidem finium nobis per nos tuendorum jus antea dabant, nihil intercesserunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos descisse, exercitus nos parare adversus Samnites fœderatos suos audierunt, nec moverunt se ab urbe. Unde hæc illis tanta modestia, nisi a conscientia virium et nostrarum et suarum? Idoneos auctores habeo, querentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab senatu Romano esse, ut facile appareret, ne ipsos quidem jam postulare, ut Latium sub Romano imperio sit. Usurpate modo postulando eo, quod illi vobis taciti concedunt. Si quem hoc

NOTÆ

^o *Quo adjuncto duplicent vires suas*] Revera pars dimidia Romanarum virium socii, sive milites ex Italicis civitatibus, quæ liberæ manebant, suis legibus pleræque et magistratibus. Hi quippe, ut ex cap. 3. hujus libri patet, pari peditum, duplici equitum numero legionibus, quæ civium Romanorum erant, juncti, gratis, civitatum scilicet suarum sumtu, sub præfectis per consules datis distincti militabant, nisi quod in castris frumentum accipiebant.

^p *Usurpandæ libertatis*] Jurisconsultis usurpare est, utendo jus retinere, et sic alterius usucapionem inter-

rumperere. Eoque sensu Auctor, hoc loco, hoc verbo utitur: quemadmodum Cic. II. contra Rull. 17. 'Paucas tribus, &c. ad usurpandam libertatem vocare.' Et apud A. Gell. lib. III. cap. 2. mulier, ne usu fieret uxor, trinoctium 'usurpandi causa' a viro abesse debebat, ex lege 12. Tabul.

^q *Plus ducentorum annorum morem*] Pauci huic numero anni deerunt, si initium repetatur a fœdere quod Tarquinius Superbus, circa regni primordia, cum Latinis percussit, de quo lib. I. cap. 52.

metus dicere prohibet, en ego ipse, audiente non populo Romano modo senatuque, sed Jove ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum; ut, si nos in fœdere ac societate esse velint, consulem alterum ab nobis senatusque partem accipiant.' Hæc ferociter non suadenti solum, sed pollicenti, clamore et assensu omnes permiserunt, ut ageret diceretque, quæ e re publica nominis Latini fideque sua viderentur.

5. Ubi est Romam ventum, in Capitolio eis¹ senatus datus est. Ibi cum T. Manlius consul egisset cum eis ex auctoritate Patrum, ne Samnitibus fœderatis bellum inferrent; Annius, tanquam victor armis Capitolium cepisset, non legatus, jure gentium tutus, loqueretur, 'Tempus erat,' inquit, 'T. Manli, vosque, Patres conscripti, tandem jam vos nobiscum nihil pro imperio agere, cum florentissimum Deum benignitate nunc Latium armis virisque, Samnitibus bello victis, Sidicinis Campanisque sociis, nunc etiam Volscis adjunctis, videretis; colonias quoque vestras Latium Romano prætulisse imperium. Sed quoniam vos, regno impotenti finem ut imponatis, non inducitis in animum; nos, quanquam armis possumus asserere Latium in libertatem, consanguinitati tamen hoc dabimus, ut conditiones pacis feramus æquas utrisque, quoniam vires² quoque æquari Diis immortalibus placuit. Consulem alterum Roma,³ alterum ex Latio creari oportet: senatus partem æquam ex utraque gente esse: unum populum, unam rem publicam fieri: et, ut imperii eadem sedes sit, idemque omnibus nomen, quoniam ab alterutra parte concedi necesse est, quod utrisque bene vertat, sit hæc sane patria potior, et Romani omnes vocemur.' Forte ita accidit, ut parem ferociæ hujus et Romani consulem T. Manlium haberent; qui adeo non tenuit iram, ut, si tanta dementia Patres conscriptos cepisset, ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in senatum venturum se esse, palam diceret, et, quemcumque in curia Latinum vidisset,



1 Ei Gronov. Doujat.—2 Vet. lib. apud Sigon. *quando vires*.—3 ' Videtur

sua manu interemturum. Et, conversus ad simulacrum Jovis, 'Audi, Jupiter, hæc scelera,' inquit, 'audite, Jus Fasque. Peregrinos consules et peregrinum senatum in tuo, Jupiter, augurato templo, captus atque ipse oppressus, visurus es? Hæccine fœdera Tullus Romanus rex cum Albanis, patribus vestris, Latini, hæc L. Tarquinius vobiscum postea fecit? Non venit in mentem pugna⁴ apud Regillum^r lacum? adeo et cladium veterum vestrarum et beneficiorum nostrorum erga vos obliti estis?'

6. Cum consulis vocem subsecuta Patrum indignatio esset, proditur memoriæ, adversus crebram implorationem Deum, quos testes fœderum sæpius invocabant consules, vocem Annii, spernentis numina Jovis Romani, auditam. Certe, cum commotus ira se ab vestibulo templi citato gradu proriperet, lapsus per gradus, capite graviter offenso, impactus imo ita est saxo, ut sopiretur. Exanimatum auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictum sit: ^a sicut inter fœderum ruptorum testationem ingenti fragore cœli procellam effusam. Nam et vera esse, et apte ad repræsentandam iram Deum ficta possunt. Torquatus, missus ab senatu ad dimittendos legatos, cum jacentem Annum vidisset, exclamat, ita ut populo Patri-

^a Ita caput ipsi illisum est ad infimum lapidem, ut sensum amiserit. An statim extinctus sit, in dubio a me relinquitur; quoniam ita scriptores aliqui tantum, non omnes tradiderunt.



leg. Romæ.' Rupert.—4 Quærit J. F. Gronov. annon pugnae? Vid. Not. Var.

NOTÆ

^r Pugna apud Regillum] Commissa ad lacum ejus nominis an. 257. de qua lib. II. c. 19. et 20. Porro quod hic quærit Gronov. annon pugnae? video apud Cic. 'in mentem venire' non minus junctum cum nominandi, quam quod ille exemplis probat, cum gignendi casu, II. de Nat. Deor. 'Hæc mihi in mentem veniebant.' Tum ad Att. lib. XII. c. 36. 'Nunquam ea res mihi tam belle in mentem venire potuisset.' Et II. de Di-

vin. 75. 'Quid tibi in mentem venit?' Agnosco tamen inter hæc diversam nonnihil significationem. Nam cum nominativo cogitatio duntaxat indicatur, ut de Arusp. resp. 55. nisi existimatis illi, hanc aversionem civitatis in mentem subito, nec cogitanti venire potuisse.' Cum genitivo autem indicatur præteritæ rei recordatio. Epist. lib. VII. ep. 3. 'Mihi solet in mentem venire illius temporis.' Supple, memoria.

busque audita vox pariter sit: ‘Bene habet. Dii pium movere⁵ bellum. Est cœleste numen! es, magne Jupiter! haud frustra te patrem Deum hominumque hac sede sacra- vimus. Quid cessatis, Quirites, vosque, Patres conscripti, arma capere Diis ducibus? Sic stratas legiones Latino- rum dabo, quemadmodum legatum jacentem videtis.’ As- sensu populi excepta vox consulis tantum ardoris animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magistratum magis, qui jussu consulis prosequerentur, quam jus gentium, ab ira impetuque hominum tegeter. Consensit et senatus bel- lum:⁵ consulesque, duobus scriptis exercitibus per Marsos Pelignosque profecti, adjuncto Samnitium exercitu, ad Capuam,⁴ quo jam Latini sociique convenerant, castra locant. Ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri majoris, quam pro humano habitu, augustioris- que, dicentis: ‘Ex una acie imperatorem, ex altera exer- citum Diis Manibus matrique Terræ deberi; utrius exerci- tus imperator legiones hostium, superque eas se devovisset, ejus populi partisque victoriam fore.’ Hos ubi nocturnos visus inter se consules contulerunt, placuit averruncandæ Deum iræ^u victimas cædi; simul ut, si extis eadem, quæ somno visa fuerant, portenderentur, alteruter consulum fata impleret. Ubi responsa aruspicum insidenti jam animo tacitæ religioni congruerunt; tum, adhibitis legatis tribu-



5 ‘*Movete* Gron. Crev. at *movere* non est infinitivus, sed tertia præteriti.’

NOTÆ

⁵ *Consensit et senatus bellum*] Ante comitia opinor. His enim temporibus præcedere jam solebat auctori- tas senatus, quam jussu populi se- quebatur. Ceterum ‘consentire bel- lum’ dicit, pro, bellum consensu suo approbare, sive in bellum con- sentire.

⁴ *Ad Capuam*] Castris non procul a Vesuvii montis radicibus positus, ut scribit Val. Max. lib. 1. c. 7. ubi et

Delph. et Var. Clas.

utriusque consulis somnium narrat.

^u *Averruncandæ Deum iræ*] Veteres ethnici Deos quosdam, ut prodessent, colebant, veluti Jovem: quosdam, ne obsessent, placabant, ut *Vejevem*, aliaque numina læva. In his autem, quos placari oportet, uti mala a nobis, vel a frugibus natis amoveantur, *Averruncus* quoque habetur ex *A. Gell. lib. v. c. 12. Unde averruncare*, est avertere malum.

Livius.

4 F

nisque et imperiis Deum propalam expositis, ne mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret, comparant inter se, ut, ab utra parte cedere Romanus exercitus cœpisset, inde se consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque. Agitatum etiam in consilio est, ut, si quando unquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti⁶ disciplina militaris ad priscos redigeretur⁷ mores. Curam acuebat, quod adversus Latinos bellandum erat, lingua, moribus, armorum genere, institutis ante omnia militaribus congruentes: milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis compares collegæque, iisdem præsiidiis, sæpe iisdem manipulis permixti fuerant. Per hæc ne quo errore milites caperentur, edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

7. Forte inter ceteros turmarum præfectos, qui exploratum in omnes partes dimissi erant, T. Manlius consulis filius super castra hostium cum suis turmalibus evasit, ita ut vix teli jactu⁸ ab statione proxima abesset. Ibi Tusculani erant equites. Præerat Geminus Metius,⁹ vir tum genere inter suos, tum factis, clarus. Is ubi Romanos equites, insignemque inter eos præcedentem consulis filium, (nam omnes inter se, utique illustres viri, noti erant,) cognovit, 'Unane,' ait, 'turma Romani cum Latinis sociisque bellum gesturi estis? quid interea consules, quid duo exercitus consulares agent? Aderunt in tempore,' Manlius inquit, 'et cum illis aderit Jupiter ipse, fœderum a vobis violatorum testis, qui plus potest polletque. Si ad Regillum lacum ad satietatem vestram pugnavimus, hic quoque efficiemus profecto, ne nimis acies vobis¹⁰ et collata signa nobiscum cordi sint.'^b Ad ea Geminus, paululum ab suis

^b *Et non ita placeat certamen adversus nos iniisse.*

Stroth.—6 'Pro tunc uti forte leg. nunc utique, (cf. tamen III. 64. extr.) vel delendum præc. ut. Sed ut sæpe perspicuitatis quoque causa repetitur. Cf. Drak. ad h. l. Duk. ad Flor. II. 6. 19. et nos inf. ad XXI. 11. 2.' Rupert.—Nunc utique legendum quoque monet Doering.—7 Conj. J. F. Gronov. exigetur.

8 Vulg. evasit, ut vix teli jactu.—9 Al. Geminus, et Mæcius vel Mettius.—10 Vet. lib. apud Sigon. ne quid minus, quam acies vobis.—11 Eo Gronov.

equo¹¹ provectus, ‘Visne igitur, dum dies ista venit, qua magno conatu exercitus moveatis, interea tu ipse congregari mecum, ut nostro duorum jam hinc eventu cernatur, quantum eques Latinus Romano præstet?’ Movet ferocem animum juvenis seu ira, seu detrectandi certaminis pudor, seu inexcusable vis fati. Oblitus itaque imperii patrii¹² consulumque edicti, præceps ad id certamen agitur, quo, vinceret, an vinceretur, haud multum interesset.^x Equitibus ceteris velut ad spectaculum summotis, spatio, quod vacui interjacebat campi, adversos concitant equos: et, cum infestis cuspidibus concurrissent, Manlii cuspis super galeam hostis, Metii trans cervicem equi elapsa est. Circumactis deinde equis, cum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset; spiculum inter aures equi fixit. Ad cujus vulneris sensum cum equus, prioribus pedibus erectis, magna vi caput quateret, excussit equitem: quem cuspide parmaque innisum, attollentem se ab gravi casu, Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit: spoliisque lectis ad suos revectus, cum ovante gaudio turma in castra, atque inde ad prætorium ad patrem, tendit, ignarus facti¹³ futurique,^y laus an poena merita esset, ‘Ut me omnes,’ inquit, ‘pater, tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto.’ Quod ubi audivit consul, extemplo, filium aversatus, concionem classico advocari jussit. Quæ ubi frequens convenit, ‘Quandoque,’ inquit,¹⁴ ‘tu, T. Manli,

//////////

1679.—12 Conj. Bauer. *paterni*.—13 *Ignarus fati* ex emendat. Sigon. dant Gronov. Drak. Stroth. Kreyssig. *Facti* Donjat. Crevier.—14 Ita Flor. Rott. Voss. prior. *Quando inquit* Voss. recentior. *Quandoquidem* Gronov. Doujat.

NOTÆ

^x *Quo, vinceret, an vinceretur haud multum interesset*] Si enim eo certamine victus esset, cecidisset hostili manu: quod si vinceret, paterno consulari imperio nihilominus pereundum ipsi erat.

^y *Ignarus facti futurique*] Hanc verterem ex libris lectionem cum Gele-

nio antepono Sigonianæ, ubi *fati* pro *facti*. Quid enim distat *fatum* a futuro? At *factum* futuro recte opponitur. Vult enim Manlium filium ignorasse et factum suum, quale habendum esset, et quid deinde esset futurum; utpote quod ex patris iudicio penderet: dubium quippe, an

neque imperium consulare, neque majestatem patriam veritus, adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti, et, quantum in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, solvisti, meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut rei publicæ mihi, aut mei meorumque obliviscendum sit; nos potius nostro delicto plectemur, quam res publica tanto suo damno nostra peccata luat. Triste exemplum, sed in posterum salubre juventuti, erimus. Me quidem cum ingenita caritas liberum, tum specimen istud virtutis, deceptum vana imagine decoris, in te movet.^c ¹⁵ Sed cum aut morte tua sancienda sint consulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda; ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis est, recusare censeam, quin disciplinam militarem, culpa tua prolapsam, pœna restituas. I, lictor, deliga ad palum.' Exanimati omnes tam atroci imperio, nec aliter quam in se quisque destructam ¹⁶ cernentes securim, metu magis, quam modestia, quievere. Itaque, velut emerso ab admiratione animo, cum silentio defixi stetissent,¹⁷ repente, postquam cervice cæsa fusus est cruor, tum libero conquestu coortæ voces sunt, ut neque lamentis, neque execrationibus parceretur; spoliisque contectum juvenis corpus, quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest, structo extra vallum rogo cremaretur; Manlianaque imperia² non in præ-

^c *Commovet in tui gratiam.*



Crevier.—15 'Possis transponere: *in te deceptum v. i. d. movet.*' Ernest.—16 Al. *districtam*.—17 'In Drak. post *stetissent* semicolon ponitur. 'Verba velut emerso ab admiratione animo et tum libero conquestu coortæ voces jungenda sunt. Si illa referenda essent ad sequentia *cum silentio defixi stetissent*, legendum foret *demerso*. Semicolon igitur post *stetissent* sustuli ac incisum reposui.' Stroth.

NOTÆ

laudem fortiter prospereque pugnando, an pœnam pugnando contra edictum consulum, mereretur.

² *Manlianaque imperia*] Proverbio celebrata sunt 'Manliana imperia,' pro duris atque atrocibus, ut et Postumiana, a Postumio, de quo lib. iv. c.

29. Valer. Max. lib. ii. cap. 7. Urbem Romani ait 'imperatorum sanguine manantes secures, (ne turbato militiæ ordine vindicta deesset,) e castris publice speciosas, privatim ingebres, duplici vultu recepisse: incertam gratulandi prius, an oblo-

sentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent.

8. Fecit tamen atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem: et, præterquam quod custodiæ vigiliæque et ordo stationum intentioris ubique curæ erant, in ultimo etiam certamine, cum descensum in aciem est, ea severitas profuit. Fuit autem¹⁸ civili maxime bello pugna similis: adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re, præter animos, erat. Clypeis antea Romani usi^a sunt: deinde, postquam stipendiarii facti sunt,^{19b} scuta pro clypeis fecere: et, quod antea phalanges^c similes Macedonicis, hoc postea²⁰

//////////

18 Fuit enim Gronov. Doujat.—19 Conj. Stroth. *stipendiariis aucti sunt.*—20 Conj. J. F. Gronov. *et quæ antea phalanges similes Macedonicis, hæc postea.*

NOTÆ

quendi, (sic enim legendum, non *al-
loquendi*) ‘officio fungeretur.’ Flor.
non ineleganter in hanc rem, ‘quasi
plus in imperio esset, quam in victo-
ria.’

^a *Clypeis antea Romani usi*] Non
solis, sed partim clypeis, partim scu-
tis, ut patet ex lib. i. c. 43. ubi de
censu: postea non nisi scutis.

Clypeis antea Romanis usi sunt] Sic
erat in antiquioribus editionibus, non
Romani, ut est in Gronovianis: ac
sane agitur de Latinis, qui ex fœde-
ratis stipendiarii facti sunt, non Ro-
manis. Videtur scutum gerere mi-
nus honorificum fuisse, quam gerere
clypeum; nam Romæ prima classis
clypeum, secunda scutum gerebat.
Vide l. i. c. 43. et seqq. *J. Clericus.*

^b *Postquam stipendiarii facti sunt*]
Initio Romani suo quisque ære sum-
tuque privato militabant: donec an-
no 347. a senatu decretum est, ut
stipendium miles de publico accipe-
ret; qua de re supra lib. iv. c. 59. et
60. et lib. v. c. 2.

^c *Quod antea phalanges*] Ordinan-
dæ aciei rationem Pan primus inve-

nit, si Polyæno fides lib. i. Strate-
gem. Ille enim, cum Bacchii dux in
militia esset, reperit ordinem, ac no-
minavit phalangem; cornu instituit
dextrum et lævum; ex quo etiam
Pana cornutum finxere. Phalanx
autem Macedonica, Philippi institu-
tum, peditum gravis armaturæ agmen
stabile fuit, ac din invictum. Ea
sexdecim millibus militum constabat,
in quadrum ita dispositis, ut conferti
priscorum cuneum imitarentur, quem
descripsit Homerus, Iliad. N. Ἄσπις
ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ'
ἀνήρ. Cum nempe scutum sento fir-
miter adhæret, galeæ galea, viro vir.
Hæc certaminis forma *συνασπισμὸς*
dicebatur: qua Galli quoque et Ger-
mani usi leguntur apud Cæs. lib. i.
Bell. Gall. Huic autem militiæ pug-
næque generi respondebant apud Ro-
manos legiones. Quod ait antea
phalanges Romanis fuisse similes
Macedonicis, id ita Lipsius accipit,
ut volnerit auctor, eos per totas legio-
nes concurrisse, nondum divisas in
acie manipulis.

manipulatim structa acies^d cœpit esse: postremo in plures ordines instruebantur.^e Ordo sexagenos milites^f duos, centurionem et vexillarium unum habebat.^g Prima acies hastati erant,^g manipuli quindecim,^h distantes inter se mo-



—1 'Ita enim Strothio e certissima emendat. Lipsii et Gron. rescripti pro

NOTÆ

^d *Hoc postea manipulatim structa acies*] Usus manipulorum ipsa Urbe antiquior: atque hoc primum belli tirocinium Romulo fuit, cum eripiendo fratri Remo pastorum manni collegit, centenum scilicet hominum; quibus manipulus sæni perticæ impositus signum erat, uti observatum in collectaneis de Orig. Gent. Rom. Etsi vera manipuli ab initio in usu, attamen in acie non satis distincti intervallis stabant pugnabantque, quod posteriorum temporum inventum. In ipsa quoque Macedonum phalange discrimina sua erant, usque ad centurias ac decurias: sed in acie omnia apta inter se atque connexa. At vero Athenæus l. vi. auctor est, Romanos morem *φалаγγιδον* pugnandi a Tyrrenis accepisse.

^e *Postremo in plures ordines instruebantur*] Primo itaque in phalanges, deinde in manipulos, tandem in ordines divisa acies. Unde apparet, aliud esse ordinem, aliud manipulum, quanquam ordo nonnunquam pro manipulo sumatur.

Postremo in plures ordines, &c.] Totum hunc locum qua emendavit, qua interpretatus est Just. Lipsius de Milit. Rom. l. iv. dial. 1. et 8. Angustia oræ cum omnia nequeant contineri, eum lectores adeant. Sequentia tamen de Latinis dici, non Romanis videntur, quamvis dicta censeantur et de Romanis, quia similiter erat structa acies. Legit autem Lipsius, probante J. F. Gronovio, *Ordo sexagenos milites duos, centurionem et vex-*

illarium unum habebat . . . manipuli decem . . . viginti manipulorum . . . alii decem ordine . . . earum unamquamque primam, Piliam vocabant. Rationes apud illum vide. *J. Clericus.*

^f *Ordo sexagenos milites*] Legit Lipsius, *Ordo sexagenos milites duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* Quod enim duos centuriones antea scriptum erat, stare nullatenus potest: sic quippe centurioni cuique trigiuta tantum milites parissent. Quamvis autem Polybii tempore ordo nonnisi sexagiuta militibus constaret; vetustiori tamen usu, quem hic describit Livius, sexagenos duos milites habuerat. Idque inde evincitur, quod postea Noster in tribus vexillis, sive, quod idem est, in tribus ordinibus, ponit 'centum sexaginta sex milites.' Illi igitur sex supra rotundum numerum, a duobus istis qui redundant. Ita Lipsius philosophatur lib. de Milit. Rom. c. 3.

^g *Prima acies hastati erant*] Ita dicti, quod olim hastis jaculatoriis pugnarent. Postea pilis et gladiis dimicare jussi, manente nomine. Hi mille ducenti erant in legione quatuor millium ex Polyb. Si plures milites in legione, tunc agebatur pro rata numerus hastatorum, qui e junioribus defecti.

^h *Manipuli quindecim*] Lipsius eod. l. ii. de Milit. Rom. (quem Gron. sequitur) hic inque sequentibus numeris et verbis vix sani quicquam putat esse. Igitur pro *manipuli quindecim* reponit, *manipulique decem.*

dicum spatium: manipulus leves vicenosⁱ milites, aliam turbam scutatorum^k habebat; leves autem, qui hastam tantum^l gæsaque^m gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem juvenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen, hos sequebantur, scutati omnes,ⁿ insignibus maxime armis. Hoc triginta^o manipulorum agmen antepilanos appellabant,^p quia sub signis^q jam alii

NOTÆ

Quod in singulis corporibus non nisi decem manipuli essent. Ovidius de Romulo: 'Hastatos instituitque decem: Et totidem princeps, totidem pilanus habebat, Corpora.' Ideoque postea, ubi de hastatis et principibus simul junctis, legendum: *Hoc viginti manipulorum agmen, non triginta.* Consentunt enim Veteres in legione, connumeratis etiam triariis, fuisse tantum manipulos triginta.

ⁱ *Manipulus leves vicenos*] Leviter armatos pedites indicat seu velites, qui singulis manipulis inserti.

^k *Aliam turbam scutatorum*] Manipulus ex sententia Lipsii 124. militibus constabat. Fuere igitur in manipulo levius armati pedites 20. hastati 102. qui olim clypeis atque hastis, post sentis pilisque, armati, præter ense ac sentum.

^l *Hastam tantum*] Hinc apparet eos, qui hastati inspecta origine vocabantur, hastis levioribus non usos posteriori ævo; quandoquidem distinguuntur ab his qui hastas gererent.

^m *Gæsaque*] Gæsa Gallicum est vocabulum, ut sarissa Macedonicum, framea Germanicum. Horum juniorum armaturam Polyb. tradit, egerendo quidem corpori parmam rotundam tripedalem, galeam lupinam; in hostes vero gladium brevem, et hastas longitudine duorum fere cubitorum, crassitie minus digiti, præfixo ferro unius spithamæ, adeo extenuato, et

in aciem producto, ut necessario a primo ictu inflecteretur, ne possent hostes retorquere. Hæc tela Polyb. γρόσφον, Noster gæsorum, nomine intelligit; alibi hastas velitares appellat, quales unusquisque septem gestabat.

ⁿ *Scutati omnes*] Et graviter armati: sic principibus nulli erant admixti adjective levis armaturæ milites, quasi ad horum juvandum impetum leves ex priori agmine sufficerent.

^o *Hoc triginta, &c.*] Totum hunc contextum sic emendat Lipsius: *Hoc viginti manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis jam alii decem ordine locabantur, ex quibus unusquisque tres partes habebat. Earum unamquamque primam, Pilum vocabant.*

^p *Antepilanos appellabant*] Hastati et principes antepilani dicti sunt, quod initio hastis instructi triarios, qui pilis utebantur, præcederent. Varro iv. de Ling. Lat. hos ordines sive classes sic distinguit: 'Hastati dicti, qui primi hastis pugnabant: pilani, qui pilis: principes, qui a principio gladiis, et post commutata re militari minus illustres sumuntur' (ubi error est manifestus: legendum forte, *non minus pilis utuntur*): 'pilani triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine, extremis subsidio, disponebantur.'

^q *Sub signis*] Hi triarii, seu pilani, omni ævo subsignani. Non quod

quindecim ordines^r locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat.^s Earum primam quamque primum pilum vocabant.² ^t Tribus ex vexillis constabat: ^u [vexillum] centum octoginta sex homines erant.^x Primum vex-



vulg. ordo s. milites, duos centuriones, vexillarium u. h.' Rupert.—2 'Perperam in omnibus libris legitur: earum unamquamque primum pilum vocabant. Lipsius emend. earum unamquamque primum, Pilum vocabant; Nast, in Röm. Alterthümer, earum unam primum p. v. Gron. et Stroth. earum primam quamque (partem, sc. triariorum, quorum tres partes primum, secundum, tertium pilum appellabant) primum pilum vocabant, (v. ad 11. 27. 7.) quod recepi, tanquam ceteris probabilius, etsi non indubium sit. V. Duk. ad h. l. Præterea voc. vexillum, tanquam spurium, uncinis inclusi, neque dissimulo, verba quoque tribus ex vexillis constabat (sc. ordo) post illa, earum primam . . . vocabant, parum commode adjecta, et ab interpolatore ad superiora ordo unusquisque tres partes habebat in marg. ascripta videri. Idem suspicabatur Stroth.' Rupert. 'Crevierius totum hunc locum inde a verbis ordo sexagenos ex emendatione Lipsii [vid. Not. Var.] textui inseruit, ita tamen, ut textum

NOTE

non superiores quoque sub signis, sed ad discrimen levis armaturæ, quam sub nullis signis, sparsim, in fronte, ad latera, aut per intervalla pugnasse constat.

^r Alii quindecim ordines] Scribit Lipsius, alii decem ordine locabantur: decem nempe manipuli: ut tot essent triariorum, quot principum, quot hastatorum manipuli.

^s Ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat] Tollit idem Lipsius vocem ordo, quasi ex repetitione prave insertam: legiturque, ex quibus unusquisque, nempe manipulus.

² Earum primam quamque [unamquamque] primum pilum vocabant] Corrigo ex Lipsii sententia: Earum unamquamque primam pilum vocabant. Cum enim, inquit, manipuli cujusque in hoc tertio corpore, non duæ, ut in prioribus, sed tres partes essent, prima quæque earum Pilus dicebatur.

^u Tribus ex vexillis constabat] Tres enim erant cujusque manipuli partes, sive ordines: cuique autem ordini suum vexillum. Totum hunc locum Turn. xi. Advers. 37. ita restituendum suspicatur, sub signis jam alii

novem ordines locabantur: ex quibus ordo unus qui tres partes habebat. Earum una, quam primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat.

^x Vexillum centum octoginta sex homines erant] At si decem manipuli in extrema acie, et cujusque manipuli tres partes totidemque vexilla, quorum in unoquoque homines 186. erunt in hac sola acie 5580. milites: quot vix nunquam in tota legione, vultus præsertim temporibus. Necessario igitur, rejecta voce vexillum, legendum cum Lipsio: Tribus ex vexillis constabat: centum octoginta sex homines erant. Nam quisque ordo, ut ante dictum, sexaginta duos homines complectebatur. Concludit itaque Lipsius, manipulos in legione fuisse omnino triginta: quorum priores viginti faciunt homines 2480. posteriores vero decem manipuli continent milites 1860. Quibus numeris junctis, legio fiet peditum 4340. Idque congruere vult cum Polybii rationibus; nisi quod apud hunc levis armatura seorsim, et extra ordines, hic in ordinibus, et conjuncta pilanis seu triariis. In numero tamen nihil

illum triarios ducebat, veteranum militem spectatæ virtutis: secundum rorarios,^y minus roboris ætate factisque: tertium accensos,^z minimæ fiducia manum. Eo et in postremam aciem rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum^a principes recipiebant. Tum principum pugna erat; hastati sequebantur. Triarii sub vexillis considebant, sinistro crure porrecto, scuta innisa humeris, hastas^b surrecta cuspide^{3 c} in terra fixas, haud



vulgatum una retineret. Idem fecit Lallemand.⁷ *Kreyssigius*.—3 Vulg.

NOTÆ

discriminis. Sunt enim hic rorarii 620. totidem accensi, ergo simul 1240. quot in Polybio velites. Quadranginta tantum redundant ex duobus, qui singulis ordinibus additi supra sexagenos.

^y *Secundum rorarios*] Levis armaturæ seu velitum (late sumto nomine) non unum genus: alii rorarii, alii accensi, alii vero velites sic proprie dicti. Priora duo genera in veteri militia: postremum in nova: instituti quippe anno U. 542. bello Punico 2. post obsidionem Capuæ, ut Noster lib. xxvi. docet. Et rorarii quidem sic dicti, quod primi prælium committebant, et ut ros fere ante imbrem, ita illi ante gravem armaturam prodibant. Videntur iidem postea ferentarii appellati, cum ex auxiliariis delecti sunt. Dictos enim a ferendo auxilio vult post Varronem Festus: a quibus hæc quoque nominis ratio adducitur, quod fundis et lapidibus pugnarent, quæ tela feruntur, non tenentur. Sed Varro equites ferentarios memorat.

^z *Tertium accensos*] Varie sumitur accensorum nomen. Quidam magistratibus ministrabant, atque ad eos acciebant, si qui privatim vocandi;

quemadmodum præcones publica eorum jussa pronuntiabant. Sed in militaribus quoque muniis accensorum duplex genus fuit. Sic enim primo vocabantur, qui adjutores dabantur centurionibus a tribuno militum; qui postea optiones appellati, ex quo centurionibus permissum, quem vellent sibi adiutorem seu succenturionem optare. Præterea accensi, de quibus nunc agimus, ii erant, quos Festus dicit ad censum legionum ascriptos: supplendis nempe legionibus, ut in locum demortuorum militum succederent; interim jaculis aut sagittis pugnaturi; quæ arma fere velitum fuere. Sed hi equitibus immixti: accensi defessis aliis procedebant, quod docet cap. 10. Noster.

^a *In intervalla ordinum*] Viæ fuerunt patentes inter manipulos antesignanorum, sive spatia ad effugium comparata; ne, pulsus ac recedentibus primis, sequentes turbarentur impellerenturque.

^b *Hastas*] Immo vero pila, quæ propria legionariorum missilia. Sed generali hastarum nomine pila quoque continentur.

^c *Surrecta cuspide*] Vide cap. 10.

secus quam⁴ vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim referebantur. Inde 'rem ad triarios redisse,' cum laboratur, proverbio increbruit. Triarii consurgentes, ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias; unoque continenti⁵ agmine, jam nulla spe post relicta, in hostem incidebant.⁶ Id erat formidolosissimum hosti, cum, velut victos insecuti, novam repente aciem exsurgentem auctam numero cernebant. Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus⁷ peditum,^d equitibus in singulas legiones trecentis. Alterum



hastus sub erecta cusptide.—4 Malebat J. F. Gronov. *ut haud secus quam.*—5 *Continente* Gronov. Doujat. Crevier.—6 'Ed. Gryph. *incidebant*, quod dignius est velut gravitate triariorum et justa pugna, non casu commissa.' Bauer.—7 'Vocibus transpositis legendum, *quatuor legiones quinis fere millibus*; quod etiam alii monuerunt. Klockius autem hanc verissimam coniec-

NOTÆ

Cuspis surrecta idem est quod erecta, a verbo surrigere, quod activum est, quemadmodum arrigere. Virg. 'tot surrigit aures.'

Surrecta] Vide ad lib. vii. c. 10. *J. Clericus.*

^d *Quinis millibus peditum*] Hactenus quatuor millium legionem, pro Lipsii arbitrio instructam, facta inter Polybium et Livium ab eo varie discerptum comparatione, inspeximus. Sed Auctor ipse hoc loco quinque millium legiones a se descriptas profitetur; nec spectato more militiæ qui a Scipione servatus Punico bello 2. juxta Polybium, sed eo qui circa hujus cum Latinis belli tempora obtinebat ante annos ferme 130. Quo discrimine observato, nescio quid mihi in mentem venit, quod huic loco, servatis maxima ex parte Livii verbis, explicando, non pro certo proferam, verum eruditus hominibus offeram examinandum. Itaque, etsi et ante et

post hoc bellum legiones quatuor circiter millium ut plurimum scribentur, quia tamen ad quinque millium legionem respexit hic Noster, quidni, ampliato militum numero, manipulos etiam, ordines, ducesque multiplicatos credamus? Nam si quis velit, non ordinum ducumque numerum auctum, sed plures unicuique ordini, sub unoquoque ductore, milites assignatos, is facile vel ex Tacito refelletur; apud quem, in quinque aut amplius militum legione (quales haud dubie Cæsaris, et sequenti ætate) pristinum in unoquoque ordine retentum numerum, liquet, sexagenorum nempe. Lib. quippe Annal. i. de seditione legionum inferioris ad Rhenum exercitus agens, 'repente lymphati,' inquit, 'districtis gladiis in centuriones invadunt.' Tum, 'prostratos verberibus mulcant, sexageni singulos, ut numerum centurionum adæquarent.' Unde

tantum ex Latino delectu^e adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruxerant aci-

NOTÆ

est quod Lipsius coarguatur, qui, cum vulgo legatur apud Nostrum, *Ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat*, recte quidem emendat, et *duos centurionem et vexillarium*; at in eo, ni fallor, hallucinat, quod illud et duos ad milites refert; cum mea sententia referendum sit ad *centurionem et vexillarium*, deleto τῶν *unum*, quod videtur ex ultimis literis anterioris vocis *vexillarium* irrepisse: qua ratione duo hi, quorum alter ductor, alter quasi ductor, extra numerum habebuntur. His ita constitutis, si unicuique ordini milites 60. attribuantur, duo in manipulo quolibet ordines efficient numerum 120. militum. Si hastatorum manipuli quindecim (quot numerantur a Livio) peditum 1800. numerum dabunt. In quibus si per singulos manipulos viceni leviter armati computentur, (prout ponuntur ab Auctore,) fient leves 300. supererunt hastati gravis armaturæ 1500. principum deinde, qui omnes scutati, et gravis armaturæ, nullo admixto velite, quindecim manipuli reddent milites 1800. ita ut antepilani triginta manipulis suis impleant numerum 3600. peditum. Jam subsignatorum (qui generali nomine pilani et triarii) quindecim ordines numero cum Livio. Verum ex ejus narratione, tanquam intrusum, ac perperam iteratum, nomen *vexillum* expungo post Lipsium, propter evidentissimas rationes ex hoc ante adductas. Et in singulis hujus tertiæ classis ordinibus tres quidem partes admitto; sed cum Turnebo de primo tantum puto intelligendum quod subjicitur, *tribus ex vexillis constabat; 180. homines erant*: ubi Auctor custodite *homines*

dixit, non milites, aut pedites; ut indicaret, hoc numero includi centuriones, signiferosque; milites autem 180. duntaxat fuisse. Pro eo ergo quod vulgo scribitur, insulse plane, meritoque rejicitur a Lipsio, ut vidimus, *Earum (partium supplet idem Lips.) unamquamque primum pilum vocabant*, rescribo levi mutatione, *Eorum (nempe ordinum) unus, quem primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat*. Revera enim primus centurio triariorum primipilus proprie, sive primi pili centurio appellabatur. Itaque in primo ordine tertii hujus corporis, cui a triariis nomen, fuerunt, opinor, ex Livii mente, triarii proprie dicti 60. sub suo vexillo, rorarii totidem, atque accensi, sub vexillis quique suis. Verum hic ordo ceteris ejusdem tertii agminis ordinibus numerosior erat, quod in re trepida primus ad certandum consurgere deberet. Et in hoc toto agmine unum cuique velitem generi vexillum suffecisse, colligi ex Polybio potest, qui proprios ipsis duces nullos assignat, quia sparsim procurrendo dimicabant, et gravis armaturæ centurionibus inter præliandum parebant, prout cuique manipulo aut ordini applicabantur. Ceteros autem hujusce tertii corporis ordines, quamvis in tres partes, sive genera, distributi essent, non tamen receptum manipulorum numerum excessisse, suadet quod sæpius in hac re laudatus laudandusque Polybius affirmat, triariorum, qui præcipui in hoc agmine, minorem semper quam hastatorum, aut principum, numerum fuisse; ut, ne aucto quidem legionariorum reliquorum numero, ultra solitum sexcentorum numerum crescerent: a

em: nec vexilla cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis, principes cum principibus; sed centurio quoque cum centurione,⁸ si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebant. Duo primipili^f ex utraque acie inter triarios erant: Romanus corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiæ: Latinus viribus ingens bellatorque primus; notissimi inter se, quia pares semper ordines duxerant.⁹ Romano, haud satis fidenti viribus, jam Romæ permissum erat ab consulibus, ut succenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato hoste. Isque juvenis, in acie oblatus, ex centurione Latino victoriam tulit. Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis,^g qua via ad Veserim^h ferebat.

//////////

turam, ut solet, pro Mss. lectione venditat.' Stroth.—8 'Admodum aridit Gronovii conjectura, centurio, quocum centurione.' Stroth.—9 Vulg. duxerunt.

NOTÆ

quo adjunctos triariis sive rorarios, sive accensos, non abhorruisse, nemini non credibile, ut spero, videbitur. Sic in unaquaque tertia horum quatuordecim tertiæ classis ordinum parte erunt pedites 40. atque in his omnibus triarii 560. parique numero tum rorarii, tum accensi: in totum pedites diversi generis 1680. qui si cum 180. militibus primi ordinis conjungantur, efficiunt milites 1860. Hi vero adjecti ad 3600. antepilanos, dabunt servata Polybiana proportione, peditum 5460. legionem. Quæ tamen quinque millium non male dicitur a Nostro; siquidem, quam Lipsius quatuor millium appellat, ex ipsiusmet accurata computatione, minor 4340. non fuit. Quodsi admixti hastatis velites 300. dicantur ex rorariis accensisque, corpori triariorum insertis, detracti sub initium prælii, uti non improbabiler dici possunt, jam legio hæc, quinque millenaria dicta, major non erit 5160. pediti-

bus. Ex quibus adhuc nihil vetat deduci vicenos, ut indicatus a Polybio, tanquam perpetuus triariorum 600. unnerus ad anguem servetur.

Quinis millibus] Immo hisce temporibus quaternis, ut recte Lipsius et Gronovius. *J. Clericus.*

^e *Ex Latino delectu*] Sociorum, qui et ipsi suas in legiones distributi, par numerus erat peditum, equitum duplo, aliquando etiam triplo major.

^f *Duo primipili*] Unus in uno quoque exercitu, duo in adversis duobus.

^g *Vesuvii montis*] Mons Vesuvius, qui prius Vesevus, et Græcis posterioribus Βέσβιος, circa quem ager Phlegræus, ex Diod. l. iv. in Campania est, quæ nunc Terra Laboris, ad ortum Neapolitanæ civitatis: agris vineisque olim cultus excepto vertice; hodie sterilis ob crebra incendia, quæ flammam cineresque Ætnæ instar eructando identidem spargit.

9. Romani consules prius, quam educerent in aciem, imolaverunt. Decio caput jocinoris¹⁰ a familiari parteⁱ cæsum aruspex dicitur ostendisse; alioqui acceptam Diis hostiam esse: Manlium egregie litasse. ‘Atqui bene habet,’ inquit Decius, ‘si ab collega litatum est.’^{11 k} Instructis, sicut ante dictum est, ordinibus, processere in aciem. Manlius dextro, Decius lævo cornu præerat. Primo utrimque æquis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res: deinde ab lævo cornu hastati Romani, non ferentes impressionem Latinorum, se ad principes receperunt. In hac trepidatione Decius consul M. Valerium magna voce inclamat: ‘Decorum,’ inquit, ‘ope, Valeri, opus est. Agedum, pontifex publicus populi Romani, præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.’ Pontifex eum togam prætextam sumere jussit, et, velato capite, manu subter togam ad mentum exerta, super telum subjectum pedibus stantem sic dicere: ‘Jane, Jupiter,¹ Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Novensiles,^m Dii Indigetes, Divi, quorum est

//////////

10 Al. *jocinoris*.—11 Vet. lib. apud Sigon. *si ab collega prospere litatum est*.

NOTÆ

Itali vulgo vocant *Monte di Somma*, a proximo ejus nominis oppido: nostri veterem appellationem retinent, *Le Vesuve*.

^b *Ad Veserim*] Castellum fuit ant oppidum sub Vesuvii montis radicibus, quo via publica ducebat ab urbe Capua. Auctor de Viris Illustribus fluvium facit, sed solus. Ex Nostro hic, et lib. x. itemque ex Cic. ac Valerio Max. perspicuum est loci nomen fuisse. Nec Capuam inter et Vesuvium annis alius præter Clanim ac Sebethum Veteribus cognitos. Cluverius locat non procul eo loco ubi hodie *Somma*. Memoratur quidem Veteribus annis Veresis, sed in Latio.

ⁱ *Caput jocinoris a familiari parte*] Verba sunt aruspicinæ, quæ jecur

victimæ in duas partes dividebat, familiarem et hostilem: ut ex illa eventus suos, ex hac hostium fata colligerent. Caput autem initium fibrarum in jecore fuisse conjicit Turnebus l. xi. c. 27. Adv. Huc spectat illud Lucani l. i. ‘Ecce videt capiti fibrarum increescere. molem: Alterius capitis pars ægra et marcida pendet, Pars micat.’

^k *Si ab collega litatum est*] Quid sibi voluit Sigonius, cum *prospere* inseruit, contra fidem meliorum codicum? quasi non ipsum per se litandi verbum prosperum sacrificium significaret: quod Græcis est *καλλιερειν*, ut Gron. notat.

¹ *Jane, Jupiter*] En formulam sese pro patria devovendi.

^m *Divi Novensiles*] Romam a Sabi-

potestas nostrorum hostiumque, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto feroque,^a uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis, hostesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro re publica Quiritium,¹² ° exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoceo.' Hæc ita precatus, lictores ire ad T. Manlium jubet, matureque collegæ se devotum pro exercitu nuntiare. Ipse, incinctus cinctu¹³ Gabino,^p armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. Conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu,¹⁴ ° sicut cælo missus piaculum omnis Deorum iræ, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret. Ita omnis terror pavorque cum illo latus signa primo¹⁵ Latinorum turbavit; deinde in¹⁶ totam pe-



—12 'Verba populi Romani post re publica excidisse suspicabatur Gron. Forte leg. ita pro Rom. populo Quiritium.' Rupert. Vid. Not. Var.—13 Conj. Rupert. ritu vel cultu.—14 Conj. J. F. Gronov. visus.—15 Conj. Ernest. prima.—16 Tò in forte delendum Baner. dein pro deinde in conj. Schæf.

NOTE

nis deducti hi Novensiles, iisque a Tatio rege dicatæ ædes creduntur. Alii *Novensides* vocant, sive quod novem, sive quod nove inter Deos reliquos, iis postremum additi, sederent. Piso apud Arnob. novem Deos esse credit in Sabinis apud Trebiam constitutos. Graninus Musas putat, ibidem. Varro Novensilium hæc nomina videtur edere, Laram, Vestam, Salutem, Fortem, Fortunam, Fidem; eodemque etiam referre Feroniam, Minervam, itemque Concordiam. Cornificius ex eo nominis rationem petit, quod novitatum sint præsides.

^a *Feroque*] Sumitur *ferendi* verbum pro eo quod est, requirere ac postulare. Ut 'quid res, quid tempus, quid causa ferat, tu perspicies.' Cic. ad Famil. lib. ep. 7. idem in Pison. 'Ita existimabam tempora reip. ferre.' 'Veniam ferre,' est gratiam et

beneficium postulare, vel certe habere: ut Decius ex quadam animi fiducia loqui videatur, quasi dicat gratiam hanc jam acceptam habeo.

° *Pro re p. Quiritium*] Putat Gronov. aliquid excidisse hac formulæ parte; legendumque hic etiam *pro rep. populi Rom. Quiritium*.

^p *Cinctu Gabino*] Eo cinctu Romanos magistratus atque pontifices usos, cum belli causa sacris operarentur, antea observavi lib. v. cap. 46.

° *Augustior humano visu*] Gronov. vellet *augustior humano*, qua loquendi forma usi boni auctores, pro *augustior homine*: velut Ovid. II. Fast. 'Pulcher et humano major, trabeaque decorus Romulus:' aut saltem quoniam vox *visu* in optimis quibusque codicibus reperitur, potius duceret, *augustior humano visus*, id est, apparuit major.

nitus aciem pervasit. Evidentissimum id fuit, quod, quacumque equo invecus est, ibi, haud secus quam pestifero sidere icti, pavebant: ubi vero corrui obrutus telis, inde jam haud dubie consternatae cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt.^r Simul et Romani, exsolutis religione animis, velut tum primum signo dato coorti, pugnam integram ediderunt. Nam et rorarii procurrebant inter antepilanos, addiderantque vires hastatis ac principibus; et triarii, genu dextro innisi, nutum consulis ad consurgendum expectabant.

10. Procedente deinde certamine, cum aliis partibus multitudo superaret Latinorum, Manlius consul, audito eventu collegæ, cum, ut jus fasque erat, lacrymis non minus quam laudibus debitis prosecutus tam memorabilem mortem esset; paulisper addubitavit, an consurgendi jam triarii tempus esset: deinde, melius ratus integros eos ad ultimum discrimen servari, accensos ab novissima acie ante signa procedere^s jubet. Qui ubi subiere, extemplo Latini, tanquam idem adversarii fecissent, triarios suos excitaverunt: qui aliquamdiu pugna atroci cum et semet ipsi fatigassent, et hastas aut præfregissent, aut hebetassent, pellerent vi tamen hostem, debellatum jam rati, perventumque ad extremam aciem; tum consul triariis, 'Consurgite nunc,' inquit, 'integri adversus fessos, memores patriæ parentumque et conjugum ac liberorum; memores consulis pro vestra victoria morte occumbentis.' Ubi triarii consurrexerunt integri, refulgentibus armis, nova ex improvise exorta acies, receptis in intervalla ordinum antepilanis, clamore sublato principia Latinorum perturbant.^d Hastisque ora fodientes,^t primo robore virorum

^d Turbarunt eos qui principes sive primi erant inter Latinos in pugna procedenda.

NOTÆ

^r *Fugam ac vastitatem late fecerunt*] Ambigua phrasis: posset enim intelligi Latinos fugam et vastitatem intulisse Romanis, seu fugæ ac vastitatis causam eis dedisse: Cic. pro Do. sua: 'Quas iste tum cædes, quas

lapidationes, quas fugas fecerit.' Contra tamen in fugam coniectos hostes, vastum ac desertum pugnae locum reliquisse, vult Livius.

^s *Ante signa procedere*] Per intervalla principum atque hastatorum.

cæso, per alios manipulos, velut incermes, prope intacti evasere; tantaque cæde perrupere cuneos,^u ut vix quartam partem relinquerent hostium. Samnites quoque, sub radicibus montis procul instructi, præbuere terrorem Latinis. Ceterum inter omnes cives sociosque præcipua laus ejus belli penes consules fuit: quorum alter omnes minas periculaque ab Diis superis inferisque^x in se unum vertit;^y alter ea virtute eoque consilio in prælio fuit, ut facile convenerit inter Romanos Latinosque, qui ejus pugnae memoriam posteris tradiderunt, utrius partis T. Manlius dux fuisset, ejus futuram haud dubie fuisse victoriam. Latini ex fuga se Minturnas^z contulerunt. Castra secundum prælium capta, multique mortales ibi vivi oppressi,^a maxime Campani. Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quærentes oppressit.^e Postero die inventum inter maximam hostium stragem, coopertum telis; funusque ei par morti, celebrante collega, factum est. Illud adjiciendum videtur, licere consuli dictatorique et prætori, cum legiones hostium devoveat,^b non utique se,^c sed quem velit¹⁷ ex legione Ro-

^e *Eos, qui Decii cadaver investigabant, nox prævenit; unde factum est, ne tunc repertum fuerit.*

NOTÆ

^u *Hastisque ora fodientes*] Melius meo judicio in editione Becharii, *Hastatisque ora fodientes*: triarii scilicet Romani pilis ora fodiebant hastatorum Latinorum, qui primi oppositi.

^u *Perrupere cuneos*] Cuneus proprie in militia est agmen ita instructum, ut, angustum in fronte, paulatim se pandat trigoni sen cunei forma, ut supra observatum. Alias rostrum et Græce ξμβολον appellatur. Sed hic mallem *perrupere cuneo*. Est enim maxime idonea hæc ad perrumpendum hostem forma aciei, lib. II. c. 50. 'rupere cuneo viam.' Nisi forte generali nomine cuneos pro agminibus sen manipulis dixerit Liv.

^x *Ab Diis superis inferisque*] Diis Manibus ita se devovebant, ut superiorum iram averti a suis putarent.

^y *In se unum vertit*] Eleganter Florus lib. IV. cap. 14. de hoc Decio: 'Diis Manibus se devovit, ut in confertissima se hostium tela jaculatus, novum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret.'

^z *Minturnas*] Vide infra lib. X. c. 21.

^a *Multique mortales ibi vivi oppressi*] Multitudinem hostium indicat, qui, irruentibus in castra Romanis, dum alter alterum fugientes urgent, obruti turba interierunt.

^b *Cum legiones hostium devoveat*] Id Romanis solenne, ut hostes devoverent, et voto quasi addicerent Diis inferis, aliquo e suis certæ morti devoto. Hujus devotionis formulam Macrobius refert l. III. Saturn. c. 9.

^c *Non utique se*] Qui ergo Decius

mana scripta ¹⁸ civem, ^d devovere. Si is homo, qui devotus est, moritur, probe factum videri : ni moritur, tum signum septem pedes altum, ^e aut majus, in terram defodi, et piaculum hostiam ¹⁹ cædi. ^f Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum escendere ²⁰ fas non esse. Sin autem sese devovere volet, sicuti Decius devovit ; ni moritur, neque suum, neque publicum divinum pure faciet, ^g qui sese devoverit. Vulcano arma sive cui alii Divo vovere ¹ volet, sive hostia sive quo alio volet, jus est. ² Telo, super quod stans consul precatus est, hostem potiri, fas non est : si potiatur, Marti suovetaurilibus ³ ^h piaculum fieri.

II. Hæc, (etsi omnis divini humanique moris memoria abolevit, ⁴ ⁱ nova peregrinaque omnia priscis ac patriis præ-

17 *Devoeant . . . velint* Gronov. Donjat. Crevier.—18 ‘Vox scripta, nisi corrupta, certe superflua est.’ Ernest.—19 ‘Ita Mss. per appositionem, vel ἐπεξηγήσω, pro vulg. hostia: nisi leg. piaculo, vel in piaculum, vel piacularem.’ Rupert.—20 Quædam edd. *descendere*.—1 *Devovere* Gronov. Doujat. Crevier.—2 *Esto* Crevier.—3 *Olim solitaurilibus* legebatur.

NOTÆ

hic, ejusque exemplo filius se devovere? Scilicet quasi Deorum monitu, prout cap. 6. supra narratur.

^d *Ex legione Romana scripta civem*] Alias, *scriptum*, non peregrinum ex legione Latina. Quod autem legione scriptam designat, vult, opinor, tumultuarios sive subitarios milites excludi.

^e *Signum septem pedes altum*] Per signum existimat Sigonius intelligi hominis ejus imaginem vera majorem, qui devotus, nec mortuus est. Mortem enim ejus, defosso simulacro, cæsaque hostia, suppleri putabant. Galli ejusmodi simulacra comburebant, cum humanæ victimæ deessent.

^f *Piaculum hostiam [hostia] cædi*] Vult haud dubie piaculum hostia cæsa fieri. Verum quid ni *piaculo hostiam cædi*, id est, ad piaculum, seu expiandi causa? Certe ‘piaculum cædere,’ non facile alibi, opinor, occurrit.

^g *Neque . . . divinum pure faciet*] Hebræorum more immunda habebantur cadavera, eorumque tactu pollui homines censebantur: ut et terra cruce innocenti occisi. Sic apud Romanos funere pollui domus credebatur; quo spectat illud Poëtæ: ‘Totamque incestat funere classem.’ Idem in Devotis morti locum habebat: unde a quovis sacrificio, et re divina, sive privatim, sive publice facienda arcebantur, nisi prævia expiatione.

^h *Suovetaurilibus*] Immolatis sue, ove, tauro. Vide lib. 1. cap. 44.

ⁱ *Memoria abolevit*] Non omnino improbabilis emendatio Tan. Fabri, qui legendum censet, *incuria abolevit*, et τὸ *memoria* natum esse ἐκ τοῦ *moris*: nilque certius putat. Sed tamen si *abolevit* ab abolesco ita accipias, ut exolevit, nihil erit quod ad correctionem confugas; mens quippe Auctoris hæc satis aperta erit: dum nova et externa priscis et patriis

ferendo,) haud ab re duxi, verbis quoque ipsis, ut tradita nuncupataque sunt, referre. Romanis post praelium demum factum Samnites venisse subsidio, expectato eventu pugnae, apud quosdam auctores invenio. Latinis quoque ab Lavinio auxilium, dum deliberando terunt tempus,^k victis demum ferri coeptum. Et, cum jam portis prima signa et pars agminis esset egressa, nuntio allato de clade Latinorum, cum conversis signis retro in urbem rediretur, praetorem eorum nomine Milionium dixisse ferunt, ‘pro paulula via^l magnam mercedem Romanis esse solvendam.’ Qui Latinorum pugnae superfuerant, multis itineribus dissipati, cum se in unum conglobassent, Vescia urbs^m eis receptaculum fuit.⁵ Ibi in consiliis Numisius imperator eorum, affirmando, ‘communem vere Martem belli utramque aciem pari caede prostravisse, victoriaeque nomen tantum penes Romanos esse, ceteram pro victis fortunam et illos gerere:^f funesta duo consulum praetoria, alterum parricidio filii, alterum consulis devoti caede; trucidatum exercitum omnem; caesos hastatos principesque; stragem et ante signa et post signaⁿ factam;

^f *Ipsos quoque Romanos, quoad reliqua, (extra victoriae nudum titulum,) ea sorte esse, ut se tanquam victos habeant.*

//////////

4 Legendum monet Tan. Faber incuria abolevit.—5 ‘Vescia urbs eis receptaculum fuit. Suspectum mihi τὸ εἰς: nec pejus erit si deleas, scribasque, multis itineribus dissipatis: quod tanquam ambiguum videntur mutasse. Nihil tamen ausim, antequam vetus aliqua accedat auctoritas.’ J. F. Gronov.—

NOTÆ

praferantur, factum esse ut memoria omnis divini humanique moris extincta, atque ad nihilum redacta fuerit. Sic apud Virgil. ‘Tantique aboletet gratia facti.’

^k *Dum deliberando terunt tempus*] Auxiliares e Lavinio.

^l *Pro paulula via*] Pœnam scilicet gravioris servitutis sub Romanis subeundam esse; quod tantillum progressi essent animo ferendi Latini adversus eos auxilii.

^m *Vescia urbs*] Auruncorum, sive

Ansonum oppidum fuit Vescia circa Lirim fluvium, et citra Massienn montem, qui nunc *Monte Marsico*. Inde ager Vescinus ad utramque Liris ripam, agrum Falernum ab ortu contingens. Longe diversus a Vestinis Samnii latini sumti populis. In eo agro fuit Sinuessa: cui urbs Vescia ad occasum, haud procul Minturnis.

ⁿ *Et ante signa et post signa*] Legionis signum aquila; manipulorum perticæ cum ligno transverso in mo-

trarios postremo rem restituisse. Latinorum etsi pariter accisæ copis sint, tamen supplemento vel Latium propius esse, vel Volscos, quam Romani. Itaque, si videatur eis, se, ex Latinis et ex Volscis populis juventute propere excita, rediturum infesto exercitu Capuam esse; Romanosque, nihil tum minus quam prælium expectantes, nec opinato adventu perculsurum.⁷ Fallacibus literis circa Latium nomenque Volscum missis, quia, qui non interfuerant pugnae, ad credendum temere faciliores erant, tumultuarius undique exercitus raptim conscriptus⁶ convenit. Huic agmini Torquatus consul ad Trifanum^o (inter Sinuessam^p Minturnasque^q is locus est) occurrit. Prius, quam castris locus caperetur, sarcinis utrimque in acervum conjectis, pugnatum debellatumque est. Adeo enim accisæ res sunt, ut consuli, victorem exercitum ad depopulandos agros eorum ducenti, dederent se omnes Latini, deditionemque eam Campani sequerentur. Latium Capuaque⁷ agro mulctati. Latinus ager, Privernati addito agro, et Falernus,^r qui populi Campani fuerat, usque ad Vulturum^s flumen, plebi Romanæ



6 ' Verba raptim conscriptus forte glossatori debentur.' *Rupert.*—7 *Vet. lib.*

NOTÆ

dum fere crucis, adjecto supra ornamento aliquo. Equitibus vexilla sua, sive quadri ad hastas pannuli. Hæc in agmine anteibant, in prælio post primam aciem locabantur. Qui antecedeabant aquilas, hastati, ni fallor, antesignani, et prosignani; qui sequebantur, triarii nempe, postsignani dicebantur.

^o *Ad Trifanum*] Locus fuit, forte a tribus fanis, aut a trium Deorum fano dictus, in Auruncorum regione, quæ Volscos inter et Campanos media. Erat hic locus ultra Lirim, Sinuessæ quam Minturnis propior, eodem tractu quo urbs Vescia.

^p *Inter Sinuessam*] Sinuessa, alias Sinope, in Ausonum finibus: nunc *Rocca di Mondragone*: Ducatus titulo

clarum oppidum maritimum, in Terra Laboris. Notat hic Sigonius errorem, qui apud Diodorum lib. xvi. irrepsit: ubi dicuntur Latini et Campani a Romanis duce Manlio devicti ad Suessam; cum sit scribendum ad *Sinuessam*; nam Suessa a mari et loco pugnae remotior.

^q *Minturnasque*] Paulo supra Liris ostium fuere Minturnæ, paludibus suis notæ, ubi Marius delituit. Nunc ejus urbis vix vestigia supersunt, ad locum ubi Liris scapha trajicitur. Vulgo, *La Barca di Garigliano*.

^r *Falernus*] In Auruncorum Campanorumque confinio a Massico monte, ad Vulturum fluvium, fuit ager Falernus, fertilitate sua, et præsertim generoso vino, nobilis.

dividitur. Bina in Látino jugera, ita ut dodrantem^t ex Privernati complerent,^u data; terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate^x adjectis. Extra pœnam fuere Latinorum Laurentes Campanorumque equites,^s quia non desciverant. Cum Laurentibus renovari foedus jussum. Renovaturque ex eo quotannis post diem decimum⁸ Latinarum.^y Equitibus Campanis civitas data: monumento-

^s *Inter Latinos incolæ oppidi Laurenti, inter Campanos soli equites ab ea multa immunes fuerunt.*

//////////

apud Sigon. *Latini Capuaque.*—8 Vet. lib. apud eund. *deciman.*

NOTÆ

^s *Usque ad Vulturnum*] Vulturno flumini an ab urbe Vulturno, quæ post Capua, nomen inditum, an contra, parum constat. Oritur ex Apennino, in Samnitium finibus, supra Æserniam: hinc Allifas, Venafrum, inde, recepto Sabato, Casilinum Capuæ vicinum alluit; atque infra Vulturnum castellum, seu oppidum, Tyrreno mari miscetur. Vul. *Vulturno.*

^t *Dodrantem*] Dodrans ex duodecim unciiis, quibus constat libra Romana, novem continet, sive assis totius tres quartas partes.

^u *Ex Privernati complerent*] Quæ huic loco explanando Glareanus affert, eorum vix quicquam stare meo iudicio potest. Neque enim colonos in Latium Campaniamve deductos Livius scribit, nec, si deducti essent, ita videntur assignari agri potuisse, ut viritim darentur jugera duo in Latinorum regione, dodrans vero in Privernate; nec denique ex agro Privernate acceptus quadrans dodrantem ex Latino acceptum explere facile potuit. Cum enim Privernum, Volscorum urbs, a proximis Latii veteris finibus non minus quindecim millibus passuum abesset, qui potuere quadrantes, qui duobus jugeribus deerant ex tam distantibus locis compleri? Complementum itaque,

ex agro Privernate, non in singulorum portionibus intelligendum, ut unusquisque hic jugerum cum semisse, alibi dimidiatum jugerum (totius agri sui quadrantem) haberet: sed in portionibus integris eorum, quibus ager Latinus ad duo jugera capienda non sufficeret. Ita scilicet, ut si forte quaternis civium millibus agri hac in parte assignandi forent; ter milleni in Latinorum, milleni in Privernatium regione sua quisque duo jugera integra acceperint.

^x *Pro longinquitate*] Quod longius ab urbe Roma distaret Falernus ager, quam Latinus: idcirco non tantum tria jugera in Falerno singulis assignata, pro binis in Latino; sed præterea quarta pars jugeri.

^y *Post diem decimum Latinarum*] Feriæ Latinæ celebrabantur VII. Kalend. Maias, id est, 27. Aprilis, ex instituto Tarquinii Superbi, ut esset communis 50. Latii populorumque in foedus receptorum mercatus, ubi annuatim sacris communibus fruerentur, ac simul epularentur. Qua de re Dionys. lib. IV. His feriis dies tantum unus a Tarquinio dicatus fuerat: alter eo pulso a populo additus; tertius ex Senatusconsulto ob reconciliatam plebem: deinde quartus quoque adjectus. An hic deci-

que ut esset, æneam tabulam in æde Castoris Romæ fixerunt. Vectigal quoque cis Campanus populus jussus pendere in singulos quotannis (fuere autem mille et sexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenos.^z

12. Ita bello gesto, præmiis pœnaque pro cujusque merito persolutis, T. Manlius Romam rediit: cui venienti seniores tantum obviam exisse constat; juventutem, et tunc, et omni vita deinde, aversatam eum execratamque. Antiates in agrum Ostiensem, Ardeatem, Solonium^a incursiones fecerunt. Manlius consul, quia ipse per valetudinem id bellum exequi nequierat, dictatorem L. Papirium Crassum, qui tum forte erat prætor, dixit: ab eo magister equitum L. Papirius Cursor dictus. Nihil memorabile adversus Antiates ab dictatore gestum est, cum aliquot menses stativa in agro Antiati habuisset. Anno insigni victoria de tot ac tam potentibus populis, ad hoc consulum alterius nobili morte, alterius sicut truci, ita claro ad memoriam, imperio, succedere consules * Ti. Æmilius Mamercinus et Q. Publilius Philo; neque in similem materiam rerum, et ipsi aut suarum rerum, aut partium^b in re publica magis, quam patriæ, me-

NOTE

mus renovandi cum Laurentibus fœderis dies a primo, an a postremo Feriarum numerandus sit, non satis explicat Livius.

^z *Denarios nummos quadringenos quinquagenos*] Nondum signatum erat Romæ argentum. Forte apud Campanos jam tum in usu denarii: quorum, opinor, pretium Livius ad temporis sui rationem retulit: quo denarius sexdecim assibus semuncialibus æstimabatur, respondebatque fere drachmæ Atticæ: nec multum Regales Hispanicos pondere superabat, ut nostræ monetæ octo circiter asses pensaret. Hac ratione erit hæc summa 180. libris nostratibus laud multum inferior: sic mille sextentis equitibus pendendæ fuerint a Campanis 288000. libræ annuæ. Gla-reanns in singulos equites nonnisi

quadragenos quinos denarios imperatos in pluribus codicibus legi testatur, quod et Becharius sequitur. Qua ratione ad decimam partem redigetur summa illa annua. Sed ad unumquemque equitem exiguum quid subsidii ex ejusmodi vectigali redibit; vel si cum Budæo decem denarios pro singulis aureis hodierno pretio numeremus. Fiet enim equiti cuique pensio librarum viginti quinque cum tredecim assibus.

Denarios nummos 450.] Si denarii decem ex calculo Gronoviano confecerunt 3. florenos, summa erit 135. florenorum. *J. Clericus.*

^a *Ostiensem, Ardeatem, Solonium*] Hæc omnia in Latio, vicinisve Rutulis: et alibi singula explicui.

* A. U. C. 414.

^b *Suarum rerum, aut partium*] Æmi-

mores. Latinos, ob iram agri amissi rebellantes, in campis Fenectanis⁹ c fuderunt castrisque exuerunt. Ibi Publilio, cujus ductu auspicioque res gestæ erant, in deditionem accipiente Latinos populos, quorum ibi juventus cæsa erat, Æmilius ad Pedum^d exercitum duxit. Pedanos tuebatur¹⁰ Tiburs, Prænestinus Veliterusque populus: venerant et ab Lavinio¹¹ Antioque auxilia. Ubi cum præliis quidem superior Romanus esset, ad urbem ipsam Pedum castraque sociorum populorum, quæ urbi adjuncta erant, integer labor restaret; bello infecto repente omisso, consul, quia collegæ decretum triumphum audivit, ipse quoque triumphum ante victoriam flagitator Romam rediit. Qua cupiditate offensus¹² Patribus, negantibusque, nisi Pedito capto aut dedito, triumphum, hinc alienatus ab senatu Æmilius seditionis tribunatibus similem deinde consulatum gessit. Nam neque, quoad fuit consul, criminari apud populum Patres destitit, collega haudquaquam adversante, quia et ipse de plebe erat: (materiam autem præbebat criminibus ager in Latino Falernoque agro¹³ e maligne plebei divisus:) et, postquam senatus, finire imperium consulibus cupiens, dictato-



9 In vi. Mss. *Ferentanis*. Doujatius emend. *Ferentinis*, et Cluver. Ital. ant. c. 4. p. 965. *Pedanis*.—10 *Tuebantur* Gronov. Doujat. Crevier.—11 Alii legunt *Lavinio*.—12 Vulg. *offensus*.—13 Malit J. F. Gronov. delere τὸ agro.

NOTÆ

lius nobilitatis, Publilius plebis partes amplexi; sui quisque commodi, potius quam publici studiosos se præbuerunt.

^c *In campis Fenectanis*] Alias, *Senectanis*: ntrumque sibi ignotum profitetur Glareanus. Cogitabam num legendum esset *Faustianis*, qui agri Falerni pars; aut *Fregellanis*, vel *Setinis*, qui in Volscis, et Priverno proximi: sed hæc loca extra Latium vetus, et nomina a *Fenectanis* sive *Senectanis* nimium differunt. *Ferentini* et regione et literis minus distant, si ab aqua et luco Ferentinæ, ubi Latinorum comitia habebantur, (de qui-

bus lib. 1. c. 31.) *campos Ferentinos* legeremus.

^d *Ad Pedum*] Vide lib. 11. c. 39.

^e *Ager in Latino Falernoque agro*]

Illud agro facile absque sensus dispendio abesse posse agnosco cum Gronovio et Fabro; sic enim dicitur 'in hostico,' et 'in Hernico;' et intelligitur *solo*, vel *agro*: quod eo magis hic valeret, quod agri nomen præcedit. Quia tamen fatente ipso Gron. neque veteres libri excludunt, et priore loco intelligitur pars illa agri, quæ cuique assignata; posteriore universum illorum populorum territorium nihil vetat retineri.

rem adversus rebellantes Latinos dici jussit, Æmilius, cujus tum fasces¹⁴ erant,^f collegam dictatorem dixit: ab eo magister equitum Junius Brutus^g dictus. Dictatura popularis¹⁵ et orationibus in Patres criminosis fuit, et quod tres leges secundissimas plebei, adversas nobilitati, tulit: unam, ut plebiscita omnes Quirites tenerent:^h alteram, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium Patres auctores fierent:ⁱ tertiam, ut alter utique ex plebe, cum eo ventum sit, ut utrumque plebeium consulem fieri liceret,^{16 k} censor crearetur. Plus eo anno domi acceptum cladis ab consulibus ac dictatore, quam ex victoria eorum bellicisque rebus foris auctum imperium, Patres credebant.

13. Anno insequenti,* L. Furio Camillo, C. Mænio consulibus, quo insignitius¹⁷ ommissa res Æmilio, superioris

Vid. Not. Var.—14 Vet. lib. apud Sigon. *cui tum fasces*.—15 Legit Sigon. *Dictator popularis*.—16 Vid. Not. Var.

NOTÆ

^f *Cujus tum fasces erant*] Lib. 11. c. 1. dictum est, fasces sive secures, insignia imperii, penes unum e consulibus per vices fuisse ab ipso Bruti tempore.

Cujus tum fasces erant] Vicibus, nempe, consulibus præferebantur. Vide lib. 11. c. 1. et infra l. ix. c. 8. et Henr. Dodwellum ad Acta Diurna senatus et populi, ubi sæpe mentio fit consulis penes quem erant fasces.

^g *Junius Brutus*] Scæva cognomine, non a Bruto primo consule, ejusve ex stirpe; sed plebeius, ut et ceteri qui posthac eo nomine: quamvis M. Brutum Cic. per adulationem ab eo consule deducat.

^h *Ut plebiscita omnes Quirites tenerent*] Quæ plebs sola per tribunal suum sciverat, ea solam plebem obstrictam initio tenebant: hinc discordiæ semina; quibus extinguentis

cantum, ut ab omnibus civibus, nec minus a patriciis quam a plebeis, ea servarentur. Id Livius Publilio Philoni dictatori de plebe nunc ascribit. Verum id jam antea sanxerat M. Horatius consul, sedandæ secessioni in Aventinum an. 303. ut vidimus lib. 11. c. 95. Id nova lege firmavit postea Q. Hortensius dictator secessionē in Janiculum an. 467.

ⁱ *Ante initum suffragium Patres auctores fierent*] Antea leges in populi comitiis latæ ita valebant, si accederet senatus auctoritas; nunc apparebat senatum potiorem esse: nunc constitutum, ut auctoritas senatus legem præcederet, quam deinde populus jubere, aut rejicere posset.

^k *Ut utrumque plebeium consulem fieri liceret*] De utroque consule plebeio lata lex an. 414. supra lib. vii. c. 42.

* A. U. C. 415.

anni consuli, exprobraretur, Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum senatus fremit; ^h coactique novi consules, omnibus eam rem præverti, ⁱ ¹⁸ proficiscuntur. Jam Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati possent. Ad bellum opes decrant: pacem ob agri adempti dolorem aspernabantur. Mediis consiliis standum videbatur, ut oppidis se tenerent; ne lacessitus Romanus causam belli haberet; et, si cujus oppidi obsidio nuntiata esset, undique ex omnibus populis auxilium obsessis ferretur. Neque tamen, nisi admodum a paucis populis, Pedani adjuti sunt. Tiburtes Prænestinique, quorum ager propior erat, Pedum pervenere. Aricinos Laviniosque ¹⁹ ¹ et Veliternos, Antiatibus Volscis se conjungentes, ad Asturæ flumen ^m Mænius, improviso adortus, fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus, maxime valido exercitu, majore mole, ^k quanquam æque prospero eventu, pugnat. Tumultum maxime repentina inter prælium eruptio oppidanorum fecit: in quos parte exercitus conversa, Camillus non compulit solum eos intra mœnia, sed eodem etiam die, cum ipsos auxiliaque eorum perculisset, oppidum scalis cepit. Placuit inde, jam majore conatu animoque ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium victorem circumducere exercitum. Nec quieverere ante,

^h Senatus censet cum fremitu.

ⁱ Hoc negotium antepouere ceteris omnibus.

^k Vi atque apparatu majori.



17 Vet. lib. apud Sigon. *insignius*.—18 Quærit Rupert. ‘nonne legendum

NOTÆ

¹ *Laviniosque*] Cum antea esset, *Lauviniosque*, ita ex Capitolinis lapidibus (ubi de triumpho Mæ nii) restituit Sigonius, qui plura inter *Lavinium* et *Lauvium* discrimina observat: de quibus nos lib. I. c. I.

^m *Ad Asturæ flumen*] Non aliud huic fluvio nomen quærendum. *Sturas* corrupte quibusdam: aliis cum *Satura* palude confunditur. Volscorum

agræm Pontinum irrigat: a Verrugine, per Suessam Pomœtiæ, ac tres Tabernas influens in mare Tuscum sex fere millibus ultra Antinum Promontorium. In ostio est insula, cum vico; ibique olim Cicero villam habuit: ubi a M. Antonii satellitibus est interfectus. Locus fluviusque nomen retinent in Campania Romana.

quam, expugnando aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere. Præsiidiis inde dispositis per recepta oppida, Romam ad destinatum omnium consensu triumphum decessere. Additus triumpho honos, ut statuæ equestres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur. Prius, quam comitiis in insequentem annum consules rogarent, Camillus de Latinis populis ad senatum retulit, atque ita disseruit: ‘ Patres conscripti, quod bello armisque in Latio agendum fuit, id jam Deum benignitate ac virtute militum ad finem venit. Cæsi ad Pedum Asturamque sunt exercitus hostium; oppida Latina omnia, et Antium ex Volscis, aut vi capta, aut recepta in deditionem, præsiidiis tenentur vestris. Reliqua consultatio est, quoniam rebelando sæpius nos sollicitant, quonam modo perpetua pace quietos obtineamus. Dii immortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt, ut, sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu posuerint. Itaque pacem vobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum, vel sæviendo, vel ignoscendo, potestis. Vultis crudeliter consulere in deditos victosque? licet delere omne Latium, vastas inde solitudines facere, unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque sæpe usi estis. Vultis exemplo majorum augere rem Romanam, victos in civitatem accipiendo? materia crescendi per summam gloriam suppeditat. Certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus est, quicquid statuere placet. Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis: et vestram itaque²⁰ de eis curam quam primum absolvi, et illorum animos, dum expectatione stupent, seu pœna, seu beneficio, præoccupari oportet. Nostrum¹ fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset: vestrum est decernere, quod optimum vobis rei publicæ sit.’

14. Principes senatus relationem consulis de summa rerum laudare; sed, cum aliorum causa alia esset, ita expe-

prævertere?—19 Al. *Lanuvinosque*.—20 Quidam vett. libb. *utique*.—1 Ad-
dunt enim Gronov. Doujat. Crevier,

diri posse consilium, dicere, ut pro merito cujusque statueretur, si de singulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de singulis decretumque. Lanuvinisⁿ civitas data sacraque sua reddita cum eo, ut ædes lucusque Sospitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano esset. Aricini Nomentanique et Pedani eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti. Tusculanis servata civitas,^o quam habebant; crimenque rebellionis a publica fraude in paucos auctores versum.^l In Veliternos, veteres cives Romanos,^p quod toties rebellassent, graviter sævitum: et muri dejecti, et senatus inde abductus, jussique trans Tiberim habitare: ^q ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus esset, usque ad mille pondo ^r clarigatio esset,^s nec prius,

^l *Perduellionis crimen paucis auctoribus fuit imputatum, ne in publicum fraudi ac damno esset.*

NOTÆ

ⁿ *Lanuvinis]* De his et sequentibus populis aut oppidis dictum suis locis.

^o *Tusculanis servata civitas]* Data eis civitas fuerat an. 375. ex Sigon. post Camilli tribunatum militum 6. Vide supra, lib. vi. cap. 26.

^p *Veliternos, veteres cives Romanos]* Velitras coloni ab urbe missi fuerant an. 259. A. Virginio, T. Veturio coss. supra lib. ii. cap. 31. Auctus biennio post eorum numerus, coss. T. Gegano, et P. Minucio; eod. lib. cap. 34.

^q *Trans Tiberim habitare]* Exilii hoc genus fuit cum quadam infamiae specie, ut observat Turn. lib. xxiv. Advers. cap. 43.

^r *Usque ad mille pondo]* Æris mille libræ Romano pondere quid sunt nisi mille asses æris gravis, nostro nunc pretio libræ Turonicæ fere 673. Sed non pauca exemplaria, pro *usque ad mille pondo*, habent *usque ad mille passuum*: quo notaretur spatium cis vel ad Tiberim, ultra quod versari Veliternis non liceret: pecuniæ taxatione prætermissa, quasi re satis nota.

^s *Clarigatio esset]* *Clarigandi* verbum proprie significat res clara voce repetere, et non redditis bellum indicare. Quo facto res corporaque hostium capere jus fasque est: *on a droit de représailles*. Hic autem *clarigatio* accipi videtur pro denuntiatione Veliternis facta, fore ut eos, ubicumque cis Tiberim reperti essent, comprehendere cuius liceret, indicta multa mille pondo in comprehensos. Budæus posterioribus annotationibus in Pandectas, et Turneb. in Adv. nomine clarigationis intelligi ostendunt jus hominis prehendi abducendique, quod *ἀνδροληψίαν* Græci vocant. Hanc clarigationem plerique idem cum pigneratione esse volunt: alii pignerationem rerum, clarigationem magis personarum, prehensionem respicere; quæ tamen soluta pecunia seu pœna indicta cessaret: ita ut hæc *ἀνδροληψία* sit respectu hominis capti; et nihilominus respectu redemptionis et solutæ pecuniæ pigneratione dici possit.

Clarigatio] Vox obscura a tempore Quintiliaui, ut testatur Inst. lib. vii.

quam ære persoluto, is, qui cepisset, extra vincula captum haberet. In agrum senatorum^t coloni missi: quibus ascriptis, speciem antiquæ frequentiæ Velitræ receperunt. Et Antium nova colonia^u missa cum eo, ut Antiatis permittetur, si et ipsi ascribi coloni vellent.^m Naves inde longæ abactæ, interdictumque mari Antiati populo est, et civitas data. Tiburtes Prænestinique agro mulctati, neque ob recens tantum rebellionis, commune cum aliis Latinis, crimen, sed quod, tædio imperii Romani, cum Gallis, gente efferrata, arma quondam consociassent. Ceteris Latinis populis connubia commerciaque et concilia inter se ademerunt.^{2 x} Campanis, equitum^{3 y} honoris causa, quia⁴ cum Latinis rebellare noluisent, Fundanisque^z et Formianis,^a

^m Hoc addito, ut liceret veteribus incolis, cum recentibus nomen dare, et in colonorum numerum referri.

//////////

2 Conj. Rupert. *adenta*.—3 Vulg. *Campanis equitibus*. Vid. Not. Var.—4 ⁴ Al. *qui* pro *quia*; quod aridum potest coll. c. 11. extr. Sed malim ante *quia* inserere et cum Dukero, vel ac, ut duplex afferatur ratio, sensusque sit: et quia nunc cum Latinis ob iram amissi agri rebellare noluisent? Rupert.

NOTE

cap. 3. Videtur hic esse denuntiatio clara voce facta, ne Tiberim transirent, sin minus mulctam mille pondo æris gravis solverent. *J. Clericus*.

¹ *In agrum senatorum*] Senatoribus Veliternis exulare jussis, eorum agri vacui, divisi civibus Rom. nunc tertium in eam coloniam missis.

^u *Antium nova colonia*] Jam ab anno U. 286. deducta in hanc Volscorum urbem colonia fuerat, Tib. Æmilio. Q. Fabio coss. lib. 111. cap. 1.

^x *Connubia commerciaque et concilia inter se ademerunt*] Latinis interdicti facile potuit ne concilia inter se haberent, quibus de totius Latii rebus in commune consultarent. At ne inter se commercium, id est, emendi vendendique invicem jus haberent vicini, qua ratione prohiberi potuerint, non satis capio: nisi commercii nomine intelligamus jus Romano more contrahendi, per nexum puta,

mancipationem, stipulationem, aliaque Quiritium juris propria; quæ Latinorum aliquibus antea concessa cum civitate, nunc iisdem adenta in prænam fuerint. Nec aliud de jure connubii adempto censuerim.

^y *Campanis, equitum*] Jam dixerat his datam civitatem; nunc addit, sine suffragio.

^z *Fundanisque*] In agro Auruncorum Cæcubo, inter Tarracinam et Formias, fluviosque Ufentem et Lirim, Fundi oppidum situm est via Appia; unde lacus Fundanus in mare se exonerans. Primus hic regni Neapolitani locus occurrit Roma Neapolin petentibus. Vulgo, *Fondi*.

^a *Et Formianis*] Fundos inter et Minturnas, relicta ad dextram Caieta, se offerebant Formiæ, sive Hormiæ, et ipsæ in Auruncis, ubi fabulosus Læstrygonum rex Antiphates sedem habuisse scribitur ab Homero.

quod per fines eorum tuta pacataque semper fuisset via, civitas sine suffragio data.^b Cumanos Suessulanosque^c ejusdem juris conditionisque,^d ejus Capuam, esse placuit. Naves Antiatum partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum, in foro extructum, adornari placuit: Rostraque id templum appellatum.^e

15. C. Sulpicio Longo, P. Ælio Pæto consulibus,* cum omnia non opes magis Romanæ,⁵ quam beneficiis parta gratia bona pace obtineret,ⁿ inter Sidicinos Auruncosque^f

ⁿ Cum optabili pace cuncta tenerentur, non minus ex amore per beneficentiam comparato, quam ex populi Romani potentia.

//////////

5 ^c Mss. nonnulli non opibus magis Romani; qua lectione recepta nominativus parta gratia pro ablativo accipiendus esset. Porro pro obtineret in multis

NOTÆ

Eversa est hæc urbs a Saracenis, ejusque loco successit pagus elegans, nunc *Mola* dictus. Hinc Formiani colles, et Formianum Ciceronis nomen habuere.

^b *Civitas sine suffragio data*] Civium Romanorum, qui extra urbem in municipiis coloniisve, duo genera erant: alii jure civium utebantur, nisi quod suffragium in comitiis non ferebant, præterquam si a magistratibus extra ordinem pro societate invitarentur: alii etiam jus suffragii habebant cum civitate. Hi ab urbanis hoc tantum differebant, quod cum in curias Romanas descripti non essent, comitiis curiatis interesse non poterant. Sed hæc comitia minoris momenti fuere, postquam invecata sunt a Servio Tullio centuriata. Cur autem curiis non ascriberentur, ea causa erat, quod municipalia domusæ sacra habebant, quibus tenerentur; nec iis aliter cogerebantur rennitiare, quam si Romam migrarent.

^c *Cumanos Suessulanosque*] De Cumnis cap. 41. lib. IV. de Suessula lib. VII. cap. 37.

^d *Ejusdem juris conditionisque*] Id est, pro dedititiis esse, et agro mul-

tari. Ita enim cum Capuæ incolis actum supra capite 11.

^e *Rostraque id templum appellatum*] Per metaphoram ob similitudinem cum rostris avinum, in navi rostrum dicitur proræ pars prominentior, in cunei modum acuminata, ex ære aut ferro, vulgo apud nos *l'éperon*: quo genere armatæ naves 'rostratæ' appellantur. Ex rostris igitur et prostris, quæ Antiatum navibus detractæ, suggestum in foro extructum ornatumve Rostra vocarunt Romani. Ex hoc suggestu conciones ad populum habebantur a magistratibus: eoque in loco bene de rep. meritorum statuæ plerumque collocabantur. Fuere autem Rostra, alia vetera, ante curiam Hostiliam in comitio, quod a Palatii porta incipiebat, (de quibus hic,) alia nova, ad Palatii radices. Quia vero locus erat auguratus, idcirco templum dicitur, tum a Livio hic, tum a Cicerone in Vatin. 'in rostris, in illo,' inquam, 'augurato templo ac loco.'

* A. U. C. 416.

^f *Sidicinos Auruncosque*] Vide infra cap. prox. ubi de Ansonibus.

bellum ortum. Aurunci, a T. Manlio consule in deditio-
nem accepti,^g nihil deinde moverant: eo petendi auxilii ab
Romanis causa justior fuit. Sed prius, quam consules ab
Urbe (jusserat enim senatus defendi Auruncos) exercitum
educerent, fama affertur, Auruncos metu oppidum dese-
ruisse,^h profugosque cum conjugibus ac liberis Suessam
communisse,⁶ quæ nunc Aurunca appellata; mœnia anti-
qua eorum urbemque ab Sidicinis deletam. Ob ea infensus
consulibus senatus, quorum cunctatione proditi socii essent,
dictatorem dici jussit. Dictus C. Claudius Regillensis, ma-
gistrum equitum C. Claudium Hortatorem dixit. Religio
inde injecta de dictatore; et, cum augures vitio creatum
videri dixissent, dictator magisterque equitum se magistratu
abdicarunt. Eo anno Minucia Vestalis, suspecta primo
propter mundiorem justo cultum, insimulata deinde apud
pontifices ab indice servo, cum decreto eorum jussa esset
sacris abstinere, familiamque in potestate habere;ⁱ facto
judicio, viva sub terram ad portam Collinam dextra via
strata ⁷^k defossa Scelerato campo.¹ Credo, ab incesto ⁸ id

//////////

est obtinerent, ut commodius etiam ad opes referatur.⁷ *Stroth.*—6 Vet. lib.
apud Sigon. *commeasse.*—7 ‘Pro strata Jac. Gronov. legendum esse censet,
Salaria; prope portam enim Collinam fuisse viam Salariam.’ *Doering.* Vid.

NOTÆ

^g *In deditioem accepti*] Ante trien-
nium.

^h *Auruncos metu oppidum deseruisse*] Quod et quo loco illud Auruncorum oppidum fuerit, nec Livius aperit, nec facile est divinare. Conjectura eo fert, ut Aurunca dictum fuerit, quo nomine ab Ansonè conditam fuisse urbem Festus scriptum reliquit. Videtur autem ea urbs Sidicinorum versus Teanum finibus proxima fuisse: cum, ea deserta, Suessam confugerint, velut in locum paulo, ni fallor, ab hostibus remotiorem, et Suessæ, quo confugerant, cognomen Auruncæ indiderint.

ⁱ *Familiamque in potestate habere*] ‘De servis nulla quæstio est in domi-

num nisi de incestu,’ ex Cic. pro Mil. Sed et perduellionis causa quæstio de servis in dominum habebatur; ideoque Milo servos suos, post interfectum Clodium tribunum plebis, manumisit, ne torqueri possent jam cives effecti manumissione. Id ne a Minucia nunc fieret, jussa est servos in potestate retinere.

^k *Dextra via strata*] Sigon. *stratam*, ut referatur ad *terram*; quod, ex Plutarcho, in Hypogæo, in quo defodiebantur Vestales, lectus stratus fuerit: sive potius, quod ubi est Hypogæum, ibi terra lapide, seu alio pavimento, sterni solet; ut, cum opus fuerit, facilius aperiatur.

¹ *Scelerato campo*] Nominis ratio

ei loco nomen factum. Eodem anno Q. Publilius Philo prætor primum de plebe,⁹ adversante Sulpicio consule, qui negabat, rationem ejus se habiturum, est factus; senatu, cum in summis imperiis id non obtinisset,^m minus in prætura tendente.^{o 10}

16. Insequens annus,* L. Papirio Crasso, K. Duilio consulibus, Ausonumⁿ magis novo, quam magno bello fuit insignis. Ea gens Cales urbem^o incolebat. Sidicinis finitimis arma conjunxerat; unoque prælio haud sane memo-

^o Qui aiebat se nomen ejus in comitiis prætoriiis inter candidatos recepturum non esse; senatus autem, cum in majoribus magistratibus perrincere nequivisset, ne plebeiõrum ratio haberetur, non admodum de prætura pugnavit, utpote minore magistratu.

Not. Var.—8 Vet. lib. apud Sigon. ab incestu.—9 Primus de plebe Kreys-sigins.—10 Vulg. intendente.

NOTÆ

perspicua est. *Sceleratus* enim non tantum pro flagitioso, sed pro nefario et impuro, aut etiam infausto sumitur: nec de hominibus modo, sed de rebus quoque dicitur: et sic *Sceleratus* campus, ut *Sceleratus* vicus, lib. 1. cap. 46. et Porta *sceclerata*, qua egressi trecenti Fabii adversus Veientes. Ovid. in *Fastis*, 'Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.'

^m *Cum in summis imperiis id non obtinisset*] In consulatu, tribunatu militum consulari potestate, dictatura; ad quas dignitates, quæ summæ erant, et quibus inerat merum imperium, seu jus gladii, plebs jam admissa fuerat. Adde et censuram, paulo supra.

* A. U. C. 417.

ⁿ *Ausonum*] A Volscorum finibus ad fretum usque Siculum Italiam eis transque Apenninum tenere vetustissimis temporibus Ausones, a quibus universa regio Ausonia dicta. Neque ab Ausone, Ulyssis et Calypsus filio, nomen, ut poetæ volunt, mutuari potuere, utpote antiquiores

bello Trojano, quemadmodum ex Dionys. constat: sed hi, ab Ænotris aut Iapygibus Apulia viciniorum omni tractu pulsî, in superiores regiones concessere, quæ post Campania et Samnium; inde ad Ufentem usque progressi, habitaverunt inter hunc fluvium, qui post totus Volscorum fuit, et Linternum, qui Campanorum; ita ut postea angustiõribus eis et ultra Lirin finibus inclusi, seu Opicorum seu Oscorum nomine, tandem in tres populos divisi fuisse videantur; Auruncos, qui ad mare; Sidicinos, et Ausones, proprie dictos, qui ambo in Mediterraneis, illi ad occasum, hi ad ortum coluerunt. In Auruncis, præter Auruncam, Fundi, Caieta, Formiæ, Minturnæ, Sinuessa fuerunt: in Sidicinis, Teanum, Casinum, Atina, Fregellæ: Ausonum strictius sumtorum fuere Cales.

^o *Cales urbem*] Teanum inter et Capnam urbs est Cales, ad septentrionem Caliculae montis, quo Calennus ager a Stellate disjungitur; nunc vulgo *Calvi*, Episcopatus titulo, in Terra Laboris.

rabili duorum populorum exercitus fusus, propinquitate urbium et ad fugam pronior, et in fuga ipsa tutior fuit. Nec tamen omissa ejus belli cura Patribus, quia toties jam Sidicini aut ipsi moverant bellum, aut moventibus auxilium tulerant, aut causa armorum fuerant. Itaque omni ope anisi sunt, ut maximum ea tempestate imperatorem M. Valerium Corvum consulem * quartum facerent. Collega additus Corvo M. Atilius Regulus: et, ne forte casu erraretur, petitum ab consulibus,^p ut extra sortem Corvi ¹¹ ea provincia esset. Exercitu victore a superioribus consulibus accepto, ad Cales, unde bellum ortum erat, profectus, cum hostes, ab superioris etiam certaminis memoria pavidos, clamore atque impetu primo fudisset, moenia ipsa oppugnare est aggressus. Et militum quidem is erat ardor, ut jam inde cum scalis succedere ad muros vellent, evasurosque contenderent. Corvus, quia id arduum factum erat, labore militum potius, quam periculo, peragere inceptum voluit. Itaque aggerem^q et vineas^r egit, turresque muro admovit: quarum usum forte oblata opportunitas prævertit. Namque M. Fabius, captivus Romanus, cum, per negligentiam custodum festo die vinculis ruptis, per murum



11 'Possis et Corvo.' Rupert.

NOTÆ

* A. U. C. 418.

^p *Petitum ab consulibus*] Cum provincias sortiri, aut inter se comparare et convenire, consules soliti essent, uter utram administraret; nunc senatus ab his postulavit, ut sine sorte Valerius Corvus bellum Sidicinum gereret.

^q *Aggerem*] Agger est ex lignis, lapidibus, aggestuque terræ extracta moles, quam paulatim versus urbem obsessam promovebant et attollebant; ut ex alto pugnarent, turresque ibi, ut etiam tormenta, constituerent. *Une espèce de Cavalier, ou de Batterie.*

^r *Et vineas*] Militaris hæc vinea,

secundum Veget. est machina e lignis levioribus, alta pedibus octo, lata septem, longa sexdecim, cujus tectum duplici munitione, tabulatis cratibusque, contextitur. Latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum telorumque impetu penetrentur; extrinsecus autem, ne immisso concrementur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. Cum plures factæ fuerint, junguntur in ordinem; sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta. *C'étoit une espèce de Galerie.*

inter opera Romanorum, religata ad pinnam muri recte suspensus, manibus se demisisset, perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hostes aggrederetur. Nec majore certamine capti cum urbe Ausones sunt, quam acie fusi erant. Præda capta ingens est: præsidioque imposito Calibus reductæ Romam legiones. Consul ex senatus consulto triumphavit; et, ne Atilius expers gloriæ esset, jussi ambo consules adversus Sidicinos ducere exercitum. Dictatorem ante ex senatus consulto comitorum habendorum causa dixerunt L. Æmilius Mamercinum. Is magistrum equitum Q. Publilius Philonem dixit. Dictatore comitia habente, consules creati sunt T. Veturius, Sp. Postumius.* Etsi belli pars cum Sidicinis restabat; tamen, ut beneficio prævenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt: factoque senatus consulto, ut duo millia quingenti homines eo scriberentur, triumviros coloniæ deducendæ agroque dividendo creaverunt K. Duilius, T. Quintium, M. Fabium.

17. Novi deinde consules, a veteribus exercitu accepto, ingressi hostium fines, populando usque ad mœnia atque urbem pervenerunt. Ibi, quia, ingenti exercitu comparato,¹² Sidicini et ipsi pro extrema spe dimicaturi enise videbantur, et Samnium fama erat conciri ad bellum; dictator ab consulibus ex auctoritate senatus dictus P. Cornelius Rufinus; magister equitum M. Antonius. Religio deinde incessit, vitio eos creatos; magistratuque se abdicaverunt: et, quia pestilentia insecuta est, velut omnibus eo vitio contactis auspiciis, res ad interregnum rediit. Ab interregno inito per quintum demum interregem M. Valerium Corvum creati consules A. Cornelius iterum¹³ et Cn. Domitius.*



12 'Audeo asserere Livio, quod in unico est Florentino, *ingenti exercitu comparando*. Est enim quale lib. 1. 34. 'Officio obeundo,' et cap. 53. 'Præda dividenda,' et hujusmodi Ciceroni et Livio frequentissima.' *J. F. Gronov.*


NOTÆ

* A. U. C. 419. Cn. Domitii consulatus, vacuum consulibus annum Sigonius interponit
¹³ A. Cornelius iterum] Inter T. Veturii, Sp. Post. interque A. Corn. an. 420, ut rationem habeat summæ

Tranquillis rebus, fama Gallici belli pro tumultu¹⁴ valuit,^t ut dictatorem dici placeret. Dictus M. Papius Crassus, et magister equitum P. Valerius Publicola. A quibus cum delectus¹⁵ intentius, quam adversus finitima bella, haberetur; exploratores missi attulerunt, quieta omnia apud Gallos esse. Samnium quoque jam alterum annum turbari novis consiliis suspectum erat. Eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus.^p Ceterum Samnites bellum Alexandri Epirensis in Lucanos traxit.^q Qui duo populi adversus regem, excensionem¹⁶ a Pæsto facientem,^u signis collatis pugnaverunt. Eo certamine superior Alex-

^p Idcirco revocata non sunt copiae ex Sidicinarum regione.

^q Impulit Samnites ut in Lucaniam proficiscerentur.



—13 Vulg. *L. Cornelius iterum.*—14 ‘Illud pro tumultu glossema puto: nam vulgo dicebant, ‘tumultus Gallicus.’ Et res notissima est. Itaque ejciendum arbitror totum illud pro tumultu.’ Tan. Faber.—15 ‘Dum delectus. Sic quidem jam et Modiana ed. Sed vetustiores et scripti, cum delectus: alioqui dum habetur fuisset dicendum.’ J. F. Gronov.—16 Quidam conj. *excursionem*, vel ad *Pæstum*. Vid. Not. Var.

NOTÆ

annorum in Capitolinis tabulis (quas sequitur) institutæ. Pighius eo anno consules fuisse conjicit L. Papium Cursorem, et C. Patellium Libonem, quorum secundi postea consulatus numerantur, nulla primi eorum consulatus habita alibi mentione.

* A. U. C. 421.

^t *Pro tumultu valuit*] Cur illud, *pro tumultu*, glossema Tan. Fabri visum sit, non equidem video. Vult enim Auctor solam tumultus Gallici famam veri tumultus loco fuisse; eaque de causa, tanquam Gallis bellum revera moventibus, creatum dictatorem.

^u *Excensionem a Pæsto facientem*] Quando sic scriptum in omnibus libris veteribus, nihil attinet cum Sigonio legere *excursionem* pro *excensione*; aut ad *Pæstum* pro *a Pæsto*; quicquid contra nitatur Faber, qui pro nugis habet vulgatam lectionem, interrogatque quid sit *excendere a Pæsto*. Est enim, ut optime Gronov.

explicat, *excensionem ab Pæsto facere*, descendere e navibus in Lucaniam ea parte ubi Pæstum. Id magis mirum, cur Alexander, a Tarentinis vocatus, non statim, superato Bradano, in Lucaniam terrestri itinere impressionem fecerit, prætulertque longam per fretum Siculum navigationem; nisi improvisus supervenire voluit imparatis. Hic Alexandro isti annus est Italicæ expeditionis ferme 7.

A Pæsto] Pæstum, Græcis Posidonia, Paterculo Neptunia, (est enim Ποσειδών Neptunus,) oppidum est a Sybaritis conditum ad sinum qui inde Pæstamus, nunc *Golfo di Salerno*, sexto milliari ultra ostia Silari. Id Lucani postea occuparunt. Biferis rosariis nobilis locus: nomen adhuc servat. Vulgo *Pesti* in principatu ulteriori, Neapolitani regni provincia; sed in formam vici redactus, ex quo Saraceni excidere.

ander, incertum qua fide culturus, si periinde cetera processissent, pacem cum Romanis fecit.⁷ Eodem anno census actus, novique cives censi.^x Tribus propter eos additæ Mæcia^y et Scaptia:^z censores addiderunt Q. Publilius Philo, Sp. Postumins. Romani facti Acerrani,^a lege ab L. Papirio prætore lata, qua civitas sine suffragio data. Hæc eo anno domi militiæque gesta.

18. Fœdus insequens annus^{*} seu intemperie cœli, seu humana fraude fuit, M. Claudio Marcello, C. Valerio¹⁷ consulibus. Flaccum Potitumque^b varie in annalibus cognomen consulis invenio: ceterum, in eo, parvi refert, quid veri sit. Illud pervelim, (nec omnes auctores sunt,) proditum falso esse, venenis absultos, quorum mors infamem annum pestilentia fecerit. Sicut proditur tamen res, ne cui auctorem fidem abrogaverim, exponenda est. Cum primores civitatis similibus morbis eodemque ferme omnes eventu morentur; ancilla quædam ad Q. Fabium Maximum¹⁸ ædilem curulem,^c indicaturam se causam publi-

⁷ *Fœdus inquit cum populo Romano Alexander Epirota: quod quam religiose servaturus fuisset, si ejus expeditio in reliquis pari fortuna successisset, valde dubium.*

^{*} *Neque enim scriptores cuncti ita tradunt.*



17 Vulg. T. Valerio.—18 ^c Q. Fabium Maximum: quod cognomen vel per prolepsin adjectum, (v. IX. 46. exlr. et ad III. 51. 3.) vel spurium, vel in

NOTÆ

^x *Novique cives censi*] Lanuvini pnta, Aricini, Nomentani, Pedani, quibus nuper data civitas.

^y *Mæcia*] Hæc 28. tribus a castro Mæcio non procul Lannvio dicta putatur.

^z *Et Scaptia*] Tribus 29. ab nrbe, ejus nominis in Latio, cujus meminit Plinius, et quam Pedani incolebant, auctore Festo. Fuit igitur hand procul Pedito: et ex conjectura Cluver. eo loco ubi nunc vicus *Paserano*, inter Tibur et Prænestè. Kircherus eo loco ponit ubi hodie villa Strossiorum, vulgo *Longhezza*, proxima Anieni cernitur, quatuor a Pedito milliari-

bns.

^a *Acerrani*] Hi Acerrani, quibus nunc data civitas Romana, dicti ab oppido Acerris, quæ Græcis Ἀχέραι, ad Clanium seu Linternum fluvium in Campania, inter Capuam et Nolam. Hodie quoque *Acerra*, aut, ut vulgus pronuntiat, *Cerra*.

^{*} A. U. C. 422.

^b *Flaccum Potitumque*] *Valerium Flaccum* edit Orosius: utrumque cognomen Sigonius retinuit, ut *Potito*, quod est vetus Valeriæ gentis cognomen, novum *Flacci* additum videatur.

^c *Ad Q. Fabium Maximum ædilem*

cæ pestis, professa est, si ab eo fides sibi data esset, haud futurum noxæ indicium. Fabius confestim rem ad consules, consules ad senatum referunt: consensuque ordinis fides iudici data. Tum patefactum, muliebri fraude civitatem premi, matronasque ea venena coquere; et, si sequi extemplo velint, manifesto deprehendi posse. Secuti indicem, et coquentes quasdam medicamenta, et recondita¹⁹ alia,^d invenerunt. Quibus in forum delatis, et ad viginti matronis,²⁰ apud quas deprehensa erant, per viatorem accitis, duæ ex eis, Cornelia ac Sergia, patriciæ utraque gentis, cum ea medicamenta salubria esse contenderent, ab confutante indice bibere jussæ, ut se falsè in commentam arguerent; spatio ad colloquendum sumto, cum, summoto populo, in conspectu omnium rem ad ceteras retulissent; haud abnuentibus et illis bibere, epoto medicamento, suamet ipsæ fraude omnes interierunt. Comprehensæ extemplo earum comites magnum numerum matronarum indicaverunt: ex quibus ad centum septuaginta damnatæ. Neque de beneficiis ante eam diem Romæ quæsitum est. Prodigii ea res loco habita, captisque magis mentibus, quam consceleratis, similis visa.^e Itaque, memoria ex annualibus

^e Creditaque est convenire animis potius a ratione alienatis, atque in dementiam lapsis, quam consulto flagitium ausis.

Rullianum mutandum est.' *Rupert.*—19 Legit Faber *conditanea*.—20 'Et a XXX. matr. Rott. sed primum X. deletum. Voss. 1. et Helm. et a viginti: alter, et ad viginti matronis. Sic et Flor. immo et veteres editi. Recte. Suetonius Julio c. 20. 'Agrum Campanum divisit extra sortem ad viginti millibus civium.' J. F. Gronov.

NOTE

cürulem] Nondum quidem Maximi cognomen acceperat Fabius, et Valerius Max. l. 11. c. 2. eum Rullianum vocat in dictatura Papirii. Verum idem hic erat qui Maximi titulo postea notus fuit, indito in censura post annum abhinc 27. Dictus ergo nunc Maximus *κατὰ πρόληψιν*.

^d *Medicamenta, et recondita alia*] Legit Tan. Faber *conditanea*. Quid

est enim, inquit, 'coquere reconditas?' quasi vero *recondita* apud Livium eadem sint cum iis quæ coquebantur; ac non diserte *alia recondita* dicantur, videlicet jam antea cocta. Nihil igitur attinebat, ex eo, quod 'conditaneam uvam' dixerat Varro, etiam *conditanei* nomen ad venenum trahere.

repetita, in secessionibus quondam plebis^e clavum ab dictatore fixum, alienatasque discordia mentes hominum eo piaculo compotes sui fecisse, dictatorem clavi figendi causa creari placuit. Creatus Cn. Quintilius magistrum equitum L. Valerium dixit: qui, fixo clavo, magistratu se abdicaverunt.

19. Creati consules*† L. Papirius Crassus iterum, L. Plautius Venno.^{1 f} Cujus principio anni legati ex Volscis Fabraterni^g et Lucani^{2 h} Romam venerunt, orantes, ut in fidem

//////////

1 Vulg. L. Plautius Venox.—2 Arcani pro Lucani conj. Cluver. et Polus-

NOTÆ

^e In secessionibus quondam plebis] Nunc primum ab Auctore mentio hujusce moris fit clavi figendi in his secessionibus. Pestilentia^e sedandæ id usurpatum scripsit l. vii. c. 3. ut Glar. observat et Sigon.

* Creati consules] Deest ante hosce par consulum L. Papirius Sp. F. et C. Pœtilius C. F. ut probavit Henr. Dodwellus Diss. 10. de Cyclis n. 78. et 79. J. Clericus.

† A. U. C. 423.

^f L. Plautius Venno] Scribendum Venno, non Venox, ex ejusdem secundo consulatu Capitolino Sigonius notat; additque eum, qui Venox est dictus, et Caii prænomen tulit, multis post annis in censura id cognomen invenisse. Esse autem duo cognomina diversa, Venno et Venox, utrumque Plantiorum.

^g Fabraterni] Alias Sidicini. Est autem Fabrateria Volscorum oppidum via Latina, ad Trerum fluvium, qui paulo infra influit in Lirim. Hodie Falatera in finibus Campaniæ Romanæ, versus regnum Neapolitanum. Plinius Fabraternos duplices facit, lib. iii. c. 5. veteres et novos. Sed, quod in agro Falerno locat, fallor, aut ultra verum fines hujus agri producit.

^h Et Lucani] Suspectum hic Sigonio Lucanorum nomen; tum quod Lucani nec ex Volscis fuerint, nec Volscis vicini; tum quod per se satis validi, nec a Samnitibus quicquam timere potnerint, cum quibus et pugnaverant paulo antea contra Epiri regem: denique quod quinto post anno, cum dicuntur Lucani et Appuli in fidem venisse, addit Livius 'quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat,' infra c. 25. Reponit ad hæc Gronov. componi a Sigonio quæ dividenda sunt. Ad Fabraternos enim tantum referri illud, ex Volscis: non ad Lucanos, quorum legati quidem Romam venerint, sed seorsim, non ex Volscis. Mutari præterea parvis momentis gentium fortunam. Quod vero nihil antea illis fuerit cum populo Romano, de bellis ac dissidiis accipiendum esse: qualia inter illos nulla intercesserant. Ceterum, accepto per legatos in Samnium missos beneficio, gratiam deinde retulisse. Verum nihil horum obijci posset, si ex conjectura Alb. Rubenii, quam Gronov. indicat, pro Lucani scriberentur Polusciani. Fuit enim Polusca Volscorum oppidum, cujus Noster meminuit lib. ii. c. 39. et Dionys. lib. vii.

reciperentur. Si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros. Missi tum ab senatu legati, denuntiaturumque Samnitibus, ut³ eorum populorum finibus vim abstinerent. Valuitque ea legatio, non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia nondum parati erant ad bellum. Eodem anno Privernas bellum initum: cujus socii Fundani, dux etiam fuit Fundanus, Vitruvius Vaccus; vir non domi solum, sed etiam Romæ, clarus. *Ædes* fuere in Palatio ejus,^u quæ Vacci prata,ⁱ diruto ædificio publicatoque solo, appellata. Adversus hunc, vastantem effuse Setinum Norbanumque et Coranum agrum, L. Papius profectus, haud procul castris ejus consedit. Vitruvio nec, ut vallo se teneret adversus validiorem hostem, sana⁴ constare mens,^k nec, ut longius a castris dimicaret, animus suppetere. Vix tota extra portam castrorum explicata acie, fugam magis retro, quam prælium aut hostem, spectante milite, sine consilio, sine audacia depugnat: et ut levi momento nec ambigue est victus, ita, brevitate ipsa loci facilique receptu in tam propinqua castra, haud ægre militem a multa cæde est tutatus: nec fere quisquam in ipso certamine, pauci in turba fugæ extremæ, cum in castra ruerent, cæsi; primisque tenebris Privernum inde petitum agmine trepido, ut muris potius, quam vallo, sese tutarentur. A Priverno Plautius alter consul, pervastatis passim agris, prædaque abacta, in agrum Fundanum exercitum inducit. Ingredientibus fines se-

* *Domus illi Romæ fuit in monte Palatino.*

cani Rubenius. Vid. Not. Var.—3 *Ut del. Gronov. 1679.*—4 *Sane vet. lib.*

NOTÆ

ⁱ *In Palatio ejus, quæ Vacci prata*] Num potius, *Ædes fuere in Palatio; ejusque Vacci Prata diruto ædificio, publicatoque solo, appellata?* Constructio certe illa mihi haud satis arridet, *Ædes fuere in Palatio ejus*: et *ejus* has ædes fuisse satis ex ante et post dictis intelligitur.

^k *Sana constare mens*] Sigonius ex suo non optimo codice *sane*. Credit haud dubie, sufficere si diceretur, aut *sana esse*, aut *constare mens*. Sed utrumque recte conjungitur, et firmat Gronovius, præsertim ex Ovid. VIII. Metam. 'Vix sua, vix sanæ virgo Niseia mentis Compos erat.'

natus Fundanorum occurrit: 'negant, se pro Vitruvio secutamque ejus secutis precatum venisse, sed pro Fundano populo; quem extra culpam belli esse, ipsum Vitruvium judicasse,⁵ cum receptaculum fugæ Privernum habuerit, non patriam Fundos. Priverni igitur hostes populi Romani quærendos persequendosque esse, qui simul a Fundanis ac Romanis, utriusque patriæ immemores, defecerint. Fundanis pacem esse⁶ et animos¹ Romanos, et gratam memoriam acceptæ civitatis. Orare se consulem, ut bellum ab innoxio populo absteineat: agros, urbem, corpora ipsorum, conjugumque ac liberorum suorum, in potestate populi Romani esse futuraque.' Collaudatis Fundanis, consul, literisque Romam missis, in officio Fundanos esse, ad Privernum flexit iter. Prius animadversum in eos, qui capita conjurationis fuerant, a consule scribit Claudius: ad trecentos quinquaginta ex conjuratis vinctos Romam missos; eamque deditioem ab senatu non acceptam, quod egentium atque humilium pœna defungi velle Fundanum populum censuerint.

20. Privernum duobus consularibus exercitibus cum obsideretur, alter consul comitorum causa Romam revocatus. Carceres eo anno^m in circoⁿ primum statuti.

//////////

apud Sigon.—5 Al. *indicasse*.—6 Vet. lib. apud Sigon. *Fundis*. Legendum monet Tan. Faber *Fundanis autem esse*.

NOTÆ

¹ *Fundanis pacem esse, et animos*] Audacter suo more Tan. Faber, nullo codice laudato, sive scripto, sive typis edito, istud, ait, *pacem nihil est. Lege, Fundanis autem esse* (sine interpolatione omni,) *et animos Romanos, &c.* Quid tamen est, cur improbet *pacem*? Annon *Fundanis pacem esse* Latine dicitur, id est, Fundanos pacem colere? Annon huic loco maxime convenit ea Senatus Fundani contestatio? De Fundis oppido antea, et de Priverno, ceterisque locis hic memoratis.

^m *Carceres eo anno*] Servius ab ar-

cendo carcerem deducit: additque, quando locum, in quo servantur noxii, significamus, carcerem tantum dici numero singulari: carceres autem numero plurali, unde erumpunt quadrigæ: nisi quod poëtæ plerumque numero singulari usurpant. Hos carceres sic describit Varro lib. iv. de Ling. Lat. 'In circo primo' (id est, initio circi) 'unde mittuntur equi, carceres dicuntur.' Deinde 'carceres dicti, quod coërentur equi, ne inde exeant, antequam magistratus signum misit.'

ⁿ *In circo*] Circus est locus ubi

Nondum perfunctos cura Privernatis belli tumultus Gallici fama atrox invasit, haud ferme unquam neglecta Patribus. Extemplo igitur consules novi,* L. Æmilius Mamercinus et C. Plautius, eo ipso die, Kalendis Quintilibus,^o quo magistratum⁷ inierunt, comparare inter se provincias jussi; et Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, scribere exercitum sine ulla vacationis venia. Quin opificum quoque vulgus et sellularii,^p minime militiæ idoneum genus, exciti dicuntur; Veiosque ingens exercitus contractus, ut inde obviam Gallis iretur. Longius discedi, ne alio itinere hostis falleret ad Urbem incedens, non placuit. Paucos deinde post dies, satis explorata temporis ejus quiete, a Gallis^r Privernum omnis conversa vis. Duplex inde fama est: alii vi captam urbem, Vitruviumque vivum in potestatem venisse; alii, priusquam ultima adhiberetur vis, ipsos se in deditionem⁸ consulis, caduceum præferentes, permisisse,^q auctores sunt, Vitruviumque ab suis traditum. Se-

* Cum constaret eo tempore nihil moveri a Gallis.

7 Magistratus Gronov. Donjat.—8 *In deditionem*, h. e. potestatem, conj. Gron. quod et ego malim. Sed multa tum loca corrigenda: VII. 16. 3. IX. 43. 5. XXIII. 15. 1. XXVI. 21. 8. XXVIII. 23. 4. XXIX. 3. 1. XXXII. 16. 7. XXXIII. 20. 37. XXXIV. 20. XXXVI. 40. XL. 41. Cæs. B. G. I. 28. VI. 3. al. *Rupert.*

NOTÆ

Indi equestres fiunt: sic dictus, ex eodem Varrone, quod circum spectaculis ædificatus sit: et quod ibi circum metas fertur pompa, et equi currunt.

* A. U. C. 421.

^o *Kalendis Quintilibus*] Primo Julii tunc magistratum inibant: antea sextili, ut ad consulatum Sp. Servilii, A. Virginii an. 276. observat Dionys. lib. IX.

^p *Sellularii*] Viliores sunt opifices, qui sedentes in sellulis opus faciunt: ejusmodi sordidas artes profiteri Romani cives priscis temporibus vertabantur, teste Halicarn. non semel: quodcum corpora non exercerent, minus idonei ad bellum efficerentur.

^q *Se in deditionem consulis permisisse*] Mavult Gronov. *in deditionem*, id est, in potestatem. Ego malim *Consulii, caduceum præferentes, permisisse*: verum *in deditionem*: neque enim *in deditionem* consulis veniebant, sed populi Romani.

Caduceum præferentes] Usus caducei ab Ægyptiis arcessere videtur Macrobius Saturn. lib. I. c. 19. qui eum Mercurio tribuerunt. Baculus est, quem dracones conjuncti atque in nodum convoluti ambiunt; ornatusque alis a capulo nascentibus. Adjicit Plinius lib. XXIX. c. 3. complexum anguim, et efferatorum concordiam, causam videri esse, quare exteræ gentes caduceum in pacis ar-

natus, de Vitruvio Privernatibusque consultus, consulem Plautium, dirutis Priverni muris, præsidioque valido imposito, ad triumphum arcessit; Vitruvium in carcerem asseruari jussit, quoad consul redisset; tum verberatum necari. Ædes ejus, quæ essent in Palatio, diruendas, bona Semoni Sanco^r censuerunt consecranda: quodque æris ex eis redactum est, ex eo ænei orbis facti, positi in sacello Sanci versus⁹ ædem Quirini. De senatu Privernate ita decretum, ut, qui senator Priverni post defectionem ab Romanis mansisset, trans Tiberim lege eadem, qua Veliterni, habitaret. His ita decretis, usque ad triumphum Plautii silentium de Privernatibus fuit: post triumphum consul, necato Vitruvio sociisque ejus noxæ, apud satiatos jam supplicii nocentium tutam mentionem de Privernatibus ratus, ‘Quoniam auctores defectionis,’ inquit, ‘meritas pœnas et ab Diis immortalibus et a vobis habent, Patres conscripti, quid placet de innoxia multitudine fieri? Equidem, etsi meæ partes exquirendæ magis sententiæ, quam dandæ sunt, tamen, cum videam, Privernates vicinos Samnitibus esse, unde nunc nobis incertissima pax est, quam minimum irarum inter nos illosque relinque velim.’

21. Cum ipsa per se res anceps esset, prout cujusque



—9 *Adversus Crevier.* Edd. antiqui, et plerique Mss.

NOTÆ

gumentis, circumdata effigie anguium, fecerint. Neque enim cristatos esse in caduceo mos est: quia scilicet crista galearum ornamentum est, bellique potius quam pacis indicium. Caduceo muniti caduceatores, seu legati, qui pacis causa mittuntur, jure gentium tuti habentur atque inviolabiles.

^r *Semoni Sanco*] Semones, quasi semihomines, sunt heroës, sive semidei, ex hominibus in Deorum numerum relati. Qui Sancus, sive Sangus a Sabinis, a Romanis Sanctus appellabatur. Hunc D. August. Janum in-

terpretatur. Alii Herculem putant. Dionysius lib. iv. templum Jovis fidei præsidis Romæ fuisse ait, quem ipsi Sangum dicerent. Erit ergo Dins, seu Medius Fidius. In 7. regione Urbis, ex descriptione Augusti, fuit sacellum genii Sangi, templum novum Quirini. De hoc sacello hic loqui Livium verisimile est.

Semoni Sanco] Herculem sic dictum a Sabinis, ex Ovidio aliisque veteribus notum, qua de re vide Lil. Greg. Giral dum. Consecratio autem hæc sita fuit in æneis orbibus, in ejus templis suspendendis, ut se-

ingenium erat, atrocius mitiusve suadentibus; tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit, magis conditionis, in qua natus esset, quam præsentis necessitatis, memor: qui, interrogatus a quodam tristioris sententiæ auctore, ‘quam pœnam meritos Privernates censeret;’ ‘eam,’ inquit, ‘quam merentur, qui se libertate dignos censent.’ Cujus cum feroci responso infestiores factos videret consul eos, qui ante Privernatium causam impugnabant; ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret, ‘Quid, si pœnam,’ inquit, ‘remitteremus vobis, qualem nos pacem vobiscum habituros speremus?’ ‘Si bonam dederitis,’ inquit, ‘et fidam et perpetuam: si malam, haud diuturnam.’ Tum vero minari, nec id ambigue, Privernatem quidam,^s ‘et illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos:’ pars melior senatus ad meliora¹⁰ responsum trahere, et dicere, ‘Viri, et liberi, vocem auditam. An credi posse, ullum populum aut hominem denique, in ea conditione, cujus eum pœniteat, diutius, quam necesse sit, mansurum? Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sint:’^u neque eo loco, ubi servitutem esse velint, fidem sperandam esse.’ In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos, identidem ad principes sententiarum consulares, uti exaudiri posset a pluribus, dicendo, ‘Eos demum, qui nihil, præterquam de libertate, cogitent,¹¹ dignos esse, qui Romani fiant.’ Itaque et in senatu causam obtinere, et ex auctoritate Patrum latum ad populum est, ut Privernatibus civitas daretur. Eodem anno Anxur trecenti in coloniam missi sunt: bina jugera agri acceperunt.

//////////

¹⁰ ‘Cum Dukero leg. pars mitior, aut cum Gron. ad molliora vel ad mollius.’ Rupert. Pro responsum alii legunt responsa.—¹¹ Cogitant Gronov. Doujat.

NOTÆ

quentia docent. J. Clericus.

^s Privernatem, quidam] Aiebant nempe aliqui ex Senatoribus hunc Privernatem, &c.

^t Pars melior senatus ad meliora] Potest explicari, in meliorem partem: non displicet tamen Gronovii conjec-

tura, ad molliora responsum trahere.

^u Ubi voluntarii pacati sint] Satis apparet significari eos qui ultro ac sponte sua paci studeant: sed nove satis dictum voluntarii pacati, quemadmodum voluntarii milites, pro voluntarie pacificis.

22. Secutus est annus * nulla re belli domive insignis, P. Plautio Procuro, P. Cornelio Scapula consulibus; præterquam quod Fregellas x (Sidicinorum ¹² is ager, deinde Volscorum fuerat) colonia deducta; et populo visceratio data y a M. Flavio in funere matris. Erant, qui, per speciem honorandæ parentis, meritam mercedem populo solutam interpretarentur; quod eum, die dicta ab ædilibus, crimine stupratæ matris familiæ absolvisset. Data visceratio in præteritam iudicii gratiam honoris etiam ei causa fuit: tribunatumque plebei, proximis comitiis, absens petentibus ¹³ præfertur. ^z Palæpolis ^a fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est. Duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi. ^b Cumani ab ¹⁴ Chalcide Euboica ^c originem trahunt. Classe, qua advecti ab domo



12 Vulg. *Signinorum*.—13 Glareanus *presentibus* mavult. Vid. Not. Var.

NOTÆ

* A. U. C. 425.

x *Fregellus*] Fregellæ, sive Fregella, oppidum ad dextram Liris ripam, Opicorum prius, quorum pars Sidicini; post Volscorum; a Samnitibus deinde captum atque excisum; nunc a colonis Roma missis restitutum; tandem dirutum ab Opimio consule an. 630. Locus hodie *Ceperano*, ex Cluverii et Holstenii sententia, ubi Episcopus Aquinas residet in Terra Laboris, regnoque Neapolitano.

y *Visceratio data*] Inter ea quæ in honorem defunctorum apud Veteres in usu, non modo ab hæredibus epulum domi amicis et cognatis, sed aliquando populo dabatur, aut certe crudæ carnis distributio, quam viscerationem appellabant.

z *Tribunatumque plebei, proximis comitiis, absens petentibus præfertur*] Sic optimi codices: alii *tribunatumque et presentibus*. De vera lectione faciendam nemini controversiam puto. Sive enim dixeris, *præfertur petentibus tribunatum, sive presentibus absens*

præfertur tribunatu, id est, in tribuni munere, parum refert. Licet enim, cum dicimus aliquem tribunatu suo quid fecisse, intelligamus eum qui jam adeptus sit tribunatum; non inde sequitur, quod vult Gronovius, *tribunatu præferri* eodem modo esse accipiendum.

a *Palæpolis*] Neapolin inter et Herculaneum, quod nunc *Torre di Greco*, trans Sebetum amnem, ad littus, fuit Palæpolis, Vesuvio propior. Locus hodie *Poggio Reale* Ambrosio Leoni. Holstenius, in Cluverium, ait antiquissimum hoc oppidum haud dubie fuisse, ubi nunc *S. Giovanni Atteduccio*: qui locus ultra Neapolin duobus milibus passuum.

b *Cumis erant oriundi*] De Cumis jam diximus, lib. iv. cap. 44.

c *Ab Chalcide Euboica*] Eandem Cumanis originem tribuit inter ceteros Velleius: qui Chalcidem ipsam, in Eubœa insula, antea colonis cum Eretria occupatam ab Atheniensibus scribit lib. i. Et nunc insula hæc ma-

fuerant, multum in ora maris ejus, quod accolunt, potuere. Primo in insulas Ænariam et Pithecusas^d egressi, deinde in continentem ausi sedes transferre.^e Hæc civitas, cum suis viribus, tum Samnitium infida adversus Romanos societate^f freta, sive pestilentia, quæ Romanam urbem adorta nuntiabatur, fidens, multa hostilia adversus Romanos, agrum Campanum Falernumque incolentes, fecit. Igitur, L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone iterum consulibus,* fœtialibus Palæpolim ad res repetendas missis, cum relatum esset a Græcis, gente lingua magis strenua quam factis, ferox responsum; ex auctoritate Patrum populus Palæpolitianis bellum fieri jussit. Inter consules provinciis comparatis, bello Græci persequendi Publilio evenerunt; Cornelius altero exercitu Samnitibus, si qua se moverent, oppositus. Fama autem erat, defectioni Campanorum imminentes admoturos castra.^g Ibi optimum vi-

^g Fore ut ad Capuæ rebellionem parati Samnites adjungerent exercitum.

—14 Præpositionem non agnoscunt Th. Voss. Helm. Rott.—15 Prius edebatur *infidæ . . . societati*.

NOTÆ

ris Ægæi, Bæotia Atticæque objacens, et hæc ejus urbs præcipua, communi nomine dicitur vulgo *Negroponte*.

^d Ænariam et Pithecusas] Duæ ad Misenum promontorium insulæ sunt, quarum major, atque a continenti remotior, Ænaria, hodie *Ischia* dicitur; minor Prochyta, et parum mutato nomine nunc *Procida*; Græcis Pithecusæ; non a Simiarum multitudine, ut quidam existimavere, sed a figlinis doliariorum. Πίθος enim Græce dolium est, sive cadus. Ænariam Virg. aliique Latini poëtæ, ipseque Plinius Inarimen vocant, quasi ex Homero. At Homerus et Hesiodus quoque dixerunt duplici vocabulo εἰν Ἀπίμοις, apud Arimos. Sub hujus insulæ mole conditum Typhonem seu Typhæum gigantem flammam interdum eructare ferunt, fabula ex natu-

ra Epopei montis deducta. Quam fabulam ex Strabone lib. XIII. alii in Ciliciam, in Syriam alii rejiciunt; alii in Pithecusas, qui etiam affirmant πῖθῆκος simias Etrusca lingua Arimos dici. Pithecusa autem, sive Pithecusæ, insula est non alia ab Ænaria, etsi Noster cum Ovidio et Mela distinguant. Sed cum Prochyte ab Ænaria avulsa credatur, ambæ initio Pithecusæ communi nomine dictæ videntur, quod postea quidam soli Ænariæ, alii soli Prochyta tribuerunt.

^e Ausi sedes transferre] An potius coacti? Strabo certe lib. v. ab Eretriensibus et Chalcidensibus, eo classe delatis et egressis, habitatas scribit Pithecusas; sed eos partim seditio, partim terræ motibus, ignisque, et maris, et calidarum aquarum eruptione, in continentem trajecisse.

* A. U. C. 426.

sum Cornelio stativa habere. Ab utroque consule, exiguam spem pacis cum Samnitibus esse, certior fit senatus.

23. Publilius, duo millia Nolanorum militum et quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quam voluntate Græcorum, recepta Palæpolim,¹⁶ ^f miserat: ^g Cornelius, delectum indictum a magistratibus,^h universum Samnium erectum, ac vicinos populos, Privernatem Fundanumque et Formianum, haud ambigue solicitari. Ob hæc cum legatos mitti placuisset prius ad Samnites, quam bellum fieret; responsum redditur ab Samnitibus ferox. Ultro incusabant injurias Romanorum: neque eo negligentius ea, quæ ipsis objicerentur, purgabant. 'Haud ullo publico consilio auxiliove juvari Græcos: nec Fundanum Formianumve a se solicitatos. Quippe minime pœnitere se virium suarum, si bellum placeat. Ceterum non posse dissimulare, ægre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas, ex Volscis captasⁱ dirutasque ab se, restituerit Romanus populus, coloniamque in Samnitium agro imposuerit, quam coloni eorum Fregellas appellent.^k Eam se con-

^z *Publilius ad senatum scripserat, suscepta esse apud Palæpolim militum Nolanorum millia duo, Samnitium quatuor millia, idque potius coactis per Nolanos, quam volentibus ipsis Palæpolitianis.*

NOTÆ

^f *Recepta Palæpolim [Palæpoli]* Id est, apud Palæpolin. Manuscripti quidam habent *Palæpolin*, quod defendit Sigonius ex Cic. pro Arch. 'Luculli eum domum suam receperunt.'

Recepta Palæpoli] Hoc est, admissa intra Palæpolim, scripserat. Vide J. Fr. Gronovium. *J. Clericus.*

^g *Miserat]* Supple literas hoc nuntio. Sic lib. xxxvi. 'Is ex templo ad M. Ræbium misit, Antiochum in Thessaliam impetum fecisse.' Adde ex cap. prox. seq. 'literæ missæ, ut dictatorem comitiorum causa diceret.' Illud autem *miserat*, sive scripserat, ad utrumque consulem refertur.

^h *Indictum a magistratibus]* Scripserat nempe Cornelius, a magistratibus Samnitium indictum, &c. fuisse delectum.

ⁱ *Ex Volscis captas]* Verisimile est Fregellas a Samnitibus, post victos Sidicinos lib. vii. c. 29. tanquam veterem horum possessionem, repetitas; et, quod longius a Samnio abessent, dirutas.

^k *Quam coloni eorum Fregellas appellent]* Hinc non sequitur, opinor, quod infert Cluver. antea nomen aliud habuisse. Sed cum destructa urbs esset, et locus sine nomine, jam sub eodem Fregellarum nomine restitutum fuisse a Romanis.

tumeliam injuriamque, ni sibi ab iis, qui fecerint, dematur, ipsos omni vi depulsuros¹ esse.' Cum Romanus legatus ad disceptandum eos ad communes socios atque amicos vocaret: 'Quid perplexe agimus?' inquit.^m 'Nostra certamina, Romani, non verba legatorum, nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, et arma et communis Mars belli decernet. Proinde inter Capuam Suessulamque castra castris conferamus; et, Samnis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus.' Legati Romanorum cum se, non quo hostis vocasset, sed quo imperatores sui duxissent, ituros esse respondissent; jam Publilius, inter Palæpolim Neapolimque loco opportune capto, diremerat hostibus societatem auxilii mutui, qua, ut quisque locus premeretur, inter se usi fuerant. Itaque cum et comitiorum dies instaret, et, Publilium, imminentem hostium muris, avocari ab spe capiendæ in dies urbis, haud e re publica esset; actum cum tribunis est, ad populum ferrent, ut, cum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret,¹⁷ quoad debellatum cum Græcis esset. L. Cornelio (quia ne cum quidem in Samnium jam ingressum revocari ab impetu belli placebat) literæ missæ, ut dictatorem comitiorum causa diceret. Dixit M. Claudium Marcellum. Ab eo magister equitum dictus Sp. Postumius. Nec tamen ab dictatore comitia sunt habita, quia, vitiose creatus esset, in disquisitionem venit. Consulti augures, vitiosum videri dictatorem, pronuntiaverunt. Eam rem tribuni suspectam infamemque criminando fecerunt. 'Nam neque facile fuisse id vitium nosci, cum consul oriens¹⁸ nocte silentio diceret dictato-

16 Al. Palæpoli.—17 Vulg. proconsul rem gereret.—18 Ineunte vet. lib. apud Sigon. Oriente Gronov. Doujat. 'Servavimus quidem Msstorum lec-

NOTÆ

¹Ipsos omni vi depulsuros] Redundare videtur vel hic ipsos, vel paulo supra se, nisi unica vox sit, seipsos, in duas, longiore paulo intervallo, distracta.

^m Quid perplexe agimus? inquit] Hactenus Samnites incusabant, purgabant. Nunc vero quo refertur τὸ inquit? Novum Livio non est a plurali numero ad singularem transgre-

rem: neque ab consule cuiquam publice privatimve de ea re scriptum esse: nec quenquam mortalium extare, qui se vidisse aut audisse¹⁹ quid dicat, quod auspiciū dirimeret: neque augures divinare Romæ sedentes potuisse, quid in castris consuli vitii obvenisset. Cui non apparere, quod plebeius dictator sit, id vitium auguribus visum? Hæc aliaque ab tribunis nequicquam jactata. Tamen ad interregnum res redit: dilatisque alia atque alia de causa comitiis, quartusdecimus demum interrex L. Æmilius consules creat C. Pœtelium,²⁰ L. Papium Mugillanum. Cursorem in aliis annalibus invenio.

24. Eodem anno Alexandriam in Ægypto^o proditum

//////////

tionem, [orientem,] sed admodum placet Gronovii emendatio, *oriens*, pro surgens, quam etiam Drakenborchius in contextum recepit.' Stroth. Vid. Not. Var.—19 Vulg. *audirisse*.—20 C. Pœtelium tertium scribendum esse censet Glareanus.

NOTÆ

di, et contra. *Inquit ergo prætor sive alius Samnitium magistratus, qui eorum nomine legatis populi Romani respondebat.*

¹⁹ Cum consul oriens [orientem] nocte silentio diceret dictatorem] Nox æque ac dies oriri dicitur. Ovid. vi. Fast. 'Humida cum pulso, nox erit orta, die.' Sed quoniam post mediam noctem, non ea inenunte, silentio surgere soliti qui auspicabantur, auctore Festo, in voce 'silentio;' ideo Alb. Rubenius citante Gronov. scribendum putabat, cum consul oriens nocte silentio diceret dictatorem. Nam, ut observat Velius Longus, de orthographia: 'oriri apud antiquos frequenter surgere significabat, ut apparet in eo quod dicitur: Consul oriens magistrum populi dicat.' Unde videtur consul oriens ex formula dici.

Oriens nocte] Vetus est loquendi genus, pro surgens, ut recte observavit Alb. Rubenius ex Velio Longo de Orthographia p. 2234. ed. El. Putschii: 'Oriens consul magistrum populi di-

cat.' Itaque eliminavimus orientem nocte, quod damnat etiam J. Fr. Gronovius. J. Clericus.

* A. U. C. 427.

^o Eodem anno Alexandriam in Ægypto] Quod nunc Alexandria condita narratur ab Alexandro, quem supra c. 3. extinctum dixit Auctor, non ideo sibi adversari credendus. Neque enim ibi animus fuit, tempus quo is mortuus erat, sed in juvenili ætate extinctum, annotare. Sic Alexandri Epirotæ casum eodem loco memorare antevertit a coss. T. Manlio Torquato III. et P. Decio anno U. 416. Alexandria vero ex Diod. Siculi calculo anno Alexandri Magni quinto condita est Archonte Athenis Aristophane, Olympiadis 112. an. 2. coss. Sp. Postumio, T. Veturio, anno fere ante hunc nono. Eusebius in annum 3. ejusdem Olympiadis Alexandria initium confert. Solinus in L. Papium, C. Pœtelium consules: quod si accipiatur de primo eorum consulatu, cuius nec Livius nec Cassiodorus memi-

conditam; Alexandrumque, Epiri regem,^p ab exule Lucano interfectum, sortes^q Dodonæi Jovis^r eventu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat,^s ‘caveret Acherusiam aquam,^t Pandosiamque urbem:’^u ibi fati ejus

NOTÆ

nit, ab Eusebio non abhorrebit. Ipse Alexander Macedo obiit juxta eundem Diod. anno regni 12. qui primus est Olympiadis 114. Archonte Ægesia, cons. C. Pompilio et Papirio. Sed error in prioris consulis nomen irrepsit: indicatur enim ipse hujus anni consulatus, L. nimirum Papirii Cursoris, et C. Pæteli Libonis.

^v *Alexandrumque, Epiri regem*] A consulatu T. Manlii Torquati cum P. Decio Mure, quo in Italiam transgressus hic Alexander memoratur c. 3. hujus libri, hic annus est decimus quartus. Tanto igitur tempore in Italia bellavit.

^q *Sortes*] *Sortes* pro oraculis accipi tritum. Apud Virg. ‘Hoc Lyciæ sortes.’ Et apud Cic. II. de Divinat. ‘Sors illa edita est Cræso: Cræsus Halyn superans,’ &c. Differunt tamen sortes ab oraculis. Hæc enim proprie sunt vaticinationes, quæ ore funduntur, quæ et responsa appellantur: sortes autem sunt dicta literis consignata, quæ pueri manu miscuntur, et educuntur ex urna seu vase, in quod conjecta sunt. Hujus generis oracula apud Dodonam in usu fuisse discimus ex eodem Tullio lib. I. laudati paulo ante operis.

^r *Dodonæi Jovis*] Dodona Epiri urbs in Molossia ex Plinio, ex Strabone in Thesprotia, versus Thessaliæ confinia, ad fluvium ejusdem nominis qui in Acherontem labitur. Ibi vetustissimum Jovis templum oraculis illustre, ac nemus ingens, in quo fabulantur duas olim columbas et quercu futura prænuñtiasse: quarum deinde altera Delphos, altera ad templum Jovis Ammonis evolaverit. Colum-

barum nomine intelligi potuere vetulæ sacerdotes, per quas oracula edebantur. Videtur hic locus in ea Epiri parte fuisse, ubi nunc *Joannina*.

^s *Data dictio erat*] Censet Turnebus dictionem pro oraculo sumi, quod a Græcis oracula interdum *λόγια* vocentur, ut apud Pacuvium: ‘Flexa, non falsa autumare dictio Delphis sollet:’ quibus verbis significatur oracula Delphica nunquam falsa esse, utrumque tortuosa sint: unde Apollo *Δοξίας* dictus, quasi vocem habens obliquam. Oraculum porro huic Alexandro redditum ita vulgo referunt, ut undam Acherusinam Pandosiamque vitare juberetur, inde quippe mortem ei paratam. At Strabo sic recitat dictionem hanc: *Πανδοσία τρικόλωνε, πολὺν ποτε λαὸν ολέσσεις*: id est, ‘Pandusia ingentem est populum extinctura trivertex.’ Unde ait in eam opinionem venisse hunc Alexandrum, ut existimaret, non suorum, sed hostium cladem prædici; qua ratione Cræsus quoque delusus fuerat.

^t *Acherusiam aquam*] Lacus est Thesprotiæ in Epiro, unde Acheron profluens passuum inde 36. millibus in sinum Ambracium defluit: quem fluvium mille passuum ponte mirabilem omnia sua mirantibus Græcis Plinius ait. Eodem nomine palus in Italia Cumis vicina, non Bruttiorum regione, ubi Epiri hunc regem venuto interemtum esse constat. Quare caute Livius non Acherusiam paludem dixit, sed *Acherusiam aquam*. Et Justinus I. XII. c. 1. ‘Acherusium flumen:’ Strabo clarius ‘Acherontem,’ quod verum ei fluvio nomen. Quod autem Acherontinum, quasi ab

terminum dari.' Eoque ocyus transmisit in Italiam, ut quam maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro et Acheronte amni, quem ex Molosside fluentem^x in stagna inferna^y accipit Thesprotius sinus.^z Ceterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur) cum sæpe Bruttias Lucanasque legiones fudisset; Heracleam^a Tarentinorum coloniam, Consentiam^b ex Lucanis, Sipontumque,^c Bruttiorum

NOTE

eo amne dictum oppidum in Brutiis locat Plinius, in eo neminem habet suffragatorem. Est enim Acherontia Apulorum in Lucaniæ confinio ad Bradanum fl. hod. *Cirenza*.

^u *Pandosiamque urbem*] Hoc nomine duplex quoque oppidum fuit, utrumque ad suum Acherontem: alterum in Molossorum aut Thesprotiorum, alterum in Bruttiorum Lucanorumque confinio: illud Epiri, hoc magnæ Græciæ in Italia, quæ urbs vetustis temporibus Cænotrorum regia fuerat: postea Castellum validum, paulum supra Consentiam versus septemtrionem, quod tres habebat vertices. Barrinus Pandosie loco ponit oppidulum, quod hodie *Castelfranco* vocant, in Calabria citeriore, regni Neopolitani provincia. Prosper Parisius putat ibi fuisse ubi nunc *Mendicino*.

^x *Quem ex Molosside fluentem*] Molossis, seu Molossia regio Molossorum in Epiro, nunc ex Pineto Pandosia. Hinc Molossi canes venatici eximie magnitudinis.

^y *In stagna inferna*] Paludes inferioris regionis intellige. An etiam ad fabulam allusit Livius, quæ hunc fluvium canemque Cerberum ex Epiro in Inferos transtulit, Aidoneumque regem ejus regionis Platonem seu Ditem, uxorem ipsius Proserpinam fecit, odio forte Pirithoi interfecti, conjectique in vincula Thesei?

^z *Thesprotius sinus*] A Thesprotide, seu Thesprotia, Epiri provincia, die-

tus: qui et Ambracius, ab Ambracia urbe Thesprotorum primaria: nunc *Golfo di Larta*.

^a *Heracleam*] Hæc Heraclea in Lucaniæ ora a Tarentinis condita est, inter Sirin et Acirin amnes, qui nunc *Seno*, et *Agri*, tribus a mari passuum millibus. Ad Siris ostium urbs fuerat Trojanorum opus, de fluvii nomine dicta; quæ, prisca cultoribus alio translatis, Heracleensium navale facta est. Non procul abfuit ab oppido, quod nunc *Amendolara* in Basilicata.

^b *Consentiam*] Bruttiorum olim ex Strabone, nunc Calabriae citerioris caput, vulgo *Cosenza*, ad Cratim fluvium: Alarici Gotthorum regis interitu, et nunc Archiepiscopatus titulo nobilis urbs, cum Castro.

^c *Ex Lucanis, Sipontumque*] Non magis Sipontus quam Consentia Lucanorum fuere. Hanc Strabo, Plinius, Ptolemæus, ipse Livius lib. xxxix. c. 38. et lib. xxx. c. 19. Brutiis ascribunt. Sipontum, quod Græci *Σιπώντρα* vocant, Apulorum est, auctoribus paulo ante nominatis, ad sinum maris Adriatici Uriatem, ostiumque Cerbali fluminis, ubi vetus adhuc retinet nomen: nec cum Lucanis quicquam habet commune. Existimabam posse defendi, tanquam Lucani devictis Apulis Sipontum eo tempore tenuissent: sed de Lucanorum cum Apulis bello nulla hic aut alibi per ea tempora mentio: et in Apulis hæc urbs a Lucanorum finibus

Terinam,^d alias inde Messapiorum^e ac Lucanorum cepisset urbes, et trecentas familias illustres in Epirum, quas obsidum numero haberet, misisset; haud procul Pandosia urbe imminente² Lucanis ac Bruttis finibus tres tumulos,^f aliquantum inter se distantes, insedit; ex quibus incursiones in omnem partem agri hostilis faceret. Et ducentos ferme Lucanorum exules circa se pro fidis habebat, ut pleraque ejus generis ingenia sunt, cum fortuna mutabilem gerentes fidem. Imbres continui, campis omnibus inundantes, cum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio, duo præsidia, quæ sine rege erant, improvise hostium adventu opprimuntur: deletisque eis, ad ipsius obsidionem omnes conversi. Inde ab Lucanis exuli-



1 Ita ex emendat. Sigon. pro *Acerinam*. Vid. Not. Var.—2 *Imminentes*

NOTÆ

maxime remota. Confugiendum ergo ad Cluverii emendationem, eatenus ut pro *Siponto* legamus *Metapontum*. Fuit enim hæc clara magnæ Græciæ nrbs in ora Lucaniæ: a Casventi annis ostio tribus milliaribus, ubi nunc *Torre di mare*. Nec obstat quod apud Justinum lib. II. c. 2. dicitur fœdus cum Metapontinis fecisse Alexander Epirota: potuit enim ea lege fœdus cum eis inire, ut præsidium imponeret. Cetera sic conciliari poterunt, si ampliores eo tempore fines Lucanorum dicamus, et Consentiam usque protensos: aut certe Lucanorum nomine contineri Bruttios, utpote earundem partium, et Lucanorum progeniem. Legerim itaque non invitus: *Heracleam Tarentinorum coloniam, Consentiam ex Lucanis, Metapontumque*. Videndum tamen ne pro *Consentiam* legendum sit *Potentiam*, quæ Lucanorum haud dubie urbs.

^d *Bruttiorum Terinam*] Legebatur alias *Bruttiorum coloniam Acerinam*: sed vocem *coloniam* ex fide veterum

Delph. et Var. Clas.

aliquot codicum delevit Gronovius; et pro *Acerinam*, cujus nominis nullum extat oppidum, reposuit ex Glareani et Sigonii conjectura, *Terinam*: quæ Crotoniatarum in Bruttis urbs inter Temesam et Clampetiam, ad sinum Tusci maris Terrinæum, qui et Vibonensis, nunc *Golfo di Sancto Eufemia*, haud procul Ocinarum fluvii ostio, hodie *Savato*. Ejus ruinis proxima hodie *Nuceria*, auctore Gabr. Barrio. Cluv. mutato verborum Livii ordine legit *ex Lucanis coloniam Acerinam*: nec quid ea sit, aperit. Posset forte intelligi colonia ad Acirim fl. vulgo *Agri*, sed jam Heracleam nominavit Auctor, quæ colonia Tarentinorum eo tractu.

^e *Alias inde Messapiorum*] Messapii eam Iapygiæ partem incoluerunt, quæ peninsulæ forma a Tarento ad Brundisium in maria Ionium Ausoniumque procurrit. Ea Calabria quoque olim dicta, et in Calabros proprie dictos ac Salentinos divisa fuit. Hodie *Terra d'Otranto*.

^f *Tres tumulos*] Hinc Pandosia τρι-

Livius.

4 I

bus ad suos nuntii missi sunt: pactoque reditu promissum est, regem, aut vivum, aut mortuum, in potestatem duros. Ceterum cum delectis ipse, egregium facinus ausus, per medios erumpit hostes, et ducem Lucanorum cominus congressum obtruncat: contrahensque suos ex fuga palatos, pervenit ad amnem, ruinis recentibus pontis, quem vis aquæ abstulerat, indicantem³ iter.⁵ Quem cum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis, 'Jure Acheros vocaris,'^h inquit. Quod ubi ad aures accidit regis, adjecit extemplo animum fatis suis; substititque dubius, an transiret. Tum Sotimus minister ex regiis pueris, 'quid in tanto discrimine periculi cunctaretur' interrogans, indicat, Lucanos insidiis quærare locum. Quos ubi respexit rex procul grege facto venientes, stringit gladium, et per medium amnem transmittit equum. Jamque in vadum egressum eminus veruto Lucanus exul transfigit. Lapsus inde cum inhærente telo corpus exanime detulit amnis in hostium præsidia. Ibi fœda laceratio corporis facta. Namque, præciso⁴ medio,^a partem Consentiam misere: pars ipsis retenta ad ludibrium. Quæ cum jaculis saxisque procul incesseretur, mulier una, ultra humanarum irarum fidem⁵ i sævienti turbæ immixta,^b ut parumper sustinerent precata,

^a Cum medium corpus secuissent.

^b Cruditatem exercentibus ultra quam credibile videatur hominum iram extendi posse.

//////////

Gronov. Donjat. Crevier. all.—3 'Immo *negantem* aut *denegantem*. Sic lege.' Tan. Faber. 'Indicantem. Bene se habet hæc lectio, quam frustra tentavit Tan. Faber, novandi pruritu sæpe actus, sed ita, ut raro feliciter emendaret.' Stroth.—4 *Perscisso* conj. Wakef. ad Lucret. III. 636.—5 'Malebat Gron. *ultra h. i. finem*: sed aptior veriorque est lectio vulgata.' Rupert.—

NOTÆ

κόλωνος dicta oraculo apud Strabonem, quasi tricollis.

³ *Indicantem iter*] Immo *negantem*, aut *denegantem*, ait Tan. Faber. Immo *indicantem*, aio ego cum Livio. Per ruinas enim et vestigia pontis cognoscitur qua sit eundum.

^h *Jure Acheros vocaris*] Acheronta

dictum volunt, quasi ἄχη βέοντα, doloribus fluentem, vel παρὰ τὸ ἐστερηθῆσθαι χαρᾶς, quod gaudio careat.

⁵ *Ultra humanarum irarum fidem*] Placeret Gronovii correctio, *ultra humanarum irarum finem*, si scriptus aliquis liber suffragaretur.

flens ait, ‘virum sibi liberosque captos apud hostes esse : sperare, corpore regio utcumque mulcato⁶ se suos redempturam.’ Is finis lacerationi fuit. Sepultumque Consentiaë, quod membrorum reliquum fuit, cura mulieris unius : ossaque Metapontum ad hostes remissa ; inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem sororemque Olympiadem : quarum mater Magni Alexandri altera, soror altera fuit. Hæc de Alexandri Epirensis tristi eventu, quanquam Romano bello fortuna eum abstinuit,^c tamen, quia in Italia bella gessit, paucis dixisse satis sit.

25. Eodem anno lectisternium Romæ, quinto post conditam urbem, iisdem, quibus ante, placandis habitum est Diis. Novi deinde consules jussu populi cum misissent, qui indicerent Samnitibus bellum ; et ipsi majore conatu, quam adversus Græcos, cuncta parabant ; et alia nova nihil tum animo tale agitantibus accesserunt auxilia. Lucani^k atque Apuli,^l quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat,^m in fidem venerunt, arma virosque ad

^c *Illum sors arcuit.*

6 Al. *multato* : pro quo, *mutilato* Erasmo placuisse ait Glareanus.

NOTÆ

^k *Lucani*] Lucanos a Samnitibus ortos duce Lucio testatur Plinius ; Græcis, *Λουκανοί*. Eam regionem, quæ magna Græcia dicta, occuparunt, pulsis Cænotris et Chonibus, ex Strab. colueruntque hinc ad mare Tuscum, inde ad Siculum, ejusve partem, sinum Tarentinum. A Picentinis atque Hirpinis Silaro fluvio, a Bruttis Lao divisi, ab Apulis Bradano. Nunc ille tractus magna ex parte *Basilicata* vocatur : reliqua ad occasum æstivum pars in Principatus nomen transiit ; ad meridiem, Calabriaë anterioris pars est, quæ Neapolitani regni provincia.


^l *Atque Apuli*] Antiquis Græcis Iapygia ab Iapyge, Lycaonis filio, dicebatur extrema illa Italiaë regio, extremo mari Hadriatico imminens,

quam Romani in tria nomina distinxere, Apuliam, Calabriaë, et Salentinus. Apulia ipsa in Dauniam et Peucetiam divisa fuit. Illa a Frentone fluvio ad Aufidum, hæc ab Aufido hinc Brundisium usque, inde ad Galesum amnem protensa : Daunia Frentanis, Samnitibus, Hirpinis olim contermina, nunc *Puglia piana*, et *Capitanata* appellatur : Peucetia, quam ex parte Hirpini, cetera Lucani ambiebant, hodie vocatur *Terra di Bari*.

^m *Quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat*] Nullum quidem illis bellum cum Romanis intercesserat. Sed Lucani haud omnino ignoti. Legatos certe eodem tempore quo Latini misisse dicuntur supra.



bellum pollicentes. Fœdere ergo in amicitiam accepti. Eodem tempore etiam in Samnio res prospere gesta. Tria oppida in potestatem venerunt, Allifæ,ⁿ Callifæ,^o Ruffrium:^p aliusque ager primo adventu consulum longe lateque est pervastatus. Hoc bello tam prospere commisso, alteri quoque bello, quo Græci obsidebantur, jam finis aderat. Nam, præterquam quod, interseptis munimentis hostium, pars parti abscissa erat, fœdiora aliquanto intra muros iis, quibus hostis territabat, patiebantur; et velut capti a suis-metipsis præsiidiis, indigna jam liberis⁷ quoque ac conjugibus,^q et quæ captarum urbium extrema sunt, patiebantur. Itaque cum, et a Tarento et a Samnitibus, fama esset, nova auxilia ventura, Samnitium plus, quam vellent, intra mœnia esse rebantur: Tarentinorum juventutem, Græci Græcos,^r haud minus per quos Samniti Nolanoque, quam ut Romanis hostibus resisterent, expectabant. Postremo levissimum malorum deditio ad Romanos visa. Charilaus et Nymphius, principes civitatis, communicato inter se consilio, partes ad rem agendam divisere, ut alter ad imperatorem Romanorum transfugeret, alter subsisteret ad præbendam oppor-



7 Delendum prius *patiebantur* notat J. F. Gronov. ac leg. *a suis met ipsi præ-*

NOTE

ⁿ *Allifæ]* Ad lævam Vulturni ripam infra Æserniam est Samnitum opp. Allifæ, vulgo nunc *Alifi*: in confinio Campaniæ, quæ nunc Terra Laboris, medio prope itinere inter Casinum et Beneventum.

^o *Callifæ]* Hirpinorum fuit: sed illi tunc Samnitibus, opinor, juneti: oppidulum est, nunc *Carife* dictum, sub Apennino, in principatu ulteriori.

^p *Ruffrium]* Silius 'Rufas' appellat, 'Rufas' Virgil. Oppidum in Hirpinorum quoque finibus. His enim nominibus eundem significari locum putat Cluv. iisque respondere nunc episcopale oppidum, quod vulgo *Ruvo*. Holstenius Ruffrium et Rufas

diversa omnino loca fuisse censet; et Rufas nunc dici *Prezenzano*, cuius ager *la Costa Rufaria*, in Campania et Diœcesi Teanensi, ubi Taberna S. Felicis ad Rufas.

^q *Indigna jam liberis quoque ac conjugibus]* *Liberis*, id est f. per liberos, &c. Sed libens scriberem, inserta præpositione, *indigna jam in liberis quoque ac conjugibus, &c. patiebantur*. Cujus verbi repetitio jure displicet Gronovio: sed semel tantum in fine positum sententiam ultra modum suspendit.

^r *Græci Græcos]* Palæpolitani Chalcidensium coloni, Tarentinos Lacedæmoniorum progeniem.

tunam consilio urbem.^d Charilaus fuit, qui ad Publilium Philonem venit;⁸ et, ‘quod bonum, faustum, felix⁹ Palæopolitanis populoque Romano esset, tradere se,’ ait, ‘mœnia statuisset. Eo facto utrum ab se prodita, an servata, patria videatur, in fide Romana positum esse. Sibi privatim nec pacisci quicquam, nec petere: publice petere, quam pacisci, magis, ut, si successisset inceptum,¹⁰ cogitaret populus Romanus, potius cum quanto studio periculoque reditum in amicitiam suam esset, quam qua stultitia et temeritate de officio decessum.’ Collaudatus ab imperatore tria millia militum ad occupandam eam partem urbis, quam Samnites insidebant, accepit: præsidio ei⁵ L. Quintius tribunus militum præpositus.

26. Eodem tempore et Nymphius prætorem Samnitium arte aggressus perpulerat, ut, quoniam omnis Romanus exercitus aut circa Palæpolim aut in Samnio esset, sineret se classe circumvehi ad Romanum agrum, non oram modo maris, sed ipsi urbi propinqua loca depopulaturum. Sed, ut falleret, nocte proficiscendum esse, extemploque naves deducendas.^e Quod quo maturius fieret, omnis juvenus Samnitium, præter necessarium urbis præsidium, ad littus missa. Ubi dum Nymphius in tenebris et multitudine semet ipsa impediante, sedulo aliis alia imperia turbans,^f terit tempus; Charilaus, ex composito ab sociis^g in urbem receptus, cum summa urbis Romano milite implesset, tolli clamorem jussit: ad quem Græci, signo accepto a principibus, quieverunt. Nolani per aversam partem urbis via Nolam ferente effugiunt. Samnitibus exclusis ab urbe, ut expeditior in præsentia fuga, ita foedior, postquam peri-

^d Ut in urbe faciliorem præstaret effectum consilii inter ambos initi.

^e Illico oportere naves e portu in altum trahere.

^f Modo hoc, modo illud jubendo cuncta perturbat.

^g A consociis consilii.



aidiis, indigna in liberis, &c. Doujatius tentat jam in liberis.—8 Vulg. ad Philonem venit.—9 Felixque Gronov. Doujat. Crevier. all.—10 Malit J. F. Gronov. inceptis. Vid. Not. Var.


NOTE

⁵ Præsidio ei] Illis tribus militum millibus.

culo evaserunt, visa, quippe qui inermes, nulla rerum suarum non relicta inter hostes, ludibrium non externis modo, sed etiam popularibus, spoliati atque egentes domos rediere. Haud ignarus opinionis alterius, qua hæc proditio ab Samnitibus facta traditur, cum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est; tum fœdus Neapolitanum (eo enim deinde summa rei Græcorum¹¹ venit) similis vero facit, ipsos in amicitiam redisse.¹² Publilio triumphus decretus; quod satis¹³ credebatur,¹⁴ obsidione domitos hostes in fidem venisse. Duo singularia hæc ei viro primum¹⁵ contigere; prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore¹⁴ triumphus.¹⁵

27. Aliud subinde bellum cum alterius oræ Græcis exortum. Namque Tarentini, cum rem Palæpolitānam vana spe auxilii aliquamdiu sustinuisent, postquam Romanos urbe potitos acceperē, velut destituti, ac non qui ipsi destituisent, increpare Palæpolitānos: ira atque invidia in Romanos furere; eo etiam, quod Lucanos et Apulos (nam utraque eo anno societas cœpta est) in fidem populi Ro-

¹¹ Non me latet, a quibusdam aliam opinionem traditam esse, nempe hujus proditionis auctores fuisse Samnites. Verum ut Palæpolitānis ducibus factam esse potius credam, duo me movent: hinc scriptorum, qui ita narrarunt, auctoritas potior: inde fœdus cum Romanis initum a Neapolitanis, ad quos translatum est Græcorum in eo tractu imperium: unde probabilius fit ipsos sponte reversos ad societatem Romanorum.



11 Conj. J. F. Gronov. *summa res Græcorum*.—12 'Forte cui satis: nimirum triumpho. Et forte quod ab Livio scriptum.' J. F. Gronov.—13 Idem suspicatur ei viro primo.—14 Glareanus legendum censet *aucto honore*.

NOTÆ

¹² Quod satis credebatur] Etsi conditionibus in Romanorum ditionem Palæpolitāni redierant, facile tamen creditum Romæ eo compulsos belli et obsidionis malis a Publilio Philone illatis.

¹⁵ Et acto honore triumphus] Hoc singulare non erat Romæ, ut post administratum honorem quis triumpharet. Sed hoc novum in Philone, quod non ex summo honore, consu-

latu nempe, tribunatu militum, aut dictatura triumpharet; sed gesto tantum proconsulatu; qui novus tunc quoque honor, nec summus, neque ullam in urbe potestatem tribuebat: ideo in Capitolinis lapidibus merito notatum, ut refert Sigonius, Q. PVBILIVS. Q. F. Q. N. PHILO. II. PRIMVS. PRO. COS. DE. SAMNITIVS. PALÆPOLITANEIS.

mani venisse allatum est. ‘Quippe propemodum perventum ad se esse, jamque in eo rem fore, ut Romani aut hostes, aut domini habendi sint. Discrimen profecto rerum suarum in bello Samnitium eventumque ejus verti. Eam solam gentem restare, nec eam ipsam satis validam, quando Lucanus defecerit. Quem revocari adhuc impellique ad abolendam societatem Romanam posse, si qua ars serendis discordiis adhibeatur.’ Hæc consilia cum apud cupidos rerum novandarum valuissent, ex juventute quidam Lucanorum pretio asciti, clari magis inter populares, quam honesti, inter se mulcati ipsi virgis, cum corpora nuda¹⁵ intulissent in civium cœtum, vociferati sunt, se, quod castra Romana ingredi ausi essent, a consule virgis cæsos ac prope securi percussos esse. Deformis suapte natura res cum speciem injuriæ magis, quam doli, præ se ferret,ⁱ concitati homines cogunt clamore suo magistratus senatum vocare: et alii, circumstantes concilium, bellum in Romanos poscunt: alii ad concitandam in arma multitudinem agrestium discurrunt: tumultuque etiam sanos consternante animos, decernitur, ut societas cum Samnitibus renovaretur; legatique ad eam rem mittuntur.¹⁶ Repentina res quia quam causam nullam, tam ne fidem quidem habebat,^k coacti a Samnitibus et obsides dare, et præsidia in loca munita accipere, cæci fraude et ira nihil recusarunt. Dilucere deinde brevi fraus cœpit, postquam criminum falsorum auctores Tarentum commigravere: sed, amissa omni de se potestate,^x nihil ultra, quam ut pœniteret frustra, restabat.

ⁱ Cum res ipsis, qui passi virgarum plagas dicebantur, per se turpis, verisimilem potius faceret injuriam illis a Romanis illatam esse, quam ab ipsis fraudem adornari.

^k Quoniam ea res tanto minus credibilis erat, quanto nulla nitebatur ratione.



15 Vet. lib. apud Sigon. nudata.—16 ‘Renovetur . . . mittantur Gronov. Crevier. perperam.’ Stroth.

NOTE

^x Amissa omni de se potestate] Latini esse negat Tan. Faber: sensum Livii esse putat, ‘sed amissa omni spe rei perficiendæ.’ Mihi vero vi-

detur illud prins non modo Latium, non modo elegantius, sed ad sententiam hand paulo accommodatius. Cum enim Samnitibus Lucani et obsides

28. Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis^y factum est, quod necti¹⁷ desierunt:^z mutatum autem jus ob unius fœneratoris simul libidinem, simul crudelitatem insignem. L. Papius is fuit:^a cui cum se C. Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset;^b quæ ætas for-

NOTÆ

dedissent, et præsidia eorum munitis locis accepissent, non amplius in Lucanorum arbitrio erat, ut a fœdere cum ipsis inito discederent; quia scilicet jam suæ potestatis non erant; potestatem de se deque re sua publica libere consulendi amiserant. Porro 'suæ potestatis esse,' pro eo quod est non esse in potestate alterius, perinde ac sui juris, sui arbitrii esse, Jurisconsultis usitatum; nec aliis scriptoribus incognitum. 'Sui arbitrii homo' apud Sueton. in Tib. c. 17. et in Claud. c. 2. apud Senecam quoque Consolat. ad Polyb. 'Juris arbitriique sui.'

^y *Initium libertatis*] Mirum videri potest, quod initium libertatis nunc demum plebi Romanæ factum dicatur, anno a pulsibus regibus saltem 183. Sed nimirum libertatis nomine intelligenda est liberatio plebeiorum a patriciorum creditorum sævitia; qua ratione plenior illis contigisse libertas dici potest. Facit locus ex Suida in voce Γάτος, adductus a Sigonio, ubi dicitur, ob hoc facinus, omnes Romanos, propter debita servituti addictos, rogata lege libertatem antiquam recepisse: omnimodam scilicet, qualis jure naturali fuit ante civilia jura constituta. Et vero non absolute 'initium libertatis' dixit Liv. sed 'velut aliud initium.'

^z *Quod necti desierunt*] Non placet Sigonii correctio, quam plerique deinde secuti, *quod nexi ligari desierunt*. Hoc enim actum est, ne omnino necerentur; cautum quippe mox dicit, in posterum ne necerentur, id est,

ne per illam obligandi formam, quam nexum appellabant, pro pecunia mutua corpus ipsi operasque suas velut in servitutem creditoribus subicerent. Sententiæ nostræ favere videtur Varro lib. 1. de Ling. Lat. ab ipso Sigon. adductus: 'liber, qui suas operas in servitutem pro pecunia, quam debebat, præbet, nexus vocatur, ut ab ære obætatus. Hoc C. Pæteli dictatore institutum, ne fieret.' Pætelinus tamen hic Quintus, non Caius; et consul erat, non dictator.

^a *L. Papius is fuit*] Queritur Glaucæanum quod omissum fuerit cognomen, nec constet, an Crassus Mugillanusve fuerit, quorum trium gentis ejus cognominum hæcenus meminuit Livius. Ego neque hujus anni consulem, qui eodem nomine ac prænomine, neque alium ullum ex iis, qui magistratus gesserunt, fuisse arbitror. Vero quippe simile videtur, si quis eorum esset, auctorem id nenti-quam silentio prætermisurum.

^b *Ob æs alienum paternum nexum dedisset*] Probari non potest quod apud Godel. Budæus prioribus in Pandectas annotationibus mavult, *nexum inisset*. Quis enim sensus, *se nexum inisset*? Nec est quod expungatur pronomen *se*; nam et 'tradere rem alicui nexu,' Cicer. dixit in Topicis; et 'se nexum dare ob æs alienum paternum,' idem fere sonat apud Nostrum, quod apud illum ibidem, 'mancipio aliquid dare,' aut quod II. de Finibus 79. 'Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico.'

maque misericordiam elicere poterat, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt: et, florem ætatis ejus fructum adventitium crediti ratus,¹ primo perlicere adolescentem sermone incesto est conatus: dein, postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare atque identidem admonere fortunæ: postremo, cum ingenuitatis magis, quam præsentis conditionis, memorem videret, nudari jubet, verberaque afferri. Quibus laceratus juvenis, cum se in publicum propuisset, libidinem crudelitatemque conquerens sceneratoris, ingens vis hominum, cum ætatis miseratione atque indignitate injuriæ accensa, tum suæ conditionis liberumque suorum respectu, in forum, atque inde, agmine facto, ad curiam concurrit; et cum consules, tumultu repentino coacti, senatum vocarent, introëuntibus in curiam Patribus laceratum juvenis tergum procumbentes ad singulorum pedes ostentabant. Victum¹⁸ eo die^c ob impotentem injuriam unius ingens vinculum fidei: jussique consules ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset,^d donec pœnam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur: pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Ita nexi soluti;^e cautumque in posterum, ne necerentur.

¹ *Emolumentum accessorium pecuniæ creditæ, et extrinsecus adveniens.*

17 *Liguri nexi* Ed. Gronov. et Mss. nonnulli.—18 Legit Tan. Faber, *Ruptum*.

NOTÆ

^c *Victum eo die*] Gratnlor Tan. Fabro, quod *ruptum* hoc loco probet *pro victo*: vinculum enim non viuci, sed rumpi proprie dixeris. Virg. II. Æn. ‘Eripui, fateor, leto me, et vincula rupi.’ Vellem codex aliquis correctionem firmaret. Verum vinculi nomen hic figurate sumitur pro ipsa fide publica, qua homines se velut nodo quodam invicem obstringunt: ejus autem vim facti hujus atrocitas vicisse dici potest. Infra c. 30. ‘Majestatem dictatoriam et disciplinam militarem a magistro equitum vic-tam et eversam.’

^d *Qui noxam meruisset*] Noxam vel noxiam mereri dicuntur (nam hæc duo promiscue sumi novum non est) qui ob culpam damnative illatum pœnæ obnoxios se ipsi reddunt. Ita noxa vel noxia pro crimine valet. Hinc apud jurisconsultos ‘servum noxæ dedere’ est, in pœnam pro delicto commertam tradere. Et apud Plaut. legitur ‘amicum castigare ob meritam noxiam:’ eadem ratione mulcta vel pœna committi dicitur. Itaque qui noxam meruisset, est, qui vinculis ob crimen patratum dignus esset.

29. Eodem anno, cum satis per se ipsum Samnitium bellum et defectio repens Lucanorum,¹⁹ auctoresque defectionis Tarentini sollicitos haberent Patres, accessit, ut et Vestinus populus^f Samnitibus sese conjungeret. Quæ res sicut eo anno sermonibus magis passim hominum jactata, quam in publico ullo concilio est; ita insequentis anni * consulibus, L. Furio Camillo iterum,²⁰ Junio Bruto Scævæ, nulla prior potiorque visa est, de qua ad senatum referrent. Et quanquam¹ nova res erat, tamen tanta cura Patres incessit, ut pariter eam susceptam neglectamque timerent; ne aut impunitas eorum lascivia superbiaque, aut bello pœnæ expetitæ metu propinquo atque ira concirent finitimos populos. Et erat genus omne abunde bello Samnitibus par,^g Marsi^h Peligniqueⁱ et Marrucini: ^k quos,

//////////

19 Vulg. *et defectio recens L.*—20 Legit Glaucanus *L. Furio Camillo tertium.*—1 ^c Strothius *quam* ex uno cod. recepit pro *quanquam*, et delevit τὸ *tamen*, tanquam adjectum, ut esset, quod τῶ *quanquam* responderet. Sed legendum potius cum Dukero: *quanquam nota vel non nova res erat, tamen, &c.* Rupert.

NOTÆ

^e *Ita nexi soluti]* Duplicem interpretationem recipit hæc phrasit: ut scilicet qui nexu obligati, vel si qui jam addicti creditoribus, atque in vinculis erant, iis exempti sint; vel ut omnes ea obligatione, quod ad pignorationem corporis attinet, fuerint liberati.

^f *Vestinus populus]* Creduntur Vestini generis Samnitici fuisse: exiguus populus Marrucinis, Pelignis, Marsis, Sabinis, Picentibus, et Adriatico mari clauderentur. Nunc pars sunt Aprutii Ulterioris, Marchiæ Anconitanæ proxima, in regno Neapolitano. Urbes eorum Pina, quæ nunc *Civita di Penna*, et Avia, quæ hodie *Civita di Bagno* prope Aquilam.

* A. U. C. 428.

^g *Et erat genus omne abunde bello Samnitibus par]* Universum genus vicinorum populorum, quos mox recenset, non minus bellicosum erat, quam

Samnites, utpote qui a Samnitibus fere originem traherent, nominibus licet divisi: eorumque simul junctorum multitudo non minor quam Samnitum.

^h *Marsi]* Eos Apenninus, Peligni, Vestini, Sabini, Latini, Hernici, Volscique cingebant. Illorum erat Alba Fuentis ad Fucinum lacum, vulgo Albi. Latio postea contributi. Nunc in Aprutio, regni Neapolitani provincia.

ⁱ *Pelignique]* Inter Frentanos, Marrucinos, Vestinos, Marsos, Samnitesque fuerunt Peligni. Urbs eorum Sulmo, vulgo Sulmona, in Aprutio Citeriori, quæ principatus titulo gaudet.

^k *Et Marrucini]* Hæc ex Italicis fere minima gens, Vestinorum, Pelignorum, Frentanorumque agris inclusa, Adriaticum mare aliquatenus attingebat. Pars nunc Aprutii Ul-

si Vestinus attingeretur, omnes habendos hostes.¹ Vicit tamen pars, quæ in præsentia videri potuit majoris animi, quam consilii: sed eventus docuit, fortes Fortunam juvare. Bellum ex auctoritate Patrum populus adversus Vestinos jussit. Provincia ea Bruto, Sannium Camillo sorte evenit. Exercitus utroque ducti, et cura tuendorum finium hostes prohibiti conjungere arma. Ceterum alterum consulem L. Furium, cui major moles rerum imposita erat, morbo gravi implicitum fortuna bello subtraxit: jussusque dictatorem dicere rei gerendæ causa, longe clarissimum bello ea tempestate dixit L. Papirium Cursorem; † a quo Q. Fabius Maximus Rullianus² magister equitum est dictus: par nobile rebus in eo magistratu gestis, discordia tamen, qua prope ad ultimum dimicationis ventum est, nobilior. Ab altero consule in Vestinis multiplex bellum, nec usquam vario eventu, gestum est. Nam et pervastavit agros, et, populando atque urendo tecta hostium sataque, in aciem invitos extraxit: et ita prælio uno accidit Vestinorum res, haudquaquam tamen incruento milite suo, ut non in castra solum refugerent hostes, sed, jam ne vallo quidem ac fossis freti, dilaberentur in oppida, situ urbium mœnibusque se defensuri. Postremo oppida quoque vi expugnare³ adortus, primo Cutinam ingenti ardore militum, aut vulnerrum ira,^m quod haud fere quisquam integer prælio excesserat, scalis cepit: deinde Cingiliam.^m Utriusque urbis

^m Vel ex iracundia quam concitaverant accepta ab hostibus vulnera.

//////////

Emendationem Dukeri probat Doering.—2 Vnlg. *Rutilianus*.—3 *Oppugnare* Gronov. 1679.

NOTÆ

terioris in regno Neapolitano. Urbium caput Theate, vulgo *Chieti* Archiepiscopatus, unde Theatinorum ordini religioso nomen.

¹ *Omnes habendos hostes*] Suppl. prospiciebat Senatus.

^m *Primo Cutinam . . . deinde Cingiliam*] Hæc oppidorum nomina nulli-

bi extant: nam Cutiliæ in Sabinis, non in Samnio. Suspiciatur Cluverius mendose scriptum *Cutinam* pro *Aufina*, quæ adhuc *Ofena*, vel *Ofeno*, inter Pinnam, Aquilam, et Popnlium. In hoc tractu oppidulum est vulgari vocabulo *Celiera*: quod forte Cingiliæ memoriam servare ait.

prædam militibus, quod eos neque portæ, neque muri hostium arcuerant, concessit.

30. In Samnium incertis itum auspiciisⁿ est: cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit. Namque Papius dictator, a pullario monitus, cum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur,^o magistro equitum denun- tiavit, ut sese loco teneret, neu, absente se, cum hoste manum consereret. Fabius cum post profectionem dicta- toris per exploratores comperisset, perinde omnia soluta apud hostes, ac si nemo Romanus in Samnio esset; seu ferox adolescens indignitate accensus, quod omnia in dic- tatore viderentur reposita esse, seu occasione bene gerendæ rei inductus, exercitu instructo paratoque profectus ad Im- brinium,^p (ita vocant locum,) acie cum Samnitibus confligit. Ea fortuna pugnæ fuit, ut nihil relictum sit, quo, si affuisset dictator, res melius geri potuerit: non dux militi, non miles duci defuit. Eques etiam, auctore L. Cominio tribuno mi- litum, qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen, detraxit frænos equis; † atque ita concita- tos calcaribus permisit, ut sustinere eos nulla vis posset. Per arma, per viros late stragem dedere. Secutus pedes impetum equitum, turbatis hostibus intulit signa. Viginti millia hostium cæsa eo die traduntur. Auctores habeo,

NOTÆ

ⁿ *Incertis itum auspiciis*] Non satis prospera fuerant auspicia, pullorum minus alacri, vel e cavea volatu, vel pastu. Nam hæc auspicia ex tripudio fuisse petita inde patet, quod dictatori religio injecta est monitu minus ex pullariis; qui pullorum huiusmodi curam gerebant.

^o *Romam proficisceretur*] Non novum belli duces in urbem renovandum auspiciorum causa redire. Tanta ejus rei religio erat, ut ex Cic. in libris de Divin. et alibi observatum.


^p *Ad Imbrinium*] Ignobilem esse

locum oportet, cujus nulla apud alios mentio. Nam quod Lipsius hic *Simbrivium*, apud Tacitum XI. Ann. *sub Imbrivinis collibus* legit, pro *Simbrivinis*, refertque ad stagnum Simbrivium, quod juxta Sublaqueum est XII. ab Urbe mill. admitti nullo pacto potest, cum Simbrivinae aquæ, et Sublaqueum, ad Anienem in Latio situm, longius distent ab hoc Imbrinio, quem locum in Samnio Livius ponit.

† *Detraxit frænos equis, &c.*] Vide notas ad l. IV. c. 33. *J. Clericus.*

bis cum hoste signa collata, dictatore absente, bis rem egregie gestam. Apud antiquissimos scriptores una hæc pugna invenitur: in quibusdam annalibus tota res prætermissa est. Magister equitum, ut ex tanta cæde, multis potitus spoliis, congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit: seu votum id Deorum cuiquam fuit; seu credere libet Fabio auctori,⁴ eo factum,⁴ ne suæ gloriæ fructum dictator caperet, nomenque ibi scriberet, aut spolia in triumpho⁵ ferret. Literæ quoque de re prospere gesta ad senatum, non ad dictatorem, missæ, argumentum fuere minime cum eo communicantis laudes.⁶ Ita certe dictator id factum accepit, ut, lætis aliis victoria parta, præ se ferret iram tristitiamque. Misso itaque repente senatu, se ex curia proripuit: tum vero, non Samnitium magis legiones, quam majestatem dictatoriam et disciplinam militarem a magistro equitum victam et everSAM dictitans, si illi impune spretum imperium fuisset. Itaque plenus minarum iræque profectus in castra, cum maximis itineribus isset, non tamen prævenire famam adventus sui potuit. Præcucurrerant enim ab Urbe, qui nuntiarent, dictatorem avidum pœnæ venire, alternis pæne verbis T. Manlii factum laudantem.⁷

31. Fabius, concione extemplo advocata, obtestatus milites est, 'ut, qua virtute rem publicam ab infestissimis hostibus defendissent, eadem se, cujus ductu auspicioque vicissent, ab impotenti crudelitate dictatoris tutarentur. Venire amentem invidia, iratum virtuti alienæ felicitati-que; furere, quod, se absente, res publica egregie⁸ gesta esset:† malle, si mutare fortunam posset, apud Samnites,



⁴ Quidam Edd. *seu credere libet Fabio auctore factum*. Vet. lib. apud Sigon. *seu, si credere libet, Fabio, &c.*—⁵ Vulg. *in triumphum*.—⁶ *Laudem Gronov. Doujat. Crevier.*—⁷ Vulg. *T. Manlii facta l.*

⁸ † Vet. lib. *res egregie*, ut ante: sic paulo post, *ad rem gerendam.* Sigon.

NOTÆ

⁴ *Seu credere libet Fabio auctori]* equitum ipse Fabius Rullianus; sed
Ita legendum ex primis editionibus: Fabius Pictor antiquus Romanæ auc-
estque intelligendus, non magister tor historiæ.

quam Romanos, victoriam esse. Imperium dictitare spre-
tum, tanquam non eadem mente pugnari vetuerit, qua pug-
natum doleat: et tunc invidia impedire virtutem alienam
voluisse, cupidissimisque arma ablaturum fuisse militibus,
ne, se absente, moveri possent: et nunc id furere,³ id ægre
pati, quod sine L. Papirio, non inermes, non manci milites
fuerint, quod se Q. Fabius magistrum equitum duxerit, ac
non accensum dictatoris.¹ Quid illum facturum fuisse, si,
quod belli casus ferunt Marsque communis, adversa pugna
evenisset; qui sibi, devictis hostibus, re publica bene gesta,
ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit, suppli-
cium magistro equitum minetur?² Neque illum magistro
equitum infestiorum, quam tribunis militum, quam centu-
rionibus, quam militibus esse. Si possit, in omnes sævi-
turum fuisse: quia id nequeat, in unum sævire. Etiam
invidiam, tanquam ignem, summa petere; in caput consilii,
in ducem incurrere. Si se simul cum gloria rei gestæ ex-
tinxisset, tunc victorem, velut in capto exercitu dominan-
tem, quicquid licuerit in magistro equitum, in militibus
ausurum. Proinde adessent in sua causa omnium libertati.



Vid. Not. Var.—9, Al. magistro equitum et tunc victori minetur. Vid. Not. Var.

NOTÆ

¹ Quod, se absente, res publica egregie
gesta esset] Contra scriptorum et
priorum editionum fidem Sigon. vo-
cem *publica* expunxerat, quasi 'rem
publicam gerere' dici non posset de
eo qui bellum gessit. Recte Gronov.
veterem lectionem restituit, affirmat-
que aliquot exemplis ita loqui opti-
mos auctores de iis qui quaecumque
partem ad summam rerum pertinen-
tem administrant. Unus Livii locus
sufficiat, qui statim hoc ipso capite
subjicitur de eadem re, 'devictis
hostibus, re publica bene gesta.'

² *Id furere*] Nova constructio, pro,
ea de causa irasci, dolere id factum
esse: ut apud Cic. VIII. ad Fam. Ep.
8. 'Nunc furit Domitius tam gavisos

homines summo dolorem; unumque
me studiosiorem Antonii.'

³ *Non accensum dictatoris*] Accensi
satellitum seu apparitorum genus,
quorum ministerio magistratus, ad
accersendos quos vellent, utebantur;
neque multum supra lictores. Eos
enim Cic. conjungit i. de Leg. 'Uta-
tur accenso atque licitoribus.' Immo
servorum propemodum loco erant.
Idem ad Q. Fratrem lib. i. Ep. 1.
'Accensus sit eo etiam numero, quo
cum majores nostri esse voluerunt:
qui hoc non in beneficii loco, sed in
laboris ac muneris, non temere nisi
libertis suis deferebant, quibus illi
quidem non secus ac servis impera-
bant.'

Si consensum exercitus eundem, qui in prælio fuerit, in tuenda victoria videat, et salutem unius omnibus curæ esse; inclinaturum ad clementiorem sententiam animum. Postremo se vitam fortunasque suas illorum fidei virtutique permittere.'

32. Clamor e tota concione ortus, uti bonum animum haberet: neminem illi vim allaturum, salvis legionibus Romanis. Haud multo post dictator advenit: classicoque extemplo ad concionem advocavit.^u Tum, silentio facto, præco Q. Fabium magistrum equitum citavit. Qui simul ex inferiore loco ad tribunal accessit; tum dictator, 'Quæro,' inquit, 'de te, Q. Fabi, cum summum imperium dictatoris sit, pareantque ei consules, regia potestas,^v prætores iisdem auspiciis, quibus consules, creati, æquum censeas necne, magistrum equitum dicto audientem esse? Itemque illud interrogo, cum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi turbatis religionibus res publica in discrimen committenda fuerit, an auspicia repetenda, ne quid dubiis Diis agerem? Simul illud, quæ dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num ea magister equitum solutus ac liber potuerit esse? Sed quid ego hæc interrogo? cum, si ego tacitus abissem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meæ dirigenda tua sententia fuerit. Quin tu respondes, vetuerimne, te quicquam rei, me absente, agere? vetuerimne, signa cum hostibus conferre? Quo tu imperio meo spreto,^x incertis auspiciis, turbatis

^u Et statim exercitum signo tubæ acciri jussit ad concionem.

NOTÆ

^u Consules, regia potestas] Appositione describit jus consulum, quorum regia potestas, id est, qui eadem fere potestate præditi, qua prius reges; nisi quod hi duo annui, pro uno perpetuoque. Ceterum paribus auspiciis creati, iisdem fascibus atque ornamentis insignes.

^x Quo tu imperio meo spreto] Siginus τὸ quo adverbialiter sumi vult, pro, quid? sive ad quid? quod Græci

dicunt, πρὸς τί; vel, τί δέ; ut apud Cic. 'Martis signum quo mihi pacis auctori?' Hic tamen revera ponitur illud quo relative. Cum enim dixisset Papirius per interrogationem, se vetuisse quicquam se absente agi; mox subjicit affirmate et absque interrogatione, Fabium eo ipsius jussu contempto ausum esse configere ipso absente.

religionibus, adversus morem militarem disciplinamque majorum, et numen Deorum, ausus es cum hoste confligere. Ad hæc, quæ interrogatus es, responde, extra ea, cave, vocem mittas. Accede, licitor.⁷ Adversus quæ singula¹⁰ cum respondere haud facile esset, et nunc quæretur, eundem accusatorem capitibus sui ac iudicem esse,⁹ modo, vitam sibi eripi citius, quam gloriam rerum gestarum, posse, vociferaretur, purgaretque se invicem, atque ultro accusaret; tunc Papirius, redintegrata ira, spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri iussit. Fabius, fidem militum implorans, lacerantibus vestem licitoribus,¹¹ ad triarios, tumultum jam in concione miscentes,¹² sese recepit. Inde clamor in totam concionem est perlatus. Alibi preces, alibi minæ audiebantur. Qui proximi forte tribunal steterant,¹³ quia subjecti oculis imperatoris noscitari poterant, orabant, ut parceret magistro equitum, neu cum eo exercitum damnaret. Extrema concio et circa Fabium globus increpabant incele-

⁹ Accusatorem suum capitalem; sive eo iudicio in quo de capite agatur.



10 'In libris quibusdam additur Q. Fabio; recte forsân: ad eum certe seqq. referenda.' *Rupert.*—11 'Vet. quidam lib. lacerantibus fade licitoribus.' *Sigon.*—12 *Vulg. tumultum jam in concionem miscentes.* Legit Tan. Faber,

NOTÆ

⁷ *Tumultum jam in concione miscentes*] Vetus lectio, *tumultum jam in concionem miscentes*: legit Tan. Faber, *tumultu jam concionem miscentes*; quod sane Latinum. Cic. 11. cont. Rull. 'quia iniquis imperiis remp. miscerent,' id est, turbarent. Sed facilius correctio in *concione*, ut *miscere* accipiatur pro *ciere*, *movere*, *excitare*. Nec adeo forte damnanda vulgaris. Cum enim concio non tantum pro cætu sumatur, sed pro ipsa concionem habentis oratione; quidni dicantur 'triarii in concionem,' id est, vel contra dicta Papirii dictatoris, quæ tranquille audiri ex more debebant,

tumultum immiscuisse, et concionantem ipsum concionemque tumultu suo perturbasse, immo in ipsum quoque cætum et multitudinem turbas ac tumultum injecisse?

² *Qui proximi forte tribunal* [*tribunali*] *steterant*] Veteres optimi teste Gronovio, *proximi forte tribunal steterant*; id est, prope tribunal, proxime ad tribunal. Ita l. xxix. 'Scorpione icto, qui proximus eum forte steterat.' Cæsar quoque 111. Bell. Gall. 'P. Crassus adolescens cum legione septima proximus mare Oceanum in Andegavis hyemabat.'

mentem dictatorem; nec procul seditione aberant. Ne tribunal quidem satis quietum erat. Legati circumstantes sellam orabant, ut rem in posterum diem differret, et iræ suæ spatium et consilio tempus daret: ‘Satis castigatam adolescentiam Fabii esse: satis deformatam victoriam: ne ad extremum finem supplicii tenderet: neu unico juveni, neu patri ejus, clarissimo viro,^a neu Fabiæ genti eam injungeret¹⁴ ignominiam.’^b Cum parum precibus, parum causa proficerent,^p ‘intueri sævientem concionem’ juebant. ‘Ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni, non esse ætatis, non prudentiæ ejus. Neminem id Q. Fabio, pœnam deprecanti suam, vitio versurum, sed dictatori, si occæcatus ira infestam multitudinem in se pravo certamine movisset. Postremo, ne id se gratiæ dare Q. Fabii crederet, se jus jurandum dare paratos esse, non videri e re publica, in Q. Fabium eo tempore animadverti.’

33. His vocibus cum in se magis incitarent dictatorem, quam in magistrum equitum placarent,^{15c} jussi de tribunali descendere legati: et, silentio nequicquam per præco-

^p Cum eis non multum prodessent nec obsecrationes, nec rationes, aut excusationes, quibus Fabii causam tuebantur.

tumultu jam concionem miscentes.—13 Vulg. tribunali steterant.—14 ‘Mallem cum Gron. inureret, quod tamen primus substituit Ascens.’ *Rupert.* Vid. inf. et Not. Var.

NOTÆ

^a Patri ejus, clarissimo viro] Hujus Q. Fabii Rulliani, qui postea Maximi cognomen in ea gente primus tulit, pater erat M. Fabius Ambustus princeps senatus, qui ter consul, qui dictator fuerat et censor, ut cap. seq. ‘Clarissimi’ autem titulus in rep. elogium fuit, non, ut labante postea, dignitatis titulus.

^b Eam injungeret [inureret] ignominiam] In optimis manuscriptis et editis est injungeret, id est, adjungeret, adhiberet: quod Gronov. probatur tanquam non incommodum loquendi

genus. L. III. ‘Injuriam a nobis repulsam, tanquam aut facere, aut pati, necesse sit, injungimus aliis.’ Val. quoque Max. lib. VI. c. 9. ‘Abdicationis injungentem notam.’ Ubi tamen vulgati habent *inurentem*.

^c Quam in magistrum [magistro] equitum placarent] Quidam antiqui, quam in magistrum equitum placarent: idque exquisitus Gronovii judicio. Auctores adducit, præsertim Corn. Nepotem in Pelopida: ‘Nunquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus.’

nem tentato, cum, præ strepitu ac tumultu, nec ipsius dictatoris, nec apparitorum ejus vox audiretur; nox, velut in prælio, certamini finem fecit. Magister equitum, jussus postero die adesse, cum omnes affirmarent, infestius Papi-rium exarsurum, agitatum contentione ipsa exacerbatumque, clam ex castris Romam profugit: et, patre auctore M. Fabio, qui ter jam consul dictatorque fuerat, vocato extemplo senatu, cum maxime conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoris, repente strepitus anto curiam lictorum summoventium auditur: et ipse infensus aderat, postquam comperit profectum ex castris, cum expedito equitatu secutus. Iterata deinde contentio;¹⁵ et prendi Fabium Papius jussit. Ubi cum, deprecantibus primoribus Patrum atque universo senatu, perstaret in incepto¹⁷ d immitis animus; tum pater M. Fabius, ‘Quandoquidem,’ inquit, ‘apud te nec auctoritas senatus, nec ætas mea, cui orbitatem paras, nec virtus nobilitasque magistri equitum, a te ipso nominati, valet, nec preces, quæ sæpe hostem mitigavere, quæ Deorum iras placant; tribunos plebis appello et provoco ad populum; e cumque tibi, fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem fero, qui certe unus plus, quam tua dictatura, f potest polletque. Videro, cessurusne provocationi sis, cui Rex Romanus Tullus Hostilius cessit.’^g Ex curia in concionem itur. Quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magister equitum cum descendisset; deduci eum de rostris Papius in partem inferiorem jussit. Secutus pa-

//////////

15 Vulg. *quam magistro equitum p.*—16 Add. *est* Sigon. Gronov. Doujat.

NOTE

^d *Perstaret in incepto*] Apud Bechar. aliosque, *perstaret incepto*: rara loquendi forma.


^e *Et provoco ad populum*] In filii causa, licet magistri equitum, pater appellat; tanta vis patriæ potestatis.

^f *Plus, quam tua dictatura*] Nondum ullum, opinor, exemplum extabat

provocationis a dictatore: quod tamen progressu temporis admissum. Qua de re Fest. in ‘optima lege.’

^g *Tullus Hostilius cessit*] In causa Horatii, qui a duumviris, Hostilio volente, inimo auctore, provocaverat, lib. 1. c. 26.

ter, 'Bene agis,' inquit, 'cum eo nos deduci jussisti, unde et privati vocem mittere possemus.'^h Ibi primo¹⁸ non tam perpetuæ orationes, quam altercatio, exaudiebantur.¹⁹ Vicit deinde strepitum vox et indignatio Fabii senis, increpantis superbiam crudelitatemque Papirii: 'Se quoque dictatorem Romæ fuisse, nec a se quenquam, ne plebis quidem hominem, non centurionem, non militem, violatum; Papirium, tanquam ex hostium ducibus, sic ex Romano imperatore victoriam et triumphum petere. Quantum interessetⁱ inter moderationem antiquorum et novam superbiam crudelitatemque! Dictatorem Quintium Cincinnatum^k in L. Minucium consulem, ex obsidione a se ereptum, non ultra sævisse, quam ut legatum cum ad exercitum pro consule relinqueret. M. Furium Camillum in L. Furio,^l qui, contempta sua senectute et auctoritate, fœdissimo cum eventu pugnasset, non solum in præsentia moderatum iræ esse, ne quid de collega secus populo aut senatui scriberet; sed, cum revertisset, potissimum ex tribunis consularibus habuisse, quem ex collegis, optione ab senatu data, socium²⁰ sibi imperii delegerit. Nam populi quidem, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem unquam atrociorē fuisse in eos, qui temeritate atque inscitia exercitus amisissent, quam ut pecunia eos mulctaret. Ca-



Crevier. all.—17 Vulg. *perstaret incepto*.—18 *In primo Gronov.* Crevier.—19 *Quidam libri, teste Sigon. altercationes audiebantur.* Malebat J. F. Gronov. probante Stroth. *exaudiebatur*, et mox *Quantum interesse*.—20 Inter-

NOTÆ

^h *Unde et privati vocem mittere possemus*] Pro rostris verba facere ad populum non poterant, nisi magistratus, aut qui a magistratibus producti. Fabius filius magister equitum eo ascenderat, jure, opinor, magistratus; et cum eo pater aliique primores, qui scilicet honores antea gesserant. Sed dictatore concionante, non videtur Fabio patri, cum in magistratu non esset, inde populum

alioqui licuisse: ex inferiore loco filium defendere non vetabatur, quod cuique privato permisum.

ⁱ *Quantum interesset*] Malim cum Gronovio *interesse*: ut superioribus, quæ infinitivo efferuntur, et historico stylo convenientius.

^k *Quintium Cincinnatum*] *Supra lib. III. c. 29.*

^l *M. Furium Camillum in L. Furio*] *Vide lib. VI. c. 24. et 25.*

pite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo^m ad eam diem esse.¹ Nunc ducibus populi Romani, quæ ne victis quidem bello fas fuerit, virgas et secures victoribus et justissimos meritis triumphos intentari. Quid enim tandem passurum fuisse filium suum, si exercitum amisisset? si fusus, fugatus, castris exutus fuisset? Quo ultra iram violentiamque ejus excessuram fuisse, quam ut verberaret necaretque? Quam conveniens esse, propter Q. Fabium civitatem in lætitia, victoria, supplicationibusⁿ ac gratulationibus esse; ² eum, propter quem Deum delubra pateant, aræ sacrificiis fument, honore, donis cumulentur, nudatum virgis lacerari in conspectu populi Romani; intuentem Capitolium atque arcem Deosque, ab se duobus præliis haud frustra advocatos! Quo id animo exercitum, qui ejus ductu auspiciisque vicisset, laturum? quem luctum in castris Romanis, quam lætitiâ inter hostes fore? Hæc, simul jurgans, querens, Deum hominumque fidem obtestans, et complexus filium, plurimis cum lacrymis agebat.

34. Stabat cum eo senatus majestas, favor populi, tribunicium auxilium, memoria absentis exercitus. Ex parte altera, 'imperium invictum populi Romani, et disciplina rei militaris,^o et dictatoris edictum pro numine semper ob-



pungit Kreyssigius, quem, ex collegis optione ab senatu data, socium.—1 Vulg. nullum ad eum diem esse. Vid. Not. Var.—2 Malebat Sigon. propter Q. Fabii

NOTE

^m De imperatore nullo] Apud Juntam et in quibusdam Mss. est *nullum ad eum diem esse*: additque Gronov. *exemplum*, quasi hoc nomen exiderit: quod supplementum nequaquam necessarium est: cum perspicuus sit sensus vulgaris editionis; nimirum, de nullo antea belli duce capitalem quæstionem habitam fuisse ob rem male gestam, nulli eorum hac de causa ultimum supplicium irrogatam.

ⁿ Propter Q. Fabium civitatem in lætitia, victoria, supplicationibus] Si-

gonio displicuit 'in victoria esse': ideoque maluit: *Propter Q. Fabii victoriam civitatem in lætitia, supplicationibus, &c.* Verum notante Gronov. Plinius Nat. Hist. lib. vii. cap. 7. scribere non dubitavit: 'tu, cujus semper in victoria mens est:' eadem forma Sallust. in Jugurth. 'Semperne in sanguine, ferro, fuga versabimur?'

^o Imperium invictum populi Romani, et disciplina rei militaris] Si dicamus ex disciplina militari, ut velit ea stetitisse, invictumque esse Romanum

servatum, et Manliana imperia, et posthabita filii caritas publicæ utilitati, jactabantur. 'Hoc etiam L. Brutum, conditorem Romanæ libertatis, antea in duobus liberis fecisse. Nunc patres comes et senes faciles de alieno imperio spreto,^p tanquam rei parvæ, disciplinæ militaris eversæ juventuti gratiam facere.³ Se tamen perstaturum in incepto; nec ei, qui adversus dictum suum, turbatis religionibus ac dubiis auspiciis, pugnasset, quicquam ex justa pœna remissurum. Majestas imperii perpetua ne esset,^q non esse in sua potestate. L. Papirium nihil de ejus jure diminuturum. Optare, ne potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet intercessione sua Romanum imperium, neu populus⁴ in se potissimum dictatorem et jus dictaturæ extinguat. Quod si fecisset, non L. Papirium, sed tribunos, sed pravum populi judicium, nequicquam posteros accusaturos: cum,

//////////

victoriam civitatem in lætitia, supplicationibus, ac gratulationibus esse.— 3 'Nunc patres comes et senes faciles de alieno, facile concedentes de jure, non suo, sed aliorum, et in re, quæ non ad se, sed ad alios, non ad suam, sed aliorum, dignitatem spectat, (quo fere sensu 'largiri ex alieno' dixit Cic. ad Div. III. 8. 20.) disciplinæ militaris imperio spreto eversæ, tanquam rei parvæ, juventuti gratiam facere. Ita, opinor, jungenda hæc verba, a librariis forte transposita; non faciles de alieno imperio spreto vel de alieno gratiam facere. Tò de delendum putabant Drak. et alii.' Rupert. Legendum monet Tan. Faber dictatorio imperio spre-

NOTÆ

imperium, facilis constabit sententia.

^p *De alieno imperio spreto*] Tan. Faber, perpetua sua corrigendi pruriginè, jubet legi, *Dictatorio imperio spreto*: quasi non satis ejus rei mentio jam facta fuerit, cum dictum est, 'dictatoris edictum pro numine semper observatum.' Quis autem non videt acutius dici et amarius *de alieno imperio*: ut Fabio patri aliisque primoribus exprobreter facilitas in alieno imperio spreto, quam in suo itidem spreto ipsi passuri non fuerint. Quod autem hæc Latinitas arguitur, 'corruptæ disciplinæ gratiam tibi facio de imperio alieno spreto,' meminisse oportet quam sæpe Livianæ historiæ majestas supra Grammatico-

rum minutias assurgat: neque illud 'de alieno imperio' revocandum ad 'gratiam facere': sed quasi parenthesis dictum, ut si quid desit facile suppleri possit, veluti, (cum agitur *de alieno imperio*). Si quid mutandum, præstaret, deleta præpositione *de*, scribere *alieno imperio spreto, disciplinæ, &c. gratiam facere.*

^q *Majestas imperii perpetua ne esset*] Duplex hujus loci esse potest intellectus. Alter, non pendere a Papirio ntrum imperantium atque imperii majestas semper intacta sanctaque maneat, necne: alter, non posse ipsum efficere, ut non perpetuo conservari debeat majestas imperii. Posterior sequentibus magis congruere videtur.

polluta semel militari disciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus consulis, non magister equitum dictatoris pareat imperio; nemo hominum, nemo Deorum verecundiam habeat; non edicta imperatorum, non auspicia observentur; sine comœatu vagi milites in pacato, in hostico errent;⁵ immemores sacramenti, licentia sola se,⁶ ubi velint, exauctorent;⁷ infrequentia deserantur signa; neque conveniatur ad edictum, nec discernatur, interdiu, nocte, æquo, iniquo loco, jussu, injussu imperatoris pugnent; et non signa, non ordines servent; latrocinii modo cæca et fortuita, pro solenni et sacrata, militia † sit. Horum criminum vos reos in omnia sæcula offerite, tribuni plebi: vestra obnoxia capita pro licentia Q. Fabii⁷ objicite.⁹

35. Stupentes tribunos et suam jam vicem magis anxios, quam ejus, cui auxilium ab se petebatur, liberavit onere consensus populi Romani, ad preces et obtestationem versus,⁵ ut sibi pœnam magistri equitum dictator remitteret. Tribuni quoque,[†] inclinatum rem in preces subsecuti, orare

⁹ Sic addicti estote, o tribuni plebis, Q. Fabio, ut capita vestra pro eo adversum me opponatis, eique tuendo commodetis, obnoxia futura posterorum judiciis pro licentia et effrænata libertate, quam ejus gratia foretis.



to. Vid. inf. et Not. Var.—4 Addunt *Romanus* Gron. Doujat. Crevier. all. *In se potissimum dictatore jus d. e. conj.* Duk. Drak. et Stroth.—5 ‘Voss. in hostico errarent: sed superscriptum ultimæ voci *eo* quasi vellet, *coerrent*: quod verbum legas apud Paulum l. II. § 3. D. de officio præfecti vigilum: ‘per totam noctem vigilare debere et coerrare calceatum.’ *J. F. Gronov.*—6 ‘Thuan. et Chiff. *sola va se.* Unde Rubenius, *licentia sola duce se.* Video et in margine Vossiani alterius, *uai.* Alter, *sola qua se ubi.* Numquid *licentia sola vagi se exauctorent?* *J. F. Gronov.*—7 *Q. Fabio* Gronov. Doujat. Crevier.

NOTÆ

[†] *Licentia sola se, ubi velint, exauctorent*] Variant Mss. ex quorum vestigiis quærit Gronov. numquid recte scribendum videatur *licentia sola vagi se exauctorent.* Posset et melius forte, *licentia sola, qua se, ubi velint, exauctorent, infrequentia deserantur signa.*

† *Sacrata militia*] In quam, nempe, sacramento adacti nomen milites de-

derunt. *J. Clericus.*

⁵ *Consensus populi Romani, ad preces et obtestationem versus*] Hypallage videri potest, qua consensui tribuitur quod de populo intelligendum: verius enim consensus populi ad preces versi: vel populus ad preces unanimi consensu versus liberavit tribunos sollicitudine.

[†] *Tribuni quoque*] Cum tribuni ple-

dictatorem insistunt, ut veniam errori humano, veniam adolescentiæ Q. Fabii daret: satis eum poenarum dedisse. Jam ipse adolescens, jam pater M. Fabius contentionis obliti, procumbere ad genua et iram deprecari dictatoris. Tum dictator, silentio facto, 'Bene habet,' inquit, 'Quirites. Vicit disciplina militaris, vicit imperii majestas, quæ in discrimine fuerunt, an ulla⁸ post hanc diem essent.' Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit; sed, noxæ damnatus, donatur populo Romano; donatur tribuniciæ potestati, precarium, non justum, auxilium ferenti.⁹ Vive, Q. Fabi, felicior hoc consensu civitatis ad tuendum te, quam, qua paulo ante exultabas, victoria. Vive, id facinus ausus, cujus tibi ne parens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius, veniam dedisset. Mecum, ut voles, reverteris in gratiam: populo Romano, cui vitam debes, nihil majus præstiteris, quam si hic tibi dies satis documentum dederit, ut bello ac pace pati legitima imperia possis.¹⁰ Cum se nihil morari^u magistrum equitum pronuntiasset, degressum⁹ eum templo^x lætus senatus, lætior populus, circumfusi ac gratulantes hinc magistro equitum, hinc dictatori, prosecuti sunt: firmatumque imperium militare laud minus periculo Q. Fabii, quam supplicio miserabili adolescentis Manlii,¹⁰

⁷ *Quæ venerant in periculum, ita ut dubium esset, utrum amplius essent impostum permansura.*

⁸ *Per me Fabio non remittitur criminis poena; sed, quasi reus meo iudicio, et eo nomine damnatus, condonatur populi precibus.*

⁹ *Non legitima intercessione jure potestatis interposita, sed precibus solis open danti.*



⁸ *Ut nulla cod. unus ex interpretatione. Verendum enim erat, ne abolerentur.* Stroth.—⁹ *Al. digressum.*—¹⁰ *Vet. lib. T. Manlii, recte: præcessit*

NOTÆ

bis viderent ita se rem habere, ut animi omnium non ad ferendum iudicium, sed ad interponendas pro equitum magistro preces propenderent; communem hanc voluntatum inclinationem ipsi quoque secuti sunt.

^u *Se nihil morari*] Hoc loquendi genere usos cum absolvent, observat

Sigon. ut lib. iv. Tribunus plebis, 'Sempronium nihil moror:' sic datur reo abeundi facultas.

^x *Degressum [digressum] eum templo*] Id est, rostris. Vide supra cap. 14. in f. Gronov. *degressum*, eodem sensu.

videbatur. Forte ita eo anno evenit, ut, quotiescumque dictator ab exercitu recessit,¹¹ hostes in Samnio moverentur. Ceterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui castris præerat, ne quam vim hostium magis, quam trucem dictatoris iram, timeret. Itaque frumentatores cum, circumventi ex insidiis, cæsi loco iniquo essent; creditum vulgo est, subveniri eis ab legato potuisse, ni tristia edicta exhorruisset. Ea quoque ira alienavit a dictatore militum animos, jam ante infensos, quod implacabilis Q. Fabio fuisset, et, quod suis precibus negasset, ejus populo Romano veniam dedisset.

36. Postquam dictator, præposito in Urbe L. Papirio Crasso magistro equitum, Q. Fabio vetito quicquam pro magistratu agere,^y in castra rediit; neque civibus satis lætus^z adventus ejus fuit, nec hostibus quicquam attulit terroris. Namque postero die, seu ignari venisse dictatorem, seu, adesset an abesset, parvi facientes, instructa acie ad castra accesserunt. Ceterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut, si ducis consilia favor subsecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus potuisse, pro haud dubio habitum sit: ita instruxit aciem loco ac subsidiis,^a ita omni arte¹² bellica firmavit. Cessatum a milite, ac de industria, ut obtrectaretur laudibus ducis, impedita victoria est. Plures Samnitium cecidere: plures Romani vulnerati sunt. Sensit peritus dux, quæ res victoriæ obstaret: temperandum ingenium suum esse, et seve-



enim Q. Fabii.' Sigon.—11 Voss. alter et Mureti liber recessisset.

NOTÆ

^y *Quicquam pro magistratu agere*] Magister quidem equitum inter magistratus: sed a dictatoris nutu fere pendebat. Ut ab eo dicebatur, sic ab eo abdicari ob culpam, destitui alio substituto, urbi etiam præfici potuisse, et prohiberi ne in castra proficisceretur, hinc colligas.

^z *Neque civibus satis lætus*] Oppo-

nuntur cives hostibus: unde civium nomine apparet intelligi milites Romanos. Agitur enim de exercitu ad quem rediit dictator.

^a *Loco ac subsidiis*] Delecto nempe loco suis commodo, adverso hostibus: et prioribus agminibus addito subsidiario milite firmatis.

ritatem miscendam comitati.¹³ ^b Itaque, adhibitis legatis, ipse circum saucios milites inserens in tentoria caput, singulos, ut sese haberent,¹⁴ rogitans, curam eorum nominatim legatis tribunisque et præfectis ^c demandabat: ¹⁵ rem per se popularem ita dexter egit, ut, medendis corporibus, animi multo prius militum imperatori reconciliarentur,¹⁶ nec quicquam ad salubritatem efficacius fuerit, quam quod grato animo ea cura accepta est. Refecto exercitu, cum hoste congressus haud dubia spe sua militumque, ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi signa cum dictatore fuerit. Incessit deinde, qua duxit prædæ spes, victor exercitus, perlustravitque hostium agros, nulla arma, nullam vim, nec apertam, nec insidiis,¹⁶ expertus. Addebat alacritatem, quod dictator prædam omnem edixerat militibus: ^d nec ira magis publica, quam privatum compendium, in hostem acuebat. His cladibus subacti Samnites pacem a ¹⁷ dictatore petiere: cum quo pacti, ut singula vestimenta militibus et annum stipendium darent, cum ire ad senatum jussi essent; secuturos se dictatorem responderunt, unius ejus fidei virtutisque causam suam commendantes. Ita deductus ex Samnitibus exercitus.

^a *Tanta perfecit dexterritate, ut militum mentes multo ante dictatori pacatæ, quam corpora eorum remediis curata et persanata fuerint.*



12 Malit Rupert. *ita subsidiis et omni arte.*—13 Conj. J. F. Gronov. *comitate.* Doujat. *severitati miscendam comitatem.*—14 Rott. *ipse circumiens saucios.* Flor. *singulosque, ut sese h.*—15 ^c Posui post *demandabat* interpunctionem majorem. Nam si orationem inter se conjungere voluisset Livius, haud dubie scripsisset: *demandabat, et rem per se popularem ita dexter agebat,* &c. Doering.—16 Flor. *nec ex insidiis.*—17 Ab Gronov. Doujat. Crevier.

NOTE

^b *Severitatem miscendam comitati]*
Quin potius *severitati miscendam comitatem, vel severitatem miscendam comitate,* ut Gron. placet: quemadmodum lib. XL. 'Cum pavorem mixtum admiratione patri injecisset: nisi dicamus tam id misceri quod affunditur, quam id cui affunditur.

^c *Legatis tribunisque et præfectis]*
Legati exercitui, tribuni legionibus, præfecti sociis præerant.

^d *Prædam omnem edixerat militibus]*
Edicto concesserat: quod rari Romani moribus; quibus pecunia ex manubiis redacta in ærarium maximam partem inferebatur.

37. Dictator triumphans Urbem est ingressus; et, cum se dictatura abdicare vellet, jussu Patrum, prius quam abdicaret, consules creavit C. Sulpicium Longum iterum, Q. Æmilium Cerretanum.^{18 e*} Samnites, infecta pace, quia de conditionibus agebatur,^{19 f} inducias annuas ab Urbe retulerunt. Nec earum ipsarum sancta fides fuit: adeo, postquam Papirium abisse magistratu nuntiatum est, arrecti ad bellandum animi sunt. C. Sulpicio, Q. Æmilio (Aulium quidam annales habent)^g consulibus, ad defectionem Samnitium Apulum novum bellum accessit. Utroque exercitus missi. Sulpicio Samnites, Apuli Æmilio sorte evenerunt. Sunt, qui non ipsis Apulis bellum illatum, sed socios ejus gentis populos^z ab Samnitium vi atque injuriis defensos scribant. Ceterum fortuna Samnitium, vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum, propius ut sit vero, facit, non Apulis ab Samnitibus arma illata, sed cum utraque simul gente bellum Romanis fuisse. Nec tamen res ulla memorabilis acta: ager Apulus Samniumque evastatum: hostes nec hic, nec illic inventi. Romæ nocturnus terror

^z *Populos Apuli nominis, qui socii erant populi Romani.*



18 ^e Inmo Q. *Aulium* C. ut in fragm. Capitol. et in omnibus Mss. inf. ix. 22. et in plerisque ix. 15. ubi quidam *Aurelium* habent, ut *Ælium* Diodorus, Marianns, et Cassiod. Cf. Pigh. *Annal.* ad a. 430. ubi etiam bene monet, cognomen *Cerretani Æmiliae* genti insolitum, et eo tempore alterum consulum plerumque plebeium fuisse; mox vero delenda esse verba, *Aulium quidam annales habent*; quod Livius paulo ante potuisset commodius annotare. *Ru-*

NOTÆ

^e Q. *Æmilium Cerretanum*] Pro Æmilio, *Aulium* Sigon. et Pighius reponunt ex tabulis Capitolinis. Et lib. ix. cap. 22. Mss. quoque habent *Aulium*, non *Æmilium*, quod nomen patriciæ gentis est, cum hic consul plebeius fuerit.

* A. U. C. 430.

^f *Quia de conditionibus agebatur*] Nondum omnino convenerat de legibus pacis: sed de iis adhuc disceptabatur. Posset ex Gron. sententia legi, *de conditionibus ambigebatur.*

^g *Aulium quidam annales habent*] Hæc verba, quæ parenthesi inclusa, Pighius a studioso quodam esse putat; qui tamen scripserit *Æmilio*, tanquam notius nomen.

Aulium] Sic pro *Æmilium* scripsimus, ita censentibus Car. Sigonio, St. Pighio, et J. F. Gronovio. Sic et postea scripsimus, et sustulimus *Aulium quidam Annales habent*, quasi glossema, iisdem auctoribus. *J. Clericus.*

ita ex somno trepidam repente civitatem excivit, ut Capitolium atque arx, mœniæque et portæ, plena armatorum fuerint. Et cum concursatum conclamatumque ad arma omnibus locis esset, prima luce nec auctor, nec causa terroris comparuit. Eodem anno de Tusculanis Flavia rogatione populi fuit iudicium.^y M. Flavius tribunus plebis tulit ad populum, ut in Tusculanos animadverteretur, quorum eorum ope ac consilio^{20 h} Veliterni Privernatesque populo Romano bellum fecissent. Populus Tusculanus cum conjugibus ac liberis Romam venit. Ea multitudo, veste mutata et specie reorum, tribus circuit, genibus se omnium advolvens. Plus itaque misericordia ad pœnæ veniam impetrandam, quam causa ad crimen purgandum valuit. Tribus omnes, præter Polliam, antiquarunt legem. Polliæ sententia fuit, puberes verberatos necari, conjuges liberosque sub corona lege belli venire. Memoriamque ejus iræ Tusculanis in pœnæ tam atrocis auctores mansisse ad patrum ætatem constat, nec quenquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.ⁱ

38. Insequenti anno,* Q. Fabio, L. Fulvio consulibus, A. Cornelius Arvina dictator et M. Fabius Ambustus magister equitum, metu gravioris in Samnio belli (conducta

^y *Populus judicavit.*



pert. Vid. Not. Var.—19 *Ambigebatur* conj. J. F. Gronov.—20 *Vulg. quorum ope ac consilio.* ‘Ex Val. Max. ix. 10. 1. et ex aliis argumentis probabile facit Dukerus, h. l. legendum *quod eorum*, neque rogationem de solis hujus rei auctoribus latam esse . . . Huc accedit, quod in 5. Mss. legitur *quod eorum*, et in uno *quoniam eorum.*’ Rupert.—1 *In Crevier.* In Crev. min. *ad legitur.*

NOTÆ

^h *Quorum eorum ope ac consilio]* Alias *quod eorum.* Codices melioris notæ teste Gron. *quorum eorum ope:* id est, quorum ex iis, ex Tusculanis nempe: ut scilicet non in universos, sed in ejus consilii auctores adjutoresque decerneretur quæstio. Sic lib. xxiii. cap. 23. ‘De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent.’ Et apud Plaut. Trinm. Act.

iv. sc. 3. ‘Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum.’

ⁱ *Papiriam ferre solitum]* Candidatorum ex Pollia tribu, quæ adversa Tusculanis fuerat, nemo solebat suffragium obtinere tribus Papiriæ, in quam conjecti Tusculani: id est enim tribum, vel centuriam, ferre, ejus suffragiis vincere ac nominari.

* A. U. C. 431.

enim pretio a finitimis juvenus dicebatur) intentiore delectu habito, egregium exercitum adversus Samnites duxerunt. Castra in hostico incuriose ita posita, tanquam procul abesset hostis; cum subito advenere Samnitium legiones tanta ferocia, ut vallum² usque ad stationem Romanam inferrent.³ Nox jam appetebat: id prohibuit munimenta adoriri. Nec dissimulabant, orta luce postero die facturos. Dictator, ubi propiorem spe dimicationem vidit, ne militum virtuti damno locus esset, ignibus crebris relictis, qui conspectum hostium frustrarentur, silentio legiones educit: nec tamen fallere propter propinquitatem castrorum potuit. Eques extemplo insecutus ita institit agmini, ut, donec lucesceret, prælio abstineret. Ne pedestres quidem copiae ante lucem castris egressæ. Eques, luce demum ausus incursare in hostem, carpendo novissimos, premendoque iniquis ad transitum locis, agmen detinuit. Interim pedes equitem assecutus; et totis jam copiis Samnis urgebat. Tum dictator, postquam sine magno incommodo progredi non poterat, eum ipsum, in quo constiterat, locum castris dimetari³ jussit.^k Id vero, circumfuso undique equitatu, ut vallum peteretur⁴ opusque inciperet, fieri non

² *Ut vallis instructi ad Romanorum usque præsidia accederent castra munituri.*

//////////

² In multis Mss. *bellum pro vallum*.—³ Vet. lib. apud Sigon. *communiri*. Vid. Not. Var.—⁴ *Signinus, poneretur*: id quod nobis occurrit nusquam: sed scribendum, *ut vallus peteretur*, vel, *ut vallum peterent, opusque inciperent*: ut lignatum irent, vallos cæderent ac pararent, quemadmodum alibi loquitur. J. F. Gronov. *Vallum peterent* legendum censet et Stroth. Pro *ut* conj. Ru-

NOTÆ

^k *Castris dimetari jussit*] Sigon. *castris communiri*. Sed potiores libri Gelenio et Gron. visi, habent *dimetari*, non multum variante sententia: eo enim fine metimur locum castrorum, quod est proprie castra metari, ut ea muniamus. Noster lib. XLIV. 'postquam metata castra, impedimenta que collocata animadvertit.' Cicer. II. de Nat. Deorum metaphoricè de signis cælestibus, 'atque ita

dimetata signa sunt.' Activa quoque significatione, apud eundem eodem lib. 'Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, et varietates mutationesque cognovimus.'

¹ *Ut vallum peteretur*] Scribendum, ut Gronov. monet, *ut vallus peteretur*: aut, *ut vallum peterent opusque inciperent*. Nam valli sunt pali, quibus ad muniendum Romani utebantur: Vallum vero est ipsum munimentum cas-

poterat.^a Itaque, ubi neque eundi, neque manendi copiam esse videt, instruit aciem, impedimentis ex agmine remotis. Instruunt contra et hostes, et animis et viribus pares. Auxerat id maxime animos, quod, ignari⁵ loco iniquo, non hosti, cessum, velut fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant.^b Id aliquamdiu æquavit pugnam, jam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. At Hercule⁶ illo die ab hora dici tertia ad octavam ita anceps dicitur certamen stesisse, ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit; neque signa promotæ loco, retrove recepta; neque recursum ab ulla sit parte. In suo quisque gradu obnixi, urgentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant.^c Fremitus æqualis, tenorque idem pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spectabat.⁷ Jam viris vires, jam ferro sua vis, jam consilia ducibus deerant; cum subito Samnitium equites, cum,⁸ turma una longius provecta, acceperant, impedimenta Romanorum procul ab armatis sine præsidio, sine munimento stare, aviditate prædæ impetum faciunt. Quod ubi dictatori trepidus nuntius attulit; 'Sine modo,' inquit, 'sese præda præpediant.' Alii deinde super alios, diripi passim ferrique fortunas militum, vociferabantur. Tum magistro equitum accito, 'Vides tu,' inquit, 'M. Fabi, ab hostium equite omissam pugnam? hærent impediti impedi-

^a Sed cum hostium equites ex omni parte circumdarent, id effici nequibat quod ille jusserat, ut nempe pali conquirerentur, et munitio inchoaretur.

^b Cum Samnites ignorarent Romanum exercitum non fugisse ab hostibus, sed ab loco infesto atque incommodo recessisse, eum velut consternatum insecuti fuerant, quasi ei metuendi.

^c Absque intermissione, atque ita ut nemo retro spectaret.

pert. ne.—5 Malit Sigon. gnari, aut non ignari.—6 Vet. lib. apud Sigon. Et hercule.—7 Conj. J. F. Gronov. ad noctem spectabatur.—8 'Cum subito Samnitium equites, cum cet. inconcinne dicitur. Forte leg. tum subito, vel qui seu quod, turma u. l. p. acceperant.' Rupert.

NOTÆ

trorum. Id autem volebat dictator, ut lignatum irent, vallosque cæderent ac pararent.

^m Aut noctem spectabat] Si Gron.

sequimur, legemus spectabatur. Verum recte est tenor idem pugnae spectabat in defatigationem ultimam, aut noctem.

mentis nostris. Aggredere, quod inter prædandum omni multitudini evenit, dissipatos: raros equis insidentes, raros, quibus ferrum in manu sit, invenies: equosque dum præda onerant, cæde inermes, cruentamque illis prædam redde. Mihi legiones peditumque pugna curæ erunt: penes te equestre sit decus.’

39. Equitum acies, qualis quæ esse instructissima potest, invecta in dissipatos impeditosque hostes, cæde omnia replet. Inter sarcinas omissas repente, objacentes pedibus fugientium consternatorumque equorum, neque pugnae, neque fugæ satis potentes, cæduntur. Tum, deleto prope equitatu hostium, M. Fabius, circumductis paululum alis, ab tergo pedestrem aciem adoritur. Clamor inde novus accidens et Samnitium terruit animos; et dictator, ubi respectantes hostium antesignanos turbataque signa et fluctuantem aciem vidit, tum appellare, tum adhortari milites, tribunos principesque ordinum nominatim ad iterandam secum pugnam vocare. Novato clamore, signa inferuntur; et, quicquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. Eques ipse jam primis erat in conspectu; et Cornelius, respiciens ad manipulos militum, quod manu, quod voce poterat, monstrabat, vexilla se suorum parmasque cernere equitum. Quod ubi auditum simulque visum est, adeo repente laboris, per diem pæne totum tolerati, vulnerumque obliti sunt, ut laud secus, quam si tum integri e castris signum pugnae accepissent, concitaverint se in hostem. Nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum peditumque vim potuit: partim in medio cæsi, partim in fugam dissipati sunt. Pedes restantes ac circumventos cecidit: ⁹ ab equite fugientium strages est facta; inter quos et ipse imperator cecidit. Hoc demum prælium Samnitium



9 ‘ Vix credo τδ ac esse Livii, qui scripserat, *Pedes restantes circumventos*

NOTÆ

ⁿ *Pedes restantes ac circumventos cecidit*] Significat peditatum Romanum eos, qui ex Samnitibus ultimi resistebant, circumdatos trucidasse. Unde apparet jure dubitatum a Gronnum. τδ ac esset Livii.

res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent, ‘minime id quidem mirum esse, si impio bello et contra foedus suscepto, infestioribus merito Diis quam hominibus, nihil prospere agerent. Expiandum id bellum magna mercede, luendumque esse. Id referre tantum, utrum supplicia noxio paucorum, an omnium innoxio præbeant sanguine;’ audebantque jam quidam nominare auctores armorum. Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii^o exaudiebatur. Vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor. De eo coacti referre prætores decretum fecerunt, ‘Ut Brutulus Papius^o Romanis dederetur, et cum eo præda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur; quæque res per fetiales ex foedere repetitæ essent, secundum jus fasque restituerentur.’ Fetiales Romam, ut censuerunt,^p missi, et corpus Brutuli exanime: ipse morte voluntaria ignominia se ac supplicio subtraxit. Placuit cum corpore bona quoque ejus dedi. Nihil tamen earum rerum, præter captivos, ac si qua cognita ex præda sunt, acceptum est: ceterarum rerum irrita fuit deditio.^q Dictator ex senatus consulto triumphavit. Hoc bellum a consulibus bellatum, quidam auctores sunt, eosque de Samnitibus triumphasse: Fabium etiam in Apuliam processisse, atque inde magnas prædas egisse.

40. Nec discrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit.^d Id ambigitur, belline gerendi causa creatus sit, an

^d Neque in eo scriptorum discordia versatur, an A. Cornelius anno illo dictaturam gesserit.



cecidit.’ J. F. Gronov.—10 Quærit Rupert, ‘an forte *Mutili Papii*? ut progenitor fuerit clarissimi illius Italicorum ducis in bello sociali s. Marsico?’

NOTÆ

^o *Ut Brutulus Papius*] Nobile per Italiam Papiorum nomen Sigon. notat; et bello Sociali Papium Mutulum inter Italicos duces insignem fuisse. Credibile igitur est, ex ea gente fuisse Romæ Papiæ postea legis auctorem.

^p *Ut censuerunt*] Secundum ea quæ

deceverant ipsi feciales Samnitum.

^q *Ceterarum rerum irrita fuit deditio*] Mirum partem rerum deditarum accepisse Romanos, nec pacem concessisse. Nam etsi sua tantum recipiebant, attamen non per vim recepta, sed a volentibus oblata recipiebant.

ut esset, qui ludis Romanis, quia L. Plautius prætor gravi morbo forte implicatus erat, signum mittendis quadrigis daret,^r functusque eo haud sane memorandi imperii ministerio,^{11 s} se dictatura abdicaret. Nec facile est, aut rem rei, aut auctorem auctori præferre.^t Vitiatam memoriam funebribus laudibus^{12 u} reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt. Inde certe et singulorum gesta et publica monumenta rerum confusa. Nec quisquam æqualis temporibus illis scriptor extat, quo satis certo auctore stetur.



11 Legendum monet Tan. Faber *magisterio*.—12 *Laudationibus* emend. Muretus.

NOTÆ

^r *Signum mittendis quadrigis daret*] Ludis Romanis præerat ut plurimum prætor: signum currentibus aurigis dabat aliquando consul, ut lib. XLV. cap. 1. Hanc dictatoris creandi causam, per se leviolem, necessitas absente utroque consule, prætoris ægro, probabilem reddere potuit.

^s *Haud sane memorandi imperii ministerio*] In mentem Tan. Fabro venit, ut legi vellet *magisterio*. Et magistrum quidem populi pro dictatore, atque ita magistrum pro dictatura dici, non negem. Verum quis *imperii magisterium* aliquando legit? At *ministerium*, id est munus parum dignum eo, qui in summo imperio sit, quis

non videt rei, qua de agitur, optime congruere?

^t *Aut rem rei, aut auctorem auctori præferre*] Tanta est narrationis atque auctorum æqualitas, ut difficile sit perspicere, quid sequendum sit; sive facta, quæ ab hoc aut illo memorantur, sive scriptores, qui memorant, quis invicem comparet.

^u *Funebribus laudibus*] Tritum illustres viros oratione funebri et imaginibus celebrari solitos. His duobus modis corrupta rerum gestarum veritas, dum in posterorum funeribus falsæ laudes majoribus cujusque, falsique rerum quas non gesserant tituli, ascribuntur.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER IX.

BREVIARIUM.

CAP. I. T. Veturio Calvino et Sp. Postumio coss. Samnites, frustra pace petita, bellum reparant duce et instigante C. Pontio, Pontii Herennii, viri longe prudentissimi, filio, qui Romanorum superbiam increpat. 2. Ejus fraude illecti consules Furellas Caudinas, saltuum duorum prope Caudium angustias, intrant, easque mox hostium armis et dejectu arborum saxorumque septas inveniunt. 3. Nec Romanis in tam trepidis, nec Samnitibus in tam lætis rebus consilium suppetit. Herennius Romanos vel quam primum inviolatos dimittendos, vel ad unum omnes interficiendos censet. 4. Duræ pacis conditiones, a Pontio dictæ, et L. Lentulo suadente acceptæ. 5. Caudina pax per sponsionem fit, obsidibusque DC. equitibus traditis Romani sub jugum mittuntur. 6. Traducti Capuani, ubi benigne hospitibus excipiuntur, et inde Romam, prope muti præ pudore et mæstitia, proficiscuntur. 7. Roma pæne mæstior ipso exercitu, hujusque adventus etiam iratis miserabilis. Dictatores primum vitio, deinde interreges et postremo consules creantur, Q. Publius Philo et L. Papius Cursor. 8. Postumius in senatu verba faciens dicit, populum Rom. non teneri sponsione infami, injussu ejus facta, utque religione exsolvatur, et justum piumque de integro bellum iniri possit, consules, legatos, quæstores, et tribunos, hac sponsione obstrictos, Samnitibus nudos vinctosque dedendos censet. Intercedunt L. Livius et Q. Mælius tribuni pl. qui et ipsi sub jugum missi erant. 9. In eos acerrime invelitur Postumius. 10. Sponsors pacis Samnitibus deduntur, et Postumius fetiali Rom. genu femur violenter percellit dicens, se Samnitem civem esse, et Romanos, fetiali legatoque contra jus gentium violato, eo justius bellum gesturos. 11. Pontius non accipit deditioem, et incusat fidem populi Rom. qui semper aliquam fraudi speciem juris imponat. 12. Samnites Fregellas fraude

- capiant, et concremant victos. Papirius in Apuliam pergit ad Luceriam, ubi equites Romani, obsides ad Caudium dati, custodiebantur; Publius in Samnio subsistit prope Caudium. 13. Samnites, a Publio fusi castrisque exiit, Apuliam petunt et Luceriam. Papirius Arpos proficiscitur et inde Luceriam, quo et mox venit collega. 14. Legati Tarentini denuntiant Samnitibus Romanisque, ut bellum omittant: sed consules hostium castra expugnant, et vix imperio ac minis coercerent milites caedis avidos. 15. Publius Apuliam peragrat: Papirius Luceriam capit et 7000. Samnites, interque eos Pontium, sub jugum mittit. 16. Debellantur Forentani, et Saticrium, quod ad Samnites defecerat, duplici prodicione capitur. Laus L. Papirii Cursoris.
17. Alexander M. comparatur ducibus Rom. 18. ejus fortuna fortunæ populi Rom. 19. Macedonum Romanorumque milites, numero, armis, et genere s. indole.
20. Samnites miserrimis precibus inducias biennii, non fœdus, impetrant. Apuli Teanenses, Canusini, Teates, et Forentani in deditionem veniunt. Nerulum in Lucania vi capitur. Novæ tribus, Ufentina ac Falerina. Antiatibus dantur a senatu Rom. ad jura statuenda ipsius coloniæ patróni.
21. L. Æmilius Dict. obsidet Saticulam, et Samnites, sociorum causa rebellantes, iisque auxilio venientes, fundit. 22. Q. Fabius Dict. ab eo accipit exercitum, et Q. Aulus Cerretanus mag. eq. non consulto dictatore, Samnites a castris Rom. summovet, sed perit. Saticula Romanus per deditionem, Plisia per vim Samnis potitur. 23. Inde Fabius ad Soram proficiscitur, quæ ad Samnites defecerat. Cum his ad Lautulas ancipiti prælio dimicat; sed mox ingentem iis cladem infert. 24. Sora capitur, occulta in arcem via a transfuga monstrata.
25. Ansona, Minturna, et Vescia, Ansonum urbes, suspectæ de societate clam cum Samnitibus inita, prodicione in potestatem Rom. veniunt, et, quia absentibus ducibus nullus modus cædibus est, deletur Ansonum gens, vix certo defectionis crimine. 26. Luceria iterum et ad Samnites deficit, et a Romanis capitur, eoque mittuntur coloni. C. Manius dictator dicitur quæstionibus exercendis tum de occultis principum conjurationibus Capuæ, tum de nobilium coitionibus, honorum adipiscendorum causa, Romæ factis.
27. Samnites a M. Pœtelio et C. Sulpicio inter Caudium Capnamque vincuntur. 28. C. Pœtelius dictator, vel C. Junius Bubulcus cos. Fregellas et Nolam capit. Suessam Anurcorum, Pontias, Interamna, et Casinum coloniæ deducuntur.
29. Ob Etrusci belli famam dictator dicitur C. Junius Bubulcus. Ap. Claudius censor viam munit: aquam ducit in Urbem: libertinorum filios in senatum legit: solus censuram retinet: et sacrorum ad aram Maximam Herculis curam, quod familiare Potitorum fuerat sacerdotium, servis publicis tradit: unde XII. familiæ Potitorum intra annum cum stirpe extinguuntur, et Appius post aliquot annos fit cæcus. 30. Senatus citatur eo ordine, qui ante censores Ap. Claudium et C. Plautium fuerat. L. Atilius et C. Marcius tribuni pl. rogationem perferunt, ut tribuni militum seni deni in IV. legiones a populo creentur, et M. Decius trib. pl. ut duumviros

navales classis ornandæ reficiendæque causa idem populus jubeat. Tibi-
cines, prohibita proximis censoribus in æde Jovis vesci, Tibur abennt, et
vino sopiti planstris Romam reportantur.

31. Cluvia et Bovianum expugnantur, et Romani, quamvis oblata pecorum
præda in saltum ingentem illecti, vincunt Samnites. 32. Omnes Etruriæ
populi præter Arretinos bellum parant, et ordinantur ab oppugnando Sutrio.
Ibi Q. Æmilius Barbula cum iis configit ancipiti prælio, quod nocte diri-
mitur. 33. Ap. Clandius censor nulla vi compelli potest, ut, circumnactis
xviii. mensibus, exemplo C. Plantii collegæ, magistratu se abdicet; ue-
gatque, se Æmilia lege teneri, quia optimo jure censor creatus sit. 34. Eum
gravi oratione increpat P. Sempronius trib. pl. et prendi jubet: sed tri-
buni tres appellanti Appio auxilio sunt, isque summa invidia omnium or-
dinum solus censuram gerit. 35. Etrusci iterum ad Sutrium vincuntur a
Romanis duce Q. Fabio cos. et in sylvam Ciminiam confuginnt, quæ invia
est et horrenda. 36. Eam transit Fabius, speculandi causa præmisso fra-
tre M. Fabio, et opulenta Etruriæ arva vastat. 37. Hinc indignatione
conciuntur Etruriæ Umbriæque populi, et ingens ad Sutrium venit exer-
citus. Fabius pugnam detrectat, sed proxima nocte, paulo ante lucem,
hostes in castris opprimit et stratos obruncat. Tusci, pacem petentes,
inducias in xxx. annos impetrant. 38. Classis Rom. a P. Cornelio in
Campaniam agitur, et socii inde navales agrum Nucerinum depopulantur,
sed ab agrestibus compelluntur ad naves. C. Marcus Rutilus consul di-
micat cum Samnitibus prælio atroci et incerto eventu. Alter consul Q.
Fabius, Scto compulsus, dictatorem dicit L. Papium Cursorem, cui pri-
vatim infestus erat. Huic legem curiatam de imperio ferenti triste omen
diem diffundit, quod prærogativa curia est Fancia, duabus insignis cladi-
bus: sed postero die, repetitis auspiciis, legem perfert. 39. Papius ad
Longulam pervenit. Umbri funduntur, et opes Etruscorum, qui, lege sa-
crata coacto exercitu, cum vir virum legisset, maximis copiis animisque
dimicant, ad Vadimonis lacum franguntur ingenti clade. 40. Duo Samni-
tium exercitus, scutis auro argentoque cælatis, aliisque insignibus armis,
fulgentes, a Papirio Dict. vincuntur. Auratis eorum scutis ornatur forum
Rom. Campani autem Samnitium ornato gladiatores armant. Etrusci,
ad Perusiam a Fabio profligati, dedunt hoc oppidum, et pacem petunt.
41. P. Decius bene res gerit in Etruria, et idem Fabius III. consul ad-
versus Samnites, Marsos, Pelignos, et Umbros. 42. A L. Volturnio vin-
cuntur Sallentini, a Q. Fabio Proc. Samnites ad Allifas; 43. a Q. Marcio
Tremulo Hernici, a P. Cornelio Arvina Samnites. Hernici in deditionem
accipiuntur, et aliis eorum populis suæ redduntur leges, et concilia con-
nubiaque inter ipsos permittuntur, aliis adimuntur. Censores vias per
agros publica faciunt impensa, et ædem Salutis locant. Cum Carthagini-
ensibus tertio renovatur fœdus. 44. Samnites in campum Stellatæm agri
Campani incursiones faciunt, et occisione occiduntur a L. Postumio et
Ti. Minucio. 45. Samnitibus fœdus petentibus redditur, daturque etiam
Marrucinis, Marsis, Pelignis, Frentanis. Æquorum xli. oppida expug-
nantur intra L. dies, et nomen eorum prope ad interuersionem deletur.
46. Cn. Flavius scriba, libertino patre natus, a forensi factione creatur ædi-

lis curulis: civile jus, repositum in penetralibus pontificum, et fastos evulgat: ædem Concordiæ dedicat: ad collegam ægrum visendi causa venit, et, quia nobiles ibi assidentes ei non assurgunt, curulem afferri sellam eo jubet, ut de illa inimicos spectet. Propter ejus comitia plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponunt: et forensis factio, Ap. Claudii censura vires nacta atque per omnes tribus divisa, in foro campoque dominatur. Q. Fabius censor illam deinde in iv. tribus conjicit urbanas, et Maximi inde cognomen accipit. Ab eodem institutum dicitur, ut Equites d. Jul. ab æde Honoris in Capitolium transvelerentur.

I. SEQUITUR hunc annum nobilis clade Romana Caudina pax, T. Veturio Calvino, Sp. Postumio consulibus.* Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem ducemque. Is, ubi legati, qui ad dedendas res missi erant,¹ pace infecta redierunt, ‘Ne nihil actum,’ inquit, ‘hac legatione censeatis, expiatum est, quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit. Satis scio, quibuscumque Diis cordi fuit, subigi nos ad necessitatem dedendi res, quæ a nobis ex fœdere repetitæ fuerant, iis non fuisse cordi tam superbe ab Romanis fœderis expiationem spretam. Quid enim ultra fieri ad placandos Deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos fecimus? Res hostium in præda captas, quæ belli jure nostræ videbantur, remisimus: auctores belli, quia vivos non potuimus, perfunctos jam fato dedidimus:² bona eorum, ne quid ex contagione noxæ remaneret penes nos, Romam portavimus. Quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis arbitris fœderis debeo? Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram,³ neminem, neque populum, neque privatum, fugio.^a Quod si

^a Quem tibi offerre possumus arbitrum sævitæ tuæ, nostrarumque panarum, nullus est sive populus, sive privatus quem recusemus.

//////////

1 Duo Mss. addunt *Romanam*.—2 ‘Al. *dedimus*, minus recte, nisi præsens est tempus verbi ‘dedere,’ non sine *ἐπεργεία* et affectu quodam.’ *Bauer*.—3 *Vulg.*

NOTE

* A. U. C. 432.

nihil cum potentiore juris humani relinquatur inopi, at ego ad Deos vindicæ intolerandæ superbiam confugiam, et precabor, ut iras suas vertant in eos, quibus non suæ redditæ res, non alienæ accumulatæ satis sint; quorum sævitiam non mors noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona sequentia domini deditio^a exsatiat; placari qui nequeant,^b nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra præbuerimus. Justum est bellum, Samnites, quibus necessarium, et pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquatur spes. Proinde, cum rerum humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant Diis,^c pro certo habete, priora bella adversus Deos † magis, quam homines, gessisse; hoc, quod instat, ducibus ipsis Diis gesturos.[†]

2. Hæc, non læta magis, quam vera, vaticinatus, exercitu educto, circa Caudium^d castra, quam potest occultis-



interrogatur post *feram*.—4 ‘Ita et Stroth. inseruit *qui*, cum in nonnullis Mss. *placarique* et *placari* quæ extet. *Exsatiat*: *placari nequeant* cet. legebatur ante Drak. qui dedit: *exsatiat*. *Placari nequeant* cet. motus auctoritate Ms. Klockii, a quo tamen sæpe conjecturas pro codicis lectione venditari passim jam monuit Stroth.’ *Rupert.*—5 ‘Gron. conj. *quam propitiis, quam adversis agantur Diis*. Sed bene Stroth. monet, adverbium intendendi *quam* ab h. l. alienum esse, cum nulla res *adversis Diis* bene, nulla *propitiis* male geri possit, nihilque referat, utrum parum an multum adversi vel propitii sint; et jungenda esse *cum rem agant*, h. e. quæ res agatur, (*was man unternimmt*), vel *quam rem agant*, sc. homines; quod substant. latere dicit in præc. *adject. humanarum*, ut passim alia in verbis, substantivis, aut adjectivis cognati significatus. *Agamus* Ms. Lovel. 2. Mox post *Deos* vel *gesturos* excidit forte *nos vel vos*. Alterutrum certe supplendum.’ *Rupert.*

NOTÆ

^a *Non bona sequentia domini deditio-*
nem] Deditio enim Brutuli secuta vel comitata fuerat deditio bonorum ejusdem. Supra lib. VIII. cap. 39.

^b *Placari qui n.* [*placari nequeant*] Vel præponendum *qui*, ut hæc cum superioribus cohæreant; vel finita periodo in verbo *exsatiat*, legendum juxta primas editiones, *Placari nequeant*: ut advertit Gronov.

^c *Quam propitiis rem, quam adversis agant Diis*] *Agant*, scilicet homines.

Assentior tamen Gronovio, melius futurum si vetus aliquis liber haberet, *quam propitiis, quam adversis agantur Diis*. Res nempe humanæ, de quibus antea eadem periodo.

† *Adversus Deos*] Malim *adversos Deos*. Alioquin addendum esset *vos*. Sensus est: pro certo habete, non homines, sed Deos adversos bellum vobiscum gessisse. *J. Clericus*.

^d *Caudium*] Sæpe apud auctores mendose scribitur *Claudium*, quod revera *Caudium* est, oppidum inter

sime, locat: inde ad Calatiam,^e ubi jam consules Romanos castraque esse audiebat, milites decem pastorum habitu mittit; pecoraque diversos, alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet praesidiis: ubi inciderint in praedatores, ut idem omnibus sermo constet, 'legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam^f omnibus copiis circumsedere: nec procul abesse, quin vi capiant.' Jam is etiam rumor,^g ante de industria vulgatus, venerat ad Romanos: sed fidem auxere captivi, eo maxime, quod sermo inter omnes congruebat. Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus sociis;^h simul ne Apulia omnis ad praesentem terrorem deficeret. Ea modo, qua irent, consultatio fuit. Duæ ad Luceriam ferebant viæ;



6 *Jam et is etiam rumor.* Particulam et ignorant Thuan. Voss. cum tribus

NOTÆ

Capuam et Beneventum. Plinius Hirpinis, Ptolemæus Samnitibus assignat. Cluverius vult eo loci fuisse, ubi nunc *Airola*; et furcas Caudinas accipit pro angustiis, quas Isclerus amnis, in Vulturum tendens, medias secat apud oppidum, cui nomen *S. Agatha*. Holstenius vero juxta communem sententiam, quam ex historia Longobardica Erchemberti, ex Leonis Ostiensis Chronico Cassin, et antiquis ibi inscriptionibus confirmat, *Caudium* fuisse existimat, ubi nunc vicus *Arpaia*. Furculas autem Caudinas in saltu angusto locat, quo ab *Arpaia* descenditur *Argentium* vel *Arienzo*; praesertim sub pago, cui adhuc nomen *le Furchie*: ubi viæ Appiæ vestigia.

^e *Ad Calatiam*] Campaniæ oppidum est Calatia, nunc *Gajuzzo*, auctore Cluverio aliisque; qui locus Episcopatus et Comitatus titulo decoratur in Terra Laboris, cis Vulturum. Sed Holstenius duplicem distinguit Calatiam. Altera fuit inter

Capuam et Beneventum, medio loco inter vicum S. Petri in Strada, et *Matalunum*; unde IV. M. P. ad *Furculas*; indeque undecim milliaria Beneventum usque. Et hæc Livii Calatia est, vulgo *Gakuzze*. Altera castellum quod *Galatium* verius dictum, sub *Caserta*, quæ ex ejus ruinis ædificata, ut Octavianus Melchioris, de antiquitate Calatiæ, observavit.

^f *Luceriam*] Hæc Luceria Appula cognomento, ad discrimen aliarum ejusdem nominis in Campania, Umbria, et Gallia Cispadana, condita fertur a Diomede: infra Teanum fuit, Austrum versus ad fl. Cerhalum. Nunc *Lucera delli Pagani*, a Saracenis, a quibus restituta, et ad tempus Caroli II. Siciliae regis insessa. In Apulia Dannia, vulgo *Capitanata*, provincia regni Neapolitani.

^g *Bonis ac fidelibus sociis*] Nam Apuli societate inita in fidem Romanorum venerant ante quadriennium: etsi post cladem Caudinam ad Samnites defecisse eos apparet.

altera præter oram superi maris^h patens apertaque, sed, quanto tutior, tanto fere longior; altera per Furculas Caudinas brevior. Sed ita natus locus est. Saltus duo alti angusti sylvosqueⁱ sunt, montibus circa perpetuis inter se juncti.⁷ Jacet inter eos satis patens, clausus⁸ in medio, campus, herbidus aquosusque,^k per quem medium iter est. Sed. ante, quam venias ad eum, intrandæ primæ angustiae sunt, et aut eadem, qua te⁹ insinuaveris,^l retro via repetenda; aut, si ire porro pergas, per alium saltum arctiorem impeditioremque¹⁰ evadendum. In eum campum via alia per cavam rupem, Romani, demisso agmine, cum ad alias



Pall. Helm. Rott. *Jam et is rumor.* J. F. Gronov.—7 ‘*Montib. circa se perpet. inter se juncti.* Vet. lib. *montibus perpetuis inter se juncti.* Sigon. Vid. Not. Var.—8 Conj. Bauer. *clausus undique.*—9 ‘*Valde suspectum ꝛb te.*’ J. F. Gronov.—10 ‘*Saltum altiorem impeditioremque* (h. e. itineris impeditioris, minus pervium, ut xxxvi. 30. 3.) quidam libri rectius forsan ob. præc. ‘*saltus duo*

NOTÆ

^h *Altera præter oram superi maris]* Calatia vel Caudio Luceriam euntibus quomodo iter habendum sit per oram superi maris, non equidem video: nisi immenso circuito. Apenninum quidem, qui intermedium, superare via utraque necesse est. At eo superato Luceria quindecim circiter passuum millia propior occurrit, quam mare Adriaticum.

ⁱ *Saltus duo alti angusti sylvosque]* Duas hic fuisse vias notat Holstenius. Alteram veteri Appiæ ductu, qui recta sub *Monte Sarchio* ad vicum, qui *Pino* dicitur, et inde ad pontem Leprosi Sabati fl. scerebat: alteram, qua nunc itur, per alias angustias, vulgo *Sferra Cavallo* dictas, juxta Serratellam fl. longioribus ambagibus: ita ut Arpaia Beneventum, 14. aut 15. nunc sint m. p. etsi vulgo 12. tantum computentur. Existimarem a Livio has duas vias indicari; legendumque in superioris periodo, *præter oram Sabati amnis*, vel potius *Serrati amnis*; aut forsan *præter oram*

Tuburni montis, qui in proximo; nisi quod ambæ hæ viæ angustæ, Nostro autem altera ‘*patens*’ et ‘*aperta.*’

^k *Clausus in medio, campus, herbidus aquosusque]* Hunc campum Holstenius in valle quidem *S. Agathæ* ponendum censet cum Cluverio: sed in planicie illa, quæ est inter Arpaia et montem Sarchium, in quam aditus patet per furcas Caudinas, seu Arpadienses; exitus autem per saltum difficilem et sylvum qui *Sferra Cavallo* vocatur, ut ante dictum.

^l *Qua te insinuaveris]* Suspectum valde Gronovio illud *te*, velut supervacaneum. Adducit Gell. lib. iii. cap. 7. ‘*Milites Romani (uti res narrata est) in locum insinuant fraudi et perniciæ obnoxium.*’ Plerumque tamen auctores pronomen addunt. Plaut. Mil. Glor. ‘*Insinuat sese ad aliam amicam heri mei.*’ Cie. ii. in Rull. ‘*Cum familiariter me in eorum sermonem insinarem.*’ Et passim. Anson. ‘*Insinuant qua se Sequanis Allobroges oris.*’

angustias protenus¹¹ pergerent, septas dejectu arborum saxorumque ingentium objacentem molem^{12 m} invenere. Cum fraus hostilis apparuisset, præsidium etiam in summo saltu conspicitur. Citati inde retro, qua venerant, pergunt repetere viam. Eam quoque clausam sua obiceⁿ armisque inveniunt. Sistunt inde gradum sine ullius imperio; stuporque omnium animos, ac velut torpor quidam insolitus membra tenet: intuentesque alii alios (cum alterum quisque compotem magis mentis ac consilii ducerent) diu immobiles silent. Deinde ubi prætoriam consulum erigi videre, et expedire quosdam utilia operi, quanquam ludibrio fore munientes, perditis rebus ac spe omni adempta, cernebant; tamen, ne culpam malis adderent, pro se quisque, nec hortante ullo nec imperante, ad muniendum versi, castra propter aquam vallo circumdant; sua ipsi opera laboremque irritum (præterquam quod hostes superbe increpabant) cum miserabili confessione eludentes. Ad consules mœstos, ne advocantes quidem in consilium,^o (quando nec consilio nec auxilio locus esset,) sua sponte legati ac tribuni conveniunt: militesque ad prætorium¹³ versi,^p opem,

//////////

alti angusti.' *Rupert.*—11 'Protenus scripsi pro protinus, non improb. Bannero, qui id pæne quidem redundare monet ob voc. *pergant*, sed et 'porro pergere' et 'pergere' pro ire, proficisci, sæpe Nostro dici, ut mox 'pergunt repetere.' *Rupert.*—12 *Objacente mole* Gronov. Crevier. all.—13 *In prætorium* Gronov. Doujat. Crevier.

NOTÆ

^m *Septas dejectu arborum saxorumque ingentium objacentem molem* [*objacente mole*] *Objacente mole* a conjectura Sigonii est, ut referatur ad *angustias septas*, et congruat cum *dejectu arborum*. Testatur tamen Gronov. in omnibus veteribus legi *objacentem molem*: quam lectionem probat, quod saxa proprie non sepiant, quemadmodum pali truncique et implexa virgulta: unde hæc distinguenda fuerint, dicendumque, *angustias sepi dejectu arborum, et objacere illis saxorum molem*.

ⁿ *Sua obice*] *Qua obice*, cum illac

paulo ante ingressi essent absque impedimento? An dum ad exitum angustiarum progredierentur Romani, dejectæ in aditum a Samnitibus erant arbores ad hoc ante excisæ, saxaque prius parata?

^o *Ne advocantes quidem in consilium*] Legati nempe ac tribuni ultro convenerant ad consules, licet hi ad consilium eos non vocarent.

^p *Ad [in] prætorium versi*] Optimi codices ad *prætorium*, versus tentorium nempe consulis, penes quem eo die imperium, Postumii, opinor.

quam vix Dii immortales ferre poterant, ab ducibus exposcunt.

3. Querentes magis, quam consultautes, nox oppressit, cum pro ingenio quisque fremerent: alius, ‘per obices viarum;’ alius, ‘per adversa montium,¹⁴ per sylvas, qua ferri arma poterunt,¹⁵ eamus. Modo ad hostem pervenire liceat, quem per annos jam prope triginta^r vincimus;¹⁶ omnia æqua et plana erunt Romano, in perfidum Samnitum pugnanti.’ Alius, ‘Quo, aut qua eamus? Num montes moliri sede sua paramus? Dum hæc imminebunt juga, qua tu ad hostem venies? Armati, inermes, fortes, ignavi, pariter omnes capti atque victi sumus. Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis: sedens bellum conficiet.’ His in vicem sermonibus, qua cibi, qua quietis immemor,⁵ nox traducta est. Ne Samnitibus quidem consilium in tam lætis suppetebat rebus. Itaque universi Herennium Pontium, patrem imperatoris, per literas consulendum censent. Jam is gravis annis¹⁷ non militaribus solum, sed civilibus quoque, abscesserat muneribus: in corpore tamen affecto vigebat vis animi consiliique. Is, ubi accepit, ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus Romanos, consultus ab nuntio filii,



¹⁴ ‘*Alius per adversa (al. diversa) montium. Vox alius delenda videbatur Mur. et Gron. Recte, opinor.*’ *Rupert.*—¹⁵ *Vulg. poterant.*—¹⁶ *Viginti* volebat Glareanus. ‘*Vincimus* ex uno Ms. recepit Drak. et ex ed. Gryph. Bauer, ut rectius quam *vicimus.*’ *Rupert.* *Vicimus* dant Gronov. et

NOTÆ

¹ *Qua ferri arma poterunt*] Cum Auctor non ex sua, sed ex militis persona loquatur, sic legendum, *poterunt*, observat merito Gron. non, ut vulgo, *poterant*.

^r *Per annos jam prope triginta*] Ab anno 410. quo cæpti Samnites a Romanis viuci, ad hunc annum, numerantur anni non ultra duos et viginti: negat tamen Gronov. scribendum *viginti*, ut volebat Glarean. addita enim particula *prope*, indicat minorem revera numerum quam exprima-

tur.

Per annos jam prope triginta] Ab anno 412. cœperat bellum. Vide l. vii. c. 29. *J. Clericus*.

⁵ *Qua cibi, qua quietis immemor*] Qui metu aliæ gravi affectu æstive animi agitantur, nec cibum capiunt, nec somnum: ne animalia quidem. Virg. ‘*Immemor herbarum quos est mirata juvenca.*’ Sed Livio per Hypallagen ‘*immemor nox*’ dicitur, quod militi noctem insomnem trahenti proprie conveniebat.

censuit, omnes inde quam primum inviolatos dimittendos. Quæ ubi sprete sententia est, iterumque, eodem remeante nuntio, consulebatur, censuit, ad unum omnes interficiendos. Quæ ubi tam discordia inter se, velut ex ancipiti oraculo, responsa data sunt; quanquam filius ipse in primis jam animum quoque patris consenuisse in affecto corpore rebatur; tamen consensu omnium victus est, ut ipsum in consilium acciret. Nec gravatus senex plaustro in castra dicitur advectus, vocatusque in consilium ita ferme locutus esse, ut nihil sententiæ suæ mutaret; causas tantum adjiceret: ‘Priore se consilio, quod optimum duceret, cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque: altero consilio in multas ætates, quibus, amissis duobus exercitibus, haud facile receptura vires Romana res esset, bellum differre: tertium nullum consilium esse.’ Cum filius aliique principes percunctando exequerentur,¹⁸ ‘Quid si media via consilii caperetur, ut et dimitterentur incolumes, et leges iis jure belli victis imponerentur?’ ‘Ista quidem sententia,’ inquit, ‘ea est, quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit. Servate modo, quos ignominia irritaveritis. Ea est Romana gens, quæ victa quiescere nesciat. Vivet semper in pectoribus illorum, quicquid istuc præsens¹⁹ necessitas inusserit;^b neque eos ante multiplices pœnas expetitas a vobis quiescere sinet.’

^b *Hoc quodcumque impresserit vis præsens.*

//////////

Stroth.—17 Vulg. *gravior annis.*—18 Vulg. *percunctando exquirerent.* Vid. Not. Var.—19 ‘*Quicquid istud præsens.* Vet. lib. *istinc.* Malim ergo *istic.*’ Sigon. Pro *inusserit* Voss. alter *jusserit.*

NOTÆ

¹ *Percunctando exequerentur*] In quibusdam optimorum codicum ita scriptum notat Gron. atque hæc, ut propriam Livii phrasin, amplectitur. Sic lib. viii. ‘Itaque exequabantur quærendo ubi tantæ rei furtum occultaretur.’ Lib. xxv. c. 29. ‘Exequen-

tibus sciscitando quæ acta cum Romanis essent.’ Gallice, *Ils poursuivoient, ils continuoient leurs discours, en demandant, &c.* Hoc enim non de prima interrogatione, sed de sequentibus dicitur. Vulgo legebatur, *percunctando exquirerent.*

4. Neutra sententia accepta, Herennius domum e castris est avectus.²⁰ Et in castris Romanis cum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent, et jam omnium rerum inopia esset; victi necessitate legatos mittunt, qui primum pacem æquam peterent: si pacem non impetrarent, uti provocarent ad pugnam. Tum Pontius, 'debellatum esse,' respondit, 'et, quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent, inermes cum singulis vestimentis sub jugum missurum: alias conditiones pacis æquas victis ac victoribus fore; si¹ agro Samnitium decederetur, coloniæ abducerentur, suis deinde legibus² Romanum ac Samnitium æquo fœdere victurum. His conditionibus paratum se esse fœdus cum consulibus ferire: si quid eorum displiceat, legatos redire ad se vetuit.'³ Hæc cum legatio renuntiaretur, tantus gemitus omnium subito exortus est, tantaque moestitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur, si nuntiaretur, omnibus eo loco mortem oppetendam esse. Cum diu silentium fuisset, nec consules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam necessarium hiscere possent; tum L. Lentulus, qui tum⁴ princeps legatorum virtute atque honoribus erat, 'Patrem meum,' inquit, 'consules, sæpe audivi memorantem, se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendæ auro a Gallis civitatis, quando nec fossa valloque ab ignavissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent, et erumpere si non sine periculo magno, tamen sine certa pernicie possent. Quod si, ut illis decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit, (quo sæpe modo obsessi in obsidentes eruperunt,) ita nobis æquo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset, non mihi paterni animi indoles in consilio dando deesset. Equidem mortem pro patria præclaram esse fateor: et me vel devovere pro populo Romano le-

20 'Vet. lib. *revertus*: egregie: inde enim in castra vectus fuerat.' *Sigon.*
 —1 'Si del. *Grut. Gronov. Crevier. all. perperam.*' *Stroth.*—2 *Vet. lib. apud Sigon. suis inde legibus.*—3 'Legatos jam redire ad se vetuit. Si esset jam tum, facilius ferres, sed delendum est τὸ jam jussu Flor. Thuan. Rott. Helm. utriusque Vossiani, et Mureti codicum.' *J. F. Gronov.*—4 'Tum L. Lentulus,

gionibusque, vel in medios me immittere hostes⁵ paratus sum. Sed hic patriam video; hic quicquid Romanarum legionum est. Quæ, nisi pro se ipsis ad mortem ruere volunt, quid habent, quod morte sua servant? Tecta Urbis, dicat aliquis, et mœnia, et eam turbam, a qua Urbs incolitur. Immo, Hercule, produntur ea omnia,⁶ deleto hoc exercitu, non servantur. Quis enim ea tuebitur? Imbellis videlicet atque inermis multitudo? tam, Hercule, quam a Gallorum impetu defendit. An a Veiis exercitum Camillumque ducem implorabunt? Hic omnes spes opesque sunt, quas servando patriam servamus: dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus. At fœda atque ignominiosa deditio est. Sed ea caritas patriæ est,^c ut tam ignominia eam, quam morte nostra, si opus sit, servemus. Subeatur ergo ista, quantacumque est, indignitas; et pareatur necessitati, quam ne Dii quidem superant. Ite, consules, redimite armis civitatem, quam auro majores vestri redemerunt.⁷

5. Consules profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere victor agitaret, negarunt, injussu populi fœdus fieri posse, nec sine fetialibus cærimoniaque alia solenni. Itaque non, ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed per sponsionem,^u facta est. Quid

^c *Verum adeo cara nobis patria sit, oportet; sive tanta pietas in patria esse debet.*



qui tum; saltem tunc; sed potius del.' Rupert.—5 'In medios me mittere hostes. Aliquid hic superest, aliquid deest. Nam τὸ με satis est semel conspici: deinde volunt Mss. ut Sigonianus, immittere. Scribe et me v. d. p. R. l. v. i. medios immittere h. p. s.' J. F. Gronov. Probat Rupert.—6 Vulg. produntur magis omnia.

NOTÆ

^u *Sed per sponsionem]* Differt itaque sponsio, tum a pactione, tum a fœdere; quamvis hac tria generali conventionis nomine contineantur. Sponsio, quæ inter privatos plerumque fit, eos tantum obligat, qui pro se, aut pro alio spondent: et licet publice fiat a ducibus; quia tamen unius partis duntaxat obligatio in ea

vertitur, ejus firmandæ causa obsides dantur. Pactio naturalem, non civilem inducit obligationem. Fœdus autem inter duos populos, regesve, auctoritate publica, eaque suprema, sancitur: et prece sive imprecatione firmatur, ita ut utrique invicem obligentur.

enim aut sponsoribus in fœdere opus esset aut obsidibus, ubi precatione res transigitur? ‘per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriatur.’ Spoponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum; nominaque omnium, qui spoponderunt, extant: ubi, si ex fœdere acta res esset, præterquam duorum fetialium, non extarent; et propter necessariam fœderis dilationem obsides etiam sexcenti equites imperati, qui capite lucrent, si pacto non staretur. Tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo. Redintegavit luctum in castris consulum adventus, ut vix ab iis abstinerent manus, quorum temeritate in eum locum deducti essent; quorum ignavia fœdius inde, quam venissent, abituri.⁷ ‘Illis non ducem locorum, non exploratorem fuisse, belluarum modo cæcos in foveam⁸ missos.’^x Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda, et inermes futuras dextras, obnoxiaque corpora hosti. Proponere sibimet ipsi ante oculos jugum hostile, et ludibria victoris, et vultus superbos, et per armatos inermium iter. Inde fœdi agminis miserabilem viam, per sociorum urbes reditum in patriam ac parentes,⁹ quo sæpe ipsi majoresque eorum triumphan-



7 ‘Durius abesse essent, monet Bauer. Sed modo præcessit, et ita rependendum fuisset.’ *Rupert.*—8 Tan. Faber malebat *cæcam in foveam.*—9 ‘Cum Gron. potius et Ms. Helmst. leg. *in patriam ad parentes.*’ *Rupert.* Ad dat

NOTÆ

^x *Belluarum modo cæcos in foveam missos*] Tan. Faber, quoniam cæcitate rebus inanimatis attribuunt non solum poetæ, qui ‘cæcam noctem,’ pro obscura dicunt, sed oratores quoque, qui ‘fortunam cæcam’ usurpant, hic *cæcam in foveam* legit, rejecta communi scriptura. Proprie tamen cæcitas convenit animalibus quæ luminibus corporis capta: metaphoricè iis, quibus lumen rationis abstulit furor aut cupiditas, et qui prudentia destituti non provident

quæ providenda fuerant. Cic. ad Attic. ‘Cæci fuimus in ea re.’ Et pro Plan. ‘Sed ego cæcum me et præcipitem ferri confiteor.’ Quod, si cui unquam congruit, maxime nunc Romanis.

⁹ *Reditum in patriam ac [ad] parentes*] Non displicet hæc Gronovii correctio, cum vulgo scribatur, *reditum in patriam ac parentes.* Nam lib. II. habet idem Liv. ‘Sospites brevi in patriam ad parentes restituit.’ Et lib. XXI. ‘Reduces in patriam ad

tes venissent. 'Se solos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos: sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre: sibi nequicquam arma, nequicquam vires, nequicquam animos datos.' Hæc frementibus hora fatalis ignominia advenit, omnia tristiora experiundo factura, quam quæ præceperant animis. Jam primum cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire jussi, et primi traditi obsides atque in custodiam abducti. Tum a consulibus abire lictores jussi paludamentaque detracta: tantam inter ipsos, qui, paulo ante eos execrantes, dedendos lacerandosque censuerant, miserationem fecit,^{10 2} ut, suæ quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos.

6. Primi consules prope seminudi sub jugum missi: tum, ut quisque gradu proximus erat, ita ignominia obiectus: tum deinceps singulæ legiones. Circumstabant armati hostes, exprobrantes eludentesque: gladii etiam plerisque intentati: et vulnerati quidam necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior victorem offendisset. Ita traducti sub jugum, et, quod pæne gravius erat, per hostium oculos. Cum e saltu evasissent, etsi, velut ab Inferis extracti, tum primum lucem aspicerere visi sunt, tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. Itaque, cum ante noctem Capuam pervenire possent; incerti de



Kreyssigius.—10 'Tantam inter ipsos . . . miserationem fecit cet. Non cohærent hæc cum antecedd. Debat fecerunt; aut ante tantam insere id vel quod. Sed forte oblitus sui est, ob hunc ipsum usum participii, notantis, quod sunt jussi, quod sunt paludamenta detracta; quasi 'jussio' ut abirent, 'detractio' paludamentorum, τῷ 'juberi,' τῷ 'detrahi,' ut Græci infinitivo utuntur, et Itali hodie. Possis et jussos legere pro jussi; sed res ut gesta monstratur, nec modo, quid miserationem fecerit, sed et, quid factum, narratur.' Bauer. 'Id primus ex conjectura Drakenborchii dedit celeb. A. G. Ernesti.' Stroth. qui in contextum suum recepit.

NOTÆ

parentes, ad conjuges et liberos facit.' Neque vero facile dixeris reditum in parentes.

² Miserationem fecit] Nisi suppleas, quæ res, quod spectaculum, aut simile quid, recurrendum erit ad Gron.

emendationem, qui legit: a consulibus abire lictores jussi, paludamentaque detracta, &c. miserationem fecerunt. Facere autem miserationem est, misericordiam excitare, ac movere.

fide sociorum, et quod pudor præpediebat, circa viam haud procul Capua omnium egeni corpora¹¹ humi prostraverunt.^a Quod ubi est Capuam nuntiatum, evicit miseratio justa sociorum superbiam ingentam Campanis.^b Confestim insignia sua consulibus, fasces, lictores, arma, equos, vestimenta, comæatus militibus benigne mittunt: et venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressi, justis omnibus hospitalibus privatisque et publicis funguntur¹² officii: neque illis^c sociorum comitas vultusque benigni et alloquia non modo sermonem elicere, sed ne, ut oculos quidem attollerent, aut consolantes amicos contra intuerentur, efficere poterant. Adeo super mœrorem pudor quidam fugere colloquia^d et cœtus hominum cogebat.¹³ Postero die cum juvenes nobiles, missi a Capua, ut proficiscentes ad finem Campanum¹⁴ prosequerentur, revertissent, vocatique in curiam percunctantibus majoribus natu, ‘multo sibi mœstiores et abjectioris animi visos,’^e referrent;¹⁵ ‘adeo silens, ac prope mutum agmen incessisse: tacere^f indolem illam Romanam,¹⁶ ablatosque



11 Alii legunt *egena corpora*.—12 Vulg. *egressus . . . fungitur*.—13 Vulg. *effugere colloquia . . . cogebant*.—14 Vet. lib. apud Sigon. *ad finem usque Campani agri*.—15 ‘Suspiciari possis *vocati in curiam . . . referunt*, quia desideratur h. l. apodosis. Sed ea quærenda in princ. cap. seq. *abjectioris animi*; alii *abjectiores animi*, h. e. animo, prob. Bauero.’ *Rupert.* Vid. Not. Var.—16 ‘*Tacere indolem illum Rom.* torpere, se non exerere, haud animadverti; quod aptius esse h. l. ob præc. et seqq. quam *jacere*, quod Grut. conj. et Drak. probavit, moment Gron. et Doer. Contra Bauer. contendit, nil absurdius esse hac lectione: non enim ante clamasse illam indolem. Cf. et Drak.’

NOTÆ

^a *Omnium egeni corpora humi prostraverunt*] Eruditior Gronov. videtur lectio, *omnium egena corpora*; atque ita explicat: nulla iis cura adhibita; omnibus quibus corpora curantur destituta.

^b *Superbiam ingentam Campanis*] Tanta fuit ut in proverbium abierit, ‘*Campana superbia*.’ Vide Erasm.

^c *Neque illis*] Romanis scilicet.

^d *Pudor quidam fugere colloquia*] Sic scripti apud Gron. et melius quam ut

vulgo *effugere colloquia*. Hoc quippe eventus, illud voluntatis.

^e *Mæstiores et abjectioris animi visos*] Sigon. *Mæstioris et abjectioris animi*. Gronov. *Mæstiores et abjectioris animi*: quasi non recte *mæstioris animi*.

^f *Tacere*] Grut. non male, *jacere*: indolem nempe, quæ suapte genio erecta. *Tacere* tamen, aut *silere*, et muta esse, dicuntur, quæ non vigent: ut ‘*silent leges inter arma*.’ Et apud Cic. ‘*literæ conticescunt*.’ Noster

cum armis animos. Non reddere salutem, non salutantibus dare responsum,¹⁷ non hiscere quenquam præ metu potuisse, tanquam ferentibus¹⁸ adhuc cervicibus jugum, sub quo emissi¹⁹ essent.^g Habere Samnites victoriam, non præclaram solum, sed etiam perpetuam. Cepisse enim eos non Romam,²⁰ sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque :

7. † Cum hæc dicerentur audirenturque, et deploratum pæne Romanum nomen in concilio¹ sociorum fidelium esset; dicitur Ofilius Calavius, Ovii filius, clarus genere factisque, tum etiam ætate verendus,^d longe aliter se habere rem dixisse: ‘Silentium illud obstinatum, fixosque in terram oculos, et surdas ad omnia solatia aures, et pudorem intuendæ lucis, ingentem molem irarum^{2h} ex alto animi cientis indicia esse:’^e aut Romana se ignorare ingenia, aut silentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum; Caudinæque pacis aliquanto Samnitibus, quam Romanis, tristiorem memoriam fore. Quippe suos quemque eorum³ animos habiturum, ubicumque congressuri sint: saltus Caudinos non ubique Samnitibus fore.’ Jam Romæ etiam sua⁴ infamis clades erat. Obsessos primum audierunt:

^d Cui ob ætatem prorectam debebatur reverentia.

^e Esse notas animorum ex imo pectore elicentium et spirantium vim iræ immensam.

//////////

Rupert.—17 ‘Non salutantibus dare responsum hand dubie glossa, verbis non reddere salutem ascripta; quæ et sententia est Stroth.’ Rupert.—18 Conj. Bancr. ferentes.—19 Vulg. sub quod emissi.—20 Vulg. Cepisse enim non R.

† ‘Incipit quidem hic novum caput, sed oratio hujus capituli cum oratione antecedentis capituli cohæret.’ Doering.—1 ‘Al. consilio, non male, quia senatus erat.’ Bauer.—2 In quibusdam Mss. minarum. Quædam edd. animi. Pro cientis conj. Bauer. cientium.—3 ‘Pro eorum quædam edd. coram, quæ lectio

NOTE

quoque hoc ipso libro, ‘et civilia bella sileant.’

^g Sub quo [quod] emissi essent] Præstiterit vel sub quod missi, vel sub quo emissi. Sic lib. III. ‘Sub quo jugo dictator Æquos emisit:’ id est, sub jugum missos, inde emisit.

^h Molem irarum] Alias molem minarum ex alto animo cientis. Et minarum

quidem, non male; sic enim vindictæ cupiditas demonstratur. Sed quid sit ex alto animo, et quo referatur cientis, quærit haud absurde Gronov. Dicimus tamen hoc vel illud esse amantis, odio habentis, &c. ubi intelligitur, hominis: eaque loquendi forma mores hominum in genere indicantur.

tristior deinde ignominiosæ pacis magis, quam periculi, nuntius fuit. Ad famam obsidionis delectus haberi cœptus erat: dimissus deinde auxiliorum apparatus, postquam deditionem tam fœde factam acceperunt; extemploque sine ulla publica auctoritate consensum⁵ in omnem formam luctusⁱ est. Tabernæ circa forum clausæ, justitiumque in foro sua sponte cœptum prius, quam indictum: lati clavi,^k annuli aurei^l positi; pæne mœstior exercitu ipsò civitas esse: nec ducibus solum atque auctoribus sponso-ribusque pacis irasci, sed innoxios etiam milites odisse, et negare Urbe tectisve accipiendos. Quam concitationem animorum fregit adventus exercitus, etiam iratis miserabilis. Non enim tanquam in patriam revertentes ex insperato incolumes, sed captorum habitu vultuque ingressi sero in Urbem, ita se in suis quisque tectis abdidit, ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspicere vellet. Consules, in privato abditi, nihil pro magistratu agere, nisi quod expressum senatus consulto est, ut dictatorem dicerent comitiorum causa. Q. Fabium Ambustum dixerunt, et P. Ælium Pætum magistrum equitum. Quibus vitio creatis, suffecti M. Æmilius Pappus⁶ dictator, L. Valerius Flaccus magister equitum. Nec per eos comitia habita: et, quia tædebat populum omnium magistratum ejus anni, res ad interregnum rediit. Inter-

ex errore operarum Elzevir. orta est.⁷ *Rupert.*—4 *Al. Romæ et sua, vel et Romæ sua.*—5 *Al. concessum, quod valde arridet Bauero.* Vid. Not. Var.—6 *Vulg. Pappus.*

NOTE

ⁱ *Consensum in omnem formam luctus]* Sic optimi codices, id est, Romani consensu amplexi sunt quæcumque in luctu solennia. Vulgatio lectio, *concessum*, sive itum est in luctum.

^k *Lati clavi]* Insigne Senatorum fuit tunica latos clavos purpureos velut flores intertextos aut assutos habens: equitum vestis similibus, sed angustioribus clavis ornata.

Delph. et Var. Clus.

^l *Annuli aurei]* At Plin. lib. xxxiii. c. 1. citatus a Glar. scribit longo tempore inter privatos Romæ nullos fuisse annulos aureos: publice tantum legatis datos. Quin et triumphantes ferreis usos, atque ita triumphatum a C. Mario, nec ab eo sumtum aureum anulum ante tertium consulatum. Dicendum igitur priscis illis temporibus matronarum ornatu servatos, a quibus nunc positi.

Livius.

4 M

reges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Corvus. Is consules creavit Q. Publilium Philonem et L. Papirium Cursorem iterum, haud dubio consensu civitatis, quod nulli ea tempestate duces clariores essent.

8. Quo creati sunt die, eo (sic enim placuerat Patribus) magistratum inierunt,^m solennibusque senatus consultisⁿ perfectis, de pace Caudina retulerunt. Et Publilius, penes quem fascēs erant,[†] ‘Dic, Sp. Postumi,’ inquit. Qui ubi surrexit, eodem illo vultu, quo sub jugum missus erat, ‘Haud sum ignarus,’ inquit, ‘consules, ignominiae, non honoris causa me primum excitatum jussumque dicere, non tanquam senatorem, sed tanquam reum qua infelicis belli, qua ignominiosae pacis. Ego tamen, quando neque de noxa nostra neque de poena^o retulistis, omissa defensione, quae non difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumque, sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam. Quae sententia testis erit, mihi, an legionibus vestris pepercerim, cum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi. Qua tamen, quando injussu populi facta est, non tenetur populus Romanus; nec quicquam ex ea, praeterquam corpora nostra, debentur Samnitibus. Dedamur per fetiales nudi vinctique: exsolvamus religione populum, si qua obligavimus; ne quid divini humanive obstet, quo minus justum piisque de integro ineatur bellum. Interea consules exercitum scribere, armare, educere placet; nec prius ingredi hostium

NOTE

^m *Magistratum inierunt*] Consules non statim ac creati erant magistratum inibant. Nam extra ordinem eodem die ex Senatusconsulto inierunt, ante solenne scilicet tempus, necdum finito superiorum consulum anno.

ⁿ *Solennibusque senatus consultis*] Veteres quidam libri, *solennibusque sacris*. Sigon. tamen magis probat *Senatusconsultis*: quanquam parum abest, quin res eodem recidat. Solennia quippe Senatusconsulta, quae

statim inito consulatu fiebant, ad religionem et caerimonias pertinebant: atque ut scribit Gell. lib. xiv. cap. 7. ‘De rebus divinis prius quam humanis ad senatum referendum erat.’

[†] *Penes quem fascēs erant*] Vide ad lib. viii. c. 12. *J. Clericus*.

^o *Neque de noxa nostra neque de poena*] Noxa hic a poena distinguitur, et crimen significat. Alias sumitur pro poena, quam quis delicto suo meruit.

fines, quam omnia justa in deditionem^p nostram perfecta^s erunt. Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit cordi, Sp. Postumium, T. Veturium consules cum Samnitibus prospere bellum gerere, at vos satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos, vidisse sponsione infami obligatos, videre nudos vinctosque hostibus deditos, omnem iram hostium nostris capitibus excipientes. Novos consules legionesque Romanas ita cum Samnite gerere bellum velitis, ut omnia ante nos consules bella gesta sunt. Quæ ubi dixit, tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes,⁹ ut modo vix crederent, illum eundem esse Sp. Postumium, qui auctor tam scædæ pacis fuisset; modo miserarentur, quod vir talis etiam præcipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremtæ pacis. Cum omnes, laudibus modo¹⁰ prosequentes^q virum, in sententiam ejus pedibus irent; tentata paulisper intercessio est ab L. Livio et Q. Mælio, tribunis plebis,^r qui, 'neque ex-

//////////

7 Vet. lib. apud Sigon. *solemnibusque sacris*.—8 'In deditione nostra perfecta, vel in deditionem nostram peracta, i. e. ut omnia redeant ad deditionem et per eam perficiantur, conj. Ernest.' *Rupert*.—9 *Homines pro omnes plerique* Mss. et edd. ante Drak.—10 'Et hoc modo ejici Faber voluit, tanta audacia et fiducia, quasi ipse Livio scribenti affuisset. Sententia requirit hoc modo; pedibus ibant in sententiam Postumii, huic ipsi viro acerbam futuram, eamque sic tacite approbant; nisi quod laudibus eundem simul extollerent. Sed nulla posthac ineptiarum hujus hominis mentio fiet.' *Stroth*. 'Bene se habet particula modo, sed quæ ad eam defendendam attulit Strothius, paulo obscuriora sunt: sensus: cum omnes pedibus irent in ejus sententiam, hautquaquam miseracionis et doloris sensum nunc declarantes, sed laudibus tantummodo virum, qui sic sentire et talia obire posset pro patria, prosequentes.' *Doering*. 'Cur modo? qua alia re prosequerentur? An hoc vult, parcere ei potuisse, et servare virum in civitate? Sic certe intelligenda, si vera lec-

NOTE

^p *Omnia justa in deditionem*] Quæcumque in solenni deditione requiruntur ut ea jure fiat: nimirum ut quæ debentur hostibus et dedantur, et servato per faciales ritu dedantur.

^q *Laudibus modo prosequentes*] Deleteri istud modo, jubet Tan. Faber, putatque huc translatum ex superiori periodo. Non tamen persuadet: nam ea vox non vacat, sed ea demta

enervaretur sententiæ vis, qua innuit Livius, quanquam admirationi esset virtus Postumii, attamen laudibus tantum prosequentes, miseracionis nulla ratione habita, sententiam ejus contra seipsum datam secutos fuisse in illius perniciem.

^r *Tribunis plebis*] Oportet hos L. Livium, et Q. Mælium tribunos plebis creatos esse, aut tribunatum certe iniisse post Caudinam conventionem.

solvi religione populum,' aiebant, 'deditioe sua, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuissent, restituerentur ;⁸ neque se pro eo, quod, spondendo pacem, servassent exercitum populi Romani, pœnam ullam meritos esse ; neque ad extremum, cum sacrosancti essent, dedi hostibus violarive posse.'

9. Tum Postumius, ' Interea dedite,' inquit,¹¹ ' profanos nos,' quos salva religione potestis : dedetis deinde et istos sacrosanctos, cum primum magistratu abierint ; sed, si me audiatis, prius, quam dedantur, hic in comitio virgis cœsos, hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant.¹² Nam quod deditioe nostra negant exsolvi religione populum, id istos magis, ne dedantur, quam quia ita se res habeat, dicere, quis adeo juris fetialium expers est, qui ignoret ? Neque ego infitias eo, Patres conscripti, tam sponsiones quam fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos

//////////

tio. E superioribus prave repetitum delendumque, acute coniecit Faber. Si sit *meritis*, probarim. Sed vix dignum est Postumio.' *Bauer*.

¹¹ ' Mirifice placet, quod in Rott. legitur, *Dedite interea, declite*, inquit ; repetitione ista constantiam Postumii in adhortanda deditioe impense ex-

NOTÆ

Alioqui neque tribuni plebis in bellum proficiscebantur ; cum ne integrum quidem diem eis ab urbe abesse liceret, teste Gell. lib. III. c. 2. Et si jam tribuni plebis apud Caudium fuissent, eorum inter sponsores mentio haud dubie fieri debuisset ; et tamen spondisse memorantur duntaxat consules, legati, quæstores, tribuni militum seu legionum : quod recte Sigon. notat, et Godel. Fuerant tunc forte inter legionum tribunos.

Tribunis plebis] Magistratum hunc post reditum e castris ceperant ; nihil enim erat negotii tribunis plebis in exercitu. *J. Clericus*.

⁸ *Qualia apud Caudium fuissent, restituerentur*] Id sane exigit natura restitutionis in integrum, ut omnia u-

trimque in pristinum statum rependantur.

¹ *Profanos nos*] Respondet Postumius orationi tribunorum plebis, qui se sacrosanctos dixerant, ob leges sacratas eorum causa conditas, non consulum gratia.

¹² *Hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant*] Intercalatam dicit pro intermissa et dilata. Metaphora est a fœneratoribus ducta, qui solutionis diem ita prorogant, si interim usuræ nomine aliquid augmenti præstetur. Videtur itaque hoc loco 'usuram habeant' idem esse ac ferant, vel solvendam habeant. Nam usuram non habent proprie debitores, sed creditores, qui eam quasi sibi debitam accipiunt : quales hic Samnites.

juxta divinas religiones fides humana colitur: sed injussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat. An, si eadem superbia, qua sponsionem istam expresserunt nobis Samnites, coëgissent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare,^x deditum populum Romanum vos tribuni diceretis, et hanc urbem, templa, delubra, fines, aquas, Samnitium esse? Omitto deditonem, quoniam de sponsione agitur. Quid tandem, si spopondissemus, urbem hanc relicturum populum Romanum? si incensurum? si magistratus, si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus futurum? Dii meliora! inquis.¹² Atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat.^y Si quid est, in quod obligari populus possit, in omnia potest. Et¹³ ne illud quidem, quod quosdam forsitan moveat, refert, consul, an dictator, an prætor spoponderit. Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt, quibus non fuit satis consules spondere, sed legatos, quæstores, tribunos militum spondere coëgerunt. Nec a me nunc quisquam quæsiverit, quid ita spoponderim; cum id nec consulis jus esset, nec illis spondere pacem, quæ mei non erat arbitrii, nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, possem. Nihil ad Caudium, Patres conscripti, humanis consiliis gestum est. Dii immortales et vestris et hostium imperatoribus mentem ademerunt. Nec

f At enim obligatio ex promisso nata non minuitur atrocitate rei promissæ.



primente.' J. F. Gronov.—12 'Pro inquis quidam libri inquit; recte forsan. Mox in quod obligari multi boni Mss. in quo Drak. et antt. edd. Male, cum

NOTÆ

^x Verba legitima dedentium urbes nuncupare] Apud veteres Romanos nihil eorum quæ ad jus pertinerent, nisi certa verborum formula, seu conceptis verbis, peragebatur, quæ verba legitima dicebantur, quod secundum leges nuncuparentur. Deditonem formulam habes supra lib. i. cap. 38. in deditone Collatiæ.

^y Non indignitas rerum sponsionis

vinculum levat] Aliter Jurisconsulti ratiocinantur, apud quos rei turpis æque ac rei impossibilis stipulatio nullius est momenti. Verum quædam indigna esse possunt, quæ tamen flagitium non contineant. Nec valet pactum nisi a Domino, qui liberam rei suæ administrationem habeat, ejusve mandato initum.

nos in bello satis cavimus; et illi male partam victoriam male perdiderunt, dum vix locis, quibus vicerant, credunt, dum quacumque conditione arma viris in arma natis auferre festinant. An, si sana mens fuisset, difficile illis fuit, dum senes ab domo ad consultandum accessunt, mittere Romam legatos? cum senatu, cum populo, de pace ac fœdere agere?¹⁴ Tridui iter expeditis erat. Interea in induciis res fuisset; donec ab Roma legati aut victoriam illis certam, aut pacem afferrent. Ea demum sponsio esset, quam populi jussu spondidissemus. Sed neque vos tulissetis, nec nos spondidissemus: nec fas fuit alium rerum exitum esse, quam ut¹⁵ illi, velut somnio lætiore, quam quod mentes eorum capere possent, nequicquam eluderentur; et nostrum exercitum eadem, quæ impediatur, fortuna expediret; vanam victoriam vanior irritam faceret pax; sponsio interponeretur, quæ neminem, præter sponsorem, obligaret. Quid enim vobiscum, Patres conscripti, quid cum populo Romano actum est? Quis vos appellare potest? quis se a vobis dicere deceptum? hostis? an civis? Hosti nihil spondidistis: civem neminem spondere pro vobis jussistis. Nihil ergo vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandastis; nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus, rei satis locupletes.² In id, quod nostrum est; in id, quod præstare possumus, corpora nostra et animos; in hæc sæviant, in hæc ferrum, in hæc iras acuunt. Quod ad tribunos attinet, consulite, utrum præsens deditio eorum fieri possit, an in diem differatur. Nos interim, T. Veturi, vosque ceteri, vilia hæc capita luendæ sponsionis¹⁶ feramus, et nostro supplicio liberemus Romana arma.³

² Interea, ad sponsionis nostræ fidem implendam, nosmetipsos, qui abjecta capita sumus (præ tribunis scilicet) offeramus ac dedamus hostibus. Nostrisque panis expiatum Romanum, reddamus liberum ad arina capienda, atque in hostes gerenda.



sequatur 'in omnia.' Bauer.—13 Et del. Bauer.—14 Vulg. de pace, fœdere agere.—15 Ut et Froben. Crevier.—16 'Pro sponsionis malim sponsioni, quod exhibent nonnulli. edd. vett.' Doering.

10. Movit Patres conscriptos tum causa, tum auctor; nec ceteros solum, sed tribunos etiam plebei,^a ut se in senatus dicerent fore potestate.¹⁷ Magistratu inde se extemplo abdicaverunt, traditique fetialibus cum ceteris Caudium ducendi. Hoc facto senatus consulto, lux quædam affulsisse civitati visa est. Postumius in ore erat;¹⁸ eum laudibus ad cælum ferebant: devotioni P. Decii consulis, aliis claris facinoribus æquabant. ‘Emersisse civitatem ex obnoxia pace^h illius consilio et opera: ipsum se cruciatibus et hostium iræ offerre, piaculæque pro populo Romano dare.’¹⁹ Arma cuncti spectant et bellum. ‘En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat?’ In civitate, ira odioque ardente, delectus prope omnium voluntariorum fuit. Rescriptæ ex eodem milite novæ legiones, ductusque ad Caudium exercitus.* Prægressi fetiales, ubi ad portam venire, vestem detrahi pacis sponso-ribus jubent, manus post tergum vinciri. Cum apparitor verecundia majestatis Postumium laxè vinciret, ‘Quin tu,’ inquit, ‘adducis lorum, ut justa fiat deditio?’ Tum, ubi in cœtum Samnitium et ad tribunal ventum Pontii est, A. Cornelius Arvina fetialis ita verba fecit: ‘Quandoque²⁰ hicc homines injussu populi Romani Quiritium fœdus ic-tum iri sponponderunt, atque ob eam rem noxam nocue-runt;’^b ob eam rem, quo populus Romanus scelere impio

^h *Urbem evasisse ex degeneri ac servili pacificatione.*

17 Flor. Helm. Voss. Rott. *potestatem*.—18 Vet. lib. apud Sigon. *in ore om-nium erat*.—19 *Dare Romano* Gronov. Donjat. Crevier.—20 *Vulg. Quandoqui-*

NOTÆ

² *Rei satis locupletes*] Intellige reos promittendi, id est, debitores satis idoneos, quantum ad eos attinebat.

^a *Nec ceteros solum, sed tribunos eti-am plebi*] Licet a Patribus diversi tribuni, tamen in senatu erant; ita ut velit Auctor, oratione Postumii et causa publica: utilitatis, tum ceteros, qui intercrant, motos fuisse ad ejus

sententiam sequendam, tum tribunos, ut se subjicerent senatus potestati, ac tribunatu excederent.

* A. U. C. 433.

^b *Noxam nocuerunt*] Sigon. *noxam nocuerunt*; quod esset, culpa sua damnum dederunt. Sed ‘noxam nocere’ priscis legibus non est incognitum, pro, noxam inferre. In L. pretia

sit solutus, hosce homines vobis dedo.' Hæc dicenti fetiali Postumius genu femur, quanta maxime poterat vi, percussit,² et clara voce ait, 'se Samnitum civem esse, illum legatum; fetialem a se contra jus gentium violatum; et justius bellum gesturos.'³

II. Tum Pontius, 'Nec ego istam deditionem accipiam,' inquit, 'nec Samnites ratam habebunt. Quin tu, Sp. Postumi, si Deos esse censes, aut omnia irrita facis, aut pacto stas? Samniti populo omnes, quos in potestate habuit, aut pro eis pax debetur. Sed quid ego te appello, qui te captum⁴ victori, cum qua potes fide, restituis? Populum Romanum appello; quem si sponsionis ad Furculas Caudinas factæ pœnitet, restituat legiones intra saltum, quo septæ fuerunt. Nemo quenquam deceperit: omnia pro infecto sint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt, redeant in castra sua. Quicquid pridie habuerunt, quam in colloquium est ventum, habeant. Tum bellum et fortia consilia placeant, tunc sponsio et pax repudietur. Ea fortuna,⁵ iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum: nec populus Romanus consulum sponsionem, nec nos fidem populi Romani incusemus. Nunquamne causa defiet,⁶ cur victi pacto non stetis? Obsides Porsenæ dedistis; furto eos subduxistis: auro civitatem a Gallis redemistis; inter accipiendum aurum cæsi sunt: pacem nobiscum pepigistis, ut legiones vobis captas restitueremus; eam pacem irritam facitis, et semper aliquam fraudi speciem juris imponitis. Non probat populus Ro-

dem.—1 Vet. lib. apud Sigon. *noxa nocuerunt*.—2 Quidam Mss. h. l. et cap. II. *percussit*, probb. Ernest. et Bauero.—3 Vet. lib. apud Sigon. *Romanos eo j. b. g.*

4 Vet. lib. apud Sigon. *qui te nunc captum*.—5 'Ante fortuna ed. Gryph. inseruit *vero*, quod esse potest, quin immo; nisi potius leg. *vere*, ut sit: *pristina fortuna, pristina loca, non imagines rerum, restituantur in integrum.*' Bauer. 'Illud tamen *vero* abest ab omnibus Mss. et edd. ante Gryph. Mox *incusemus* e quibusdam Mss. pro vulg. *accusemus* recepit Stroth. tanquam minus tritum.' Rupert.—6 'Deficiet Mss. plerique ex interpretatione.' Stroth.

NOTÆ

rerum 63. Dig. ad Leg. Falcid. quæ *est ejus servi, qui noxam nocuit*, vel qui Pauli est, varie legitur: *alia causa noxa nocuit*.

manus ignominiosa pace legiones servatas? Pacem sibi habeat,^c legiones captas victori restituat: ⁷ hoc fide, hoc fœderibus, hoc fetialibus cærimoniis dignum erat.⁸ Ut tu quidem, quod petisti, per pactionem habeas, tot cives incolumes; ego pacem, quam hosti tibi remittendo ⁹ pactus sum,^d non habeam: hoc tu, A. Corneli, hoc vos, fetiales, juris gentibus dicitis? Ego vero istos, quos dedi simulatis, nec accipio, nec dedi arbitror; nec moror, quo minus in civitatem obligatam ¹⁰ sponsione commissa,^e iratis om-

ⁱ *Hocine jus, hoc pro æquo jure, populis prouuntiare audetis, o fetiales?*

—7 ‘Sensus pscere videtur, *pacem ne habeat, legiones c. r. restituat.*’ J. F. Gronov.—8 Conj. Rupert. *dignum erit.*—9 ‘*Hosti tibi remittendo*, scil. tot cives: sed potius cum Gron. *leg. hos tibi r.* [in textum recepit Kreyszig.] Vulgo post *non habeam* signum interrog. ponitur. Tum ut dictum, ut iv. 2. 9. Alii post *restituat* *στρυμὴν τελεῖαν* ponunt, et seqq. usque ad *non habeam* concludunt in unam periodum; quod probabat Duk.’ Rupert.—10 ‘*In civitatem obligatam*. Quid causæ cur in verbo vulgatissimo omnes Mss. discordent? Thuan. uterque Voss. duo Pall. *obluctam*. Helm. *oblitam*: alter *obrutam*. Andreas quoque *oblitam*. Forte, *pollutam sponsione commissa.*’ J. F. Gronov. ‘Ex varia Mstorum lectione apparet scripsisse Livium, *in civitatem obstrictam*, uti solet alias. ix. 35. ‘Nisi universam rempublicam eo nefario obstrinxeris.’ x. 38. ‘Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis.’ Jac. Gronov.

NOTÆ

^c *Pacem sibi habeat*] Corrigendum Gron. censet *pacem ne habeat*: quod hic utrisque simul habenda pax, aut non habenda; neutri poterant habere, vel aspernari, sine alteris. Hac vero formula ‘sibi habeat,’ utitur, qui se facile carere testatur, eo quod non habet ipse, cum alii habeant teneantque. Mihi subtilior, quam verior, videtur hæc ratiocinatio. Habebant enim Romani pacem quantum ad Samnites: per hos certe non stabat, quominus haberent: eam non habebant Samnites, quando Romani rejiciebant. Itaque ostendit Pontius se ea libenter cariturum, si omnia in priorem statum restituantur. Est ergo ‘pacem sibi habeat’ idem ac, recipiat sibi populus Romanus pacem, quam per consules cum Samnitibus pactus fuerat.

^d *Quam hosti tibi remittendo pactus sum*] An intelligendum, pacem, quam tibi concedendo pactus sum tecum? An, quam mihi pactus sum, remisso tibi jure commodoque meo? An vero, quam tibi dedi, remittendo saluum exercitum tuum in patriam?

^e *Obligatam sponsione commissa*] Pro *obligatam* habent alii *oblitam*, alii *obrutam*. Gron. conjicit *pollutam*: sed quid opus mutari? Committi recte dicitur stipulatio, vel pœna apud Jurisconsultos, cum quod quis simpliciter, aut adjecta pœna spondit, non implevit: sive cum contra id quod convenit factum est. Igitur civitatem Romanam non male ait Pontius *obligatam sponsione commissa*, cum, quod sponderant ejus nomine consules, præstare recusavit.

nibus Diis, quorum eluditur numen, redeant. Gerite bellum, quando Sp. Postumius modo legatum fetialem genu perculit. Ita Dii credent, Samnitum civem Postumium, non civem Romanum esse, et a Samnite legatum Romanum violatum. Eo vobis justum in nos factum esse bellum. Hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre? et vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendæ fidei exquirere? I, lictor, deme vincla Romanis: moratus sit nemo, quo minus, ubi visum fuerit, abeant.⁷ Et illi quidem, forsitan et publica, sua certe liberata fide,^f ab Caudio in castra Romana inviolati redierunt.

12. Samnitibus, pro superba pace infestissimum cernentibus renatum bellum, omnia, quæ deinde venerunt,¹¹ non in animis solum, sed prope in oculis esse: et sero ac nequicquam laudare senis Pontii utraque consilia; inter quæ se media lapsos^g victoriæ possessionem pace incerta mutasse, et, beneficii et maleficii occasione amissa, pugnatos cum eis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere, vel amicos facere. Adeoque, nullo dum certamine inclinatis viribus,^{12 h} post Caudinam pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio Postumium, quam Pontium incruenta victoria inter Samnites, faceret: et geri posse bellum Romani pro victoria certa haberent, Samnites simul rebellasse et vicisse crederent Romanum.^k Inter

^h *Et Samnitibus Romani, ex quo bellum resumebant, hoc ipso vicisse viderentur.*



11 Conj. J. F. Gronov. *quæ dein evenerunt*.—12 Conj. Rupert. *inclinatis*

NOTÆ

^f *Forsitan et publica, sua certe liberata fide*] Dubitat, nec immerito, an ejusmodi deditio exsoluta sit fides et religio populi Romani: privatos non ambigit a sponsionis vinculo liberatos, quando per eos non stetit, quo minus a Samnitibus acciperentur.

^g *Inter quæ se media lapsos*] Non inter media, sed inter duo extrema, omnes liberandi, aut omnes necandi,

consilia, se media via euntes errasse.

^h *Inclinatis viribus*] De utrisque loquitur, hinc Samnitibus, inde Romanis; quorum vires non imminutas, sed in contrarium versas fuisse vult. Nam 'inclinare' est inflectere, quod non semper in deterius sumitur: et 'temporum inclinationes fieri' dicuntur a Cic. pro conversionibus, et mutato rerum statu.

hæc Satricani ad Samnites defecerunt, et Fregellæ colonia nec opinato adventu Samnitium (fuisse et Satricanos cum iis satis constat) nocte occupata est. Timor inde mutuus utrosque usque ad lucem quietos tenuit: lux pugnae initium fuit; quam aliquamdiu æquam, et quia pro aris ac focus dimicabatur, et quia ex tectis adjuvabat imbellis multitudo, tamen Fregellani sustinuerunt. Fraus deinde rem inclinavit, quod vocem audiri præconis passi sunt,¹ ‘Incolumem abiturum, qui arma posuisset.’ Ea spes remisit a certamine animos, et passim arma jactari cœpta. Pertinacior pars armata per aversam portam erupit; tutiorque eis audacia fuit, quam incautus ad credendum ceteris pavor: quos circumdatos igni, nequicquam Deos fidemque invocantes, Samnites concremaverunt. Consules, inter se partiti provincias, Papirius¹³ in Apuliam ad Luceriam perguit, ubi equites Romani obsides ad Caudium dati custodiebantur, Publius in Samnio substitit adversus Caudinas¹⁴ legiones.¹ Distendit ea res Samnitium animos; quod nec ad Luceriam ire, ne ab tergo instaret hostis, nec manere, ne Luceria interim amitteretur, satis audebant. Optimum visum est committere rem fortunæ, et transigere cum Publilio certamen. Itaque in aciem copias educunt.¹⁵

13. Adversus quos Publius consul cum dimicaturus esset, prius alloquendos milites ratus, concionem advocari

¹ Postea Fregellanorum res inferior fuit per Samnitum dolum, qui pronuntiari a præcone jusserunt, salvos fore eos, &c.



rebus.—13 Vulg. partiti provincias. Papirius.—14 In quibusdam vett. libb. adducens Caudinas.—15 Vulg. ducunt.

NOTE

¹ Adversus [adducens] Caudinas legiones] Vulgo legitur, adversus Caudinas legiones: qua lectione stante, Caudinæ legiones Samnitum exercitum ad Caudium victorem significabunt. Verum arridet magis, ut Sigonio, ita et mihi, altera scriptura (quam veteres quidam libri habent) adducens: et sic Caudinarum legionum

nomine intelligetur vetus exercitus Romanorum apud Caudium sub jugum missus, quocum in Samnium Publius, novis legionibus Papirius in Apuliam profectus. Confirmat hanc sententiam ipse Livius lib. xxv. ‘Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam,’ &c.

jussit. Ceterum sicut ingenti alacritate ad prætorium concursus est, ita præ clamore poscentium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita est. Suus cuique animus memor ignominie adhortator aderat. Vadunt igitur in prælium urgentes signiferos: et, ne mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset, pila, velut dato ad id signo, abjiciunt, strictisque gladiis cursu in hostem feruntur. Nihil illic imperatorie artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit: omnia ira militaris prope vesano impetu egit. Itaque non fusi modo hostes sunt; sed, ne castris quidem suis fugam impedire ausi,^k Apuliam dissipati petiere: Luceriam tamen, coacto rursus in unum agmine, est perventum. Romanos ira eadem, quæ per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit.^l Ibi plus, quam in acie, sanguinis ac cædis factum, prædæque pars major ira corrupta. Exercitus alter cum Papirio consule locis maritimis pervenerat Arpos^m per omnia pacata, Samnitium magis injuriis et odio,ⁿ quam beneficio ullo populi Romani. Nam Samnites, ea tempestate in montibus vicatim habitantes, campestria et maritima loca, contento¹⁶ cultorum molliore atque, ut evenit fere, locis¹⁷ simili genere,^m ipsi montani atque agrestes, depopulabantur. Quæ regio si fida

^m Cum spernerent genus incolarum in campestri et maritimo tractu mitiorem vitam degentium, atque, ut fieri amat, regioni suæ cultiori consimilium.

//////////

16 'Male contentu in plerisque Mss. et edd.' Rupert. Vid. Not. Var.—

NOTÆ

^k Ne castris quidem suis fugam impedire ausi] Vult, non ausos præ metu castra sua petere Samnites, ne sic fuga, de qua sola cogitabant, retardaretur, et quasi implicaretur.

^l Et in castra pertulit] Non in priora castra, utpote a Samnitibus fugientibus deserta, sed in nova ad Luceriam coacta: quo nondum Papirius, alter consul, pervenerat.

^m Arpos] Arpi, aliquando Argos Hippium, Diomede condente, mox

Argyrrippa dictum, ex Plinio, maxima quondam urbs in Apulia fuit, inter Luceriam et Sipontum. Ejus hodie ruinæ sexto milliari a Foggia oppido visuntur, loco qui ejus tractus incolis adhuc vocatur *Arpe*.

ⁿ Samnitium magis injuriis et odio] Igitur Samnites proprium ipsi, aut certe popularium agrum vastaverant; montani scilicet campestrum et maritimum: qua injuria provocati horum locorum cultores.

Samnitibus fuisset, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequisset, aut interjecta¹⁸ inter Romam et Arpos, penuria rerum omnium, exclusos a com meatibus absumsisset.²⁰ Tum quoque profectos¹⁹ inde ad Luceriam, juxta obsidentes obsessosque, inopia vexavit. Omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur; ceterum adeo exigue, ut militi, occupato stationibus vigiliisque et opere,^p eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret; ° interdum occursu hostium cogeretur, abjecto ex equo frumento, pugnare. Et²⁰ obsessis prius, quam alter consul victore ex-

ⁿ In regionibus Romam inter atque Arpos interjacentibus prohibiti com meatibus Romani confecti fuissent, rerum omnium inopia.

^o Equites triticum Arpis in castra sacculis coriaceis inclusum deferebant.

17 Loci Gronov. Doujat. Crevier.—18 Conj. Stroth. *interjecta ea*. Malit J. F. Gronov. probb. Doujat. et Doering. *interjecta*, sc. loca, *absumsissent*.—19 Vett. libb. *Tum vero profectos*.—20 ⁴ Copula *Et* ante *obsessis* abest a Ms. Flor. probb. Gron. et Drak. *At* in quibusdam edd. non male, quia *et* his

NOTÆ

° *Interjecta inter Romam et Arpos, penuria rerum omnium, exclusos a com meatibus absumsisset*] Querit Glar. quomodo penuria interjaceat Romæ et Arpis? Gronovius supplet loca, pro interjectis regionibus, quæ Romanos *absumsissent* penuria omnium rerum. Quod mihi quoque probatur.

Inter Romam et Arpos] Dubium movet Tan. Faber, qui istud *Romam* vitiosum retur: sed quid substituendum sit non videt. Arbitratur fluvii alicujus aut urbis nomen. Et sane, etsi ab urbe Arpos usque, quanto longius iter, tanto magis timenda fuisse videatur penuria; attamen per Latium, ac deinde aut in Samnium per Æquos, Marsos, Hernicosve, aut in Apuliam per Volscos, Campanosque, subditos omnes vel amicos populos, pergentibus Romanis, non multum nisi in Samnio ipso, Apuliaque, de com meatu laborandum fuisse videtur, post trajectos scilicet Vultur-

num aut Sabatum fluvios. Venit itaque in mentem, num pro *inter Romam et Arpos* legendum esset, vel *inter Capuam et Arpos*, vel *inter Romulam et Arpos*. Fuit enim Romula Antonino, Livio Romulea, urbs Hirpinorum in edito Apennini montis colle sita, haud procul Samnii Apuliaque confinio, ejus Noster meminit lib. x. cap. 17. Nec improbable est hac parte in Apuliam ingressum Papirium, Samnitum regione Publilio relicta.

^p *Militi, occupato stationibus vigiliisque et opere*] Stationes sunt militum globi ad eruptiones hostium cobibendas, certo loco dispositi, *les corps de garde*. Vigiliæ sunt excubiæ, quæ per noctis intervalla alternis vigilant, *les Sentinelles, le Guet*. Opus quoque Romani milites faciebant, non solum muniendo castra, sed fossas explendo, aggeres, vineas, aliaque machinamenta parando, quibus ad urbes expugnandas aditus fit.

ercitu advenit, et commeatus ex montibus Samnitium invecti erant, et auxilia intromissa. Arciora omnia adventus Publii fecit; ^p qui, obsidione delegata in curam collegæ, vacuus¹ per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat.¹ Itaque cum spes nulla esset, diutius obsessos inopiam laturos, coacti Samnites, qui ad Luceriam castra habebant, undique contractis viribus, signa cum Papirio conferre.

14. Per id tempus, parantibus utrisque se ad prælium, legati Tarentini interveniunt, denuntiantes Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent. Per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis, adversus eos se pro alteris pugnuros. Ea legatione Papirius audita, perinde ac motus dictis eorum, cum collega se communicaturum respondit: accitoque eo, cum tempus omne in apparatu pugnae¹² consumsisset,⁷ collocutus de re haud dubia, signum pugnae proposuit.⁵ Agentibus divina humanaque,⁴ quæ assolent, cum acie dimicandum est, consulibus, Tarentini legati occursare, responsum expectantes, quibus Papirius ait: 'Auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nuntiat; litatum præterea est egregie. Auctoribus Diis, ut videtis, ad rem gerendam³ proficiscimur.' Signa inde ferri jussit, et copias eduxit, vanissimam increpans gentem, quæ, suarum impotens rerum præ domesticis seditionibus dis-

^p *Publius adveniens omnium rerum majorem penuriam intulit Samnitibus.*

//////////

repetitur.' *Rupert.*—1 *Conj. Duk. vagus. Rupert. vacuos per agros.*

² 'Pugna abest a Drak. et plerisque reliquis edd. at cum extat in tantum non omnibus Mss. recipere non dubitavimus.' *Stroth.*—3 *Vulg. ad rem agcu-*

NOTÆ

¹ *Vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat]* An *vagus per agros*? Vel *vacuus* omni alia cura, per campos ubique hostium commeatus impediēbat.

⁷ *Cum tempus omne in apparatu consumsisset]* In apparatu nimirum pugnae.

⁵ *Signum pugnae proposuit]* Intellige de signo muto: ut demonstrat ver-

bum *proposuit*. Id erat coccinea tunica, quam in hasta extensam prætorii fastigio imponebant, ut momento monerentur omnes se ad arma parare. Alii vexillum appellant.

⁴ *Agentibus divina humanaque]* *Divina* sunt sacrificia et auspicia: *humana* vero imperatoris circa rationem atque ordinem pugnae mandata.

cordiisque, aliis modum pacis ac belli facere æquum censeret. Sannites ex parte altera, cum omnem curam belli remisissent, quia aut pacem vere cupiebant, aut expediebat simulare, ut Tarentinos sibi conciliarent, cum instructos repente ad pugnam Romanos conspexissent, vociferari, 'se in auctoritate Tarentinorum manere, nec descendere in aciem, nec extra vallum arma ferre. Deceptos potius, quodcumque casus ferat, passuros, quam ut sprevisse pacis auctores Tarentinos videantur.' 'Accipere se omen,' consules aiunt, 'et eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant.' Ipsi, inter se partitis copiis, succedunt hostium munimentis, et, simul undique adorti, cum pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas pruerent, nec virtus modo insita, sed ira etiam, exulceratos ignominia stimularet animos, castra invasere: et pro se quisque, 'non hæc furculas, nec Caudium, nec saltus invios esse, ubi errorem fraus superbe vicisset; sed Romanam virtutem, quam nec vallum, nec fossæ arcerent,' memorantes, cædunt pariter resistentes fusosque, inermes atque armatos, servos, liberos, puberes, impuberes, homines, jumentaque. Nec ullum superfuisset animal, ni consules receptui signum dedissent, avidosque cædis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent. Itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem iræ confestim oratio habita est, ut doceretur miles, 'minime cuiquam militum consules odio in hostes cessisse, aut cessuros: quin duces, sicut belli, ita insatiabilis supplicii, futuros fuisse, ni respectus equitum^u sexcentorum, qui Luceriæ obsides tenebantur, præpedisset animos; ne desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire,⁴ optantes.'^q Laudare ea milites, lætarique obviam

^q Ne hostes, desperatione impunitatis ac veniæ excæcati, impellerentur ad illos (obsides) excruciantos, desiderio perdendi alios, antequam ipsi perirent.



dam.—4 Conj. J. F. Gronov. perirent.

NOTÆ

^u Respectus equitum] Gallice, la consideration des Chevaliers.

itum iræ suæ esse, ac fateri, omnia patienda potius, quam proderetur salus tot principum Romanæ juventutis.

15. Dimissa concione, consilium habitum, omnibusne copiis Luceriam premerent, an altero exercitu et duce Apuli circa, gens dubiæ ad id voluntatis, tentarentur. Publilius consul, ad peragrandam profectus Apuliam, aliquot expeditione una populos aut vi subegit, aut conditionibus in societatem accepit. Papirio quoque, qui obsessor Luceriæ restiterat, brevi ad spem eventus respondit. Nam, insessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subvehebantur,⁵ fame domiti Samnites, qui Luceriæ in præsidio erant, legatos misere ad consulem Romanum, ut, receptis equitibus, qui causa belli essent, absisteret obsidione. His Papirius ita respondit: ‘ Debuisset⁶ eos Pontium, Herennii filium, quo auctore Romanos sub jugum misissent, consulere, quid victis patiendum⁷ censeret. Ceterum, quoniam ab hostibus in se æqua statui, quam in se ipsi ferre, maluerint, nuntiare Luceriam’ jussit, ‘ arma, sarcinas, jumenta, multitudinem omnem imbellem intra mœnia relinquerent; militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum, ulciscentem illatam, non novam inferentem ignominiam.’ Nihil recusatum. Septem millia militum sub jugum missa, prædaque ingens Luceriæ capta, receptis omnibus signis armisque, quæ ad Caudium amiserant;⁸ et, quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant.^x Haud ferme alia mutatione subita rerum

^r *Populus, cujus in Romanos ad illud tempus incertus erat animus et fides.*

^s *Quandoquidem ipsi potius visum, ut Romani quæ justa essent in illos decernerent, quam ut ipsi ea in se constituerent, imperavit ut legati referrent Lucerinis, &c.*



⁵ *Vulg. subrehebatur.*—⁶ *Docuisse* quidam Mss. unde *decuisse* conj. J. F. Gronov.—⁷ *Vet. lib. paciscendum: probe: agitur enim de conditionibus pacis.* Sigon.—⁸ *Potius quod in Flor. Voss. Mureti, amissa erant: nam qui amiserant, erant enim Publilio digresso in Apuliam: is acceperat Caudinas*

NOTÆ

^x *Quos pignora pacis custodiendos Samnites, vel potius ejus quam Samnites paulo post cum Apulis, a societate Romana deficientibus, inierunt.*

clarior victoria populi Romani est: ' siquidem etiam (quod quibusdam in annalibus invenio) ⁹ Pontius, Herennii filius, Samnitium imperator, ut expiaret consulum ignominiam, sub jugum cum ceteris est missus. Ceterum id minus miror, obscurum esse de hostium duce dedito missoque sub jugum: id magis mirabile est, ambi, Luciusne Cornelius dictator ⁹ cum L. Papirio Cursore, magistro equitum, eas res ad Caudium atque inde Luceriam gesserit, ultorque unicus Romanæ ignominia, haud sciam an justissimo triumpho ad eam ætatem secundum Furium Camillum, triumphaverit, an consulum Papiriique præcipuum ¹⁰ id decus sit. Sequitur hunc errorem alius error, Cursorne Papirius ² proximis comitiis cum Q. Aulio ¹¹ Cerretano iterum, ob rem bene gestam Luceria continuato magistratu, consul tertium creatus sit,* an L. Papirius Mugillanus, et in cognomine erratum sit.

16. Convenit, jam inde per consules reliqua belli perfecta. Aulius cum Ferentanis ¹² ^a uno secundo prælio debellavit; urbemque ipsam, quo se fusa contulerat acies, obsidibus imperatis, in deditionem accepit. Pari fortuna consulum alter cum Satricanis, qui cives Romani post

⁴ *Vix alia est Romanorum victoria illustrior ex fortunæ repentina mutatione.*



legiones.' J. F. Gronov.—⁹ Sic Mss. non *invenitur*.' J. F. Gronov.—¹⁰ Al. *an consulis Papirii præcipuum*.—¹¹ Al. *Æmilio*.

NOTÆ

⁹ *Luciusne Cornelius dictator*] Duos antea Lucios Cornelios memoravit, Scipionem et Lentulum. De utro sentiat non magis aperit, quam de eo quicquam pronuntiat certi, an dictator, an consules Samnites nunc vicerint.

² *Cursorne Papirius*] Duorum quoque Luciorum Papiriorum antehac mentio, Cursoris et Mugillani. Sed Cursorem III. consulem scriptores triumphorum Capitolini subjiciunt, cum Q. Aulio Cerretano, non Æmilio.

Delph. et Var. Clas.

Ipsæ Aurtor postea Cursorem eundem IV. consulem nominat.

* A. U. C. 434.

^a *Cum Ferentanis*] Ferentum, vel potius *Forentum*, oppidum fuit Apuliae Pencetia paulo ultra Venusiam, intermedio Vulture monte, propinquius Acherontia. Hodie *Forenza*. Ejus meminit Horat. l. III. Carm. Ode 4. ut recte observat Glar. Oppidani Plinio et Stephano *Forentani*, a *Frentanis* et *Ferentinatibus* diversi.

Livius.

4 N

Caudinam cladem ad Samnites defecerant, præsidiumque eorum in urbem acceperant, rem gessit. Nam cum ad mœnia Satrici¹³ admotus esset exercitus, legatisque, missis ad pacem cum precibus petendam, triste responsum ab consule redditum esset, 'nisi præsidio Samnitium interfecto aut tradito, ne ad se remearent;' plus ea voce, quam armis illatis, terroris colonis injectum. Itaque subinde exequentes¹⁴ quærendo^a a consule legati, quoniam se pacto paucos et infirmos crederet præsidio tam valido et armato vim allaturos, ab iisdem consilium petere jussi, quibus auctoribus præsidium in urbem accepissent, discedunt: ægreque impetrato, ut de ea re consuli senatum responsaque ad se referri sineret, ad suos redeunt. Duæ factiones senatum distinebant; una, cujus principes erant defectionis a populo Romano auctores; altera, fidelium civium. Certatum ab utrisque tamen est, ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur. Pars altera (cum præsidium Samnitium, quia nihil satis præparati erat ad obsidionem tolerandam, excessurum proxima nocte esset) enuntiare¹⁵ consuli satis habuit,^b qua noctis hora, quaque porta,¹⁶ et quam in viam egressurus hostis foret. Altera, quibus invitis descitum ad Samnites erat, eadem nocte portam etiam consuli aperuerunt, armatosque clam hostes¹⁷

^a *Cum prosequentes quærent identidem.*



12 Al. *Forentanis*.—13 Vet. lib. apud Sigon. *Satricæ*.—14 'Subinde cum exequentur. Thuan. duo Pall. uterque Voss. Helm. subinde exequentur. Tertius, subinde exiguntur, exequantur. Lege, Itaque subinde exequentes quærendo. Sed et *quod credret* mire mihi suspectum ob dicta ad lib. vi. 37.' J. F. Gronov.—15 Al. *nuntiare*.—16 Al. *quamque per portam*. Vid. Not. Var.—17 *Clam nocte* multi Mss. Scribendum monet J. F. Gronov. *clam hoste*, vel

NOTE

^b *Enuntiare consuli satis habuit*] Notatu non videtur indignum quod Gron. monet, enuntiansi verbum de iis signate dici, qui arcani quid patefaciunt: ideoque hic præferendum verbo *nuntiansi*, quod in quibusdam codicibus extat.

^c *Armatosque clam hostes*] Quidam libri, *clam nocte*: unde ingeniose Gron. *clam hoste*, id est, armatos Romanos, Samnite hoste ignaro. Nam huic pariti non Romani hostes, sed Samnites erant.

in urbem acceperunt. Ita duplici proditione et præsidium Samnitium, insessis circa viam sylvestribus locis, nec opinato oppressum est, et ab urbe plena hostium clamor sublatus; momentoque unius horæ cæsus Samnis, Satricanus captus, et omnia in potestate consulis erant. Qui, quæstione habita, quorum opera defectio esset facta, quos fontes comperit, virgis cæsos securi percussit: præsidioque valido imposito, arma Satricanis ademit. Inde ad triumphum decessisse Romam Papirium Cursorem scribunt, qui eo duce Luceriam receptam Samnitesque sub jugum missos auctores sunt. Et fuit vir haud dubie dignus omni bellica laude, non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens. Præcipua pedum pernecitas inerat, quæ cognomen etiam dedit: ¹⁸ ^d victoremque cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt, et, seu virium vi, seu exercitatione multa, cibi vinique eundem capacissimum: nec cum ullo asperiores (quia ipse invicti ad laborem corporis esset) fuisse militiam pediti pariter equitique. Equites etiam aliquando ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris: quibus ille, ‘ Ne nihil remissum dicatis, remitto,’ inquit, ‘ ne utique dorsum demulceatis, cum ex equis descendetis.’ Et vis erat in eo viro imperii iugens pariter in socios civesque. Prænestinus prætor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem. Quem cum inambulans ante tabernaculum vocari jussisset, lictorem expedire securim jussit. Ad quam vocem exanimi stante Prænestino, ‘ Agedum, lictor, excide radicem hanc,’ inquit, ‘ incommodam ambulantis:’ per-

//////////

clam suis.—18 ‘ Vett. libb. alii, quæ cognomen via dederat: alii, quæ cognomini viam dedit. Hinc ego suspicor legendum, quæ cognomen avo jam dedit.’ Sigon.

NOTÆ

^d Quæ cognomen etiam dedit] Veri admodum simile est ei, qui primus Cursoris in Papiriorum gente cognomen tulit, a pernecitate pedum id inditum; sed alii ante hunc eo cognomine fuerant. Idcirco suspicatur Si-

gon. legendum, quæ cognomen avo jam dedit. Etenim L. Papirius Cursor hujus avus fuerat, censor an. U. C. 361. post etiam tribunus militum consulari potestate an. 367. et 369. de quo lib. vi. c. 5.

fusumque ultimi supplicii metu, mulcta dicta,¹⁹ dimisit. Haud dubie illa ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis iunisa res Romana staret. Quin eum parem destinant²⁰ animis Magno Alexandro^e ducem, si arma, Asia perdomita, in Europam vertisset.

17. Nihil minus quæsitum[†] a principio hujus operis videri potest, quam ut plus justo ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opere, et legentibus velut

//////////

—19 *Mulcta indicta* Mss. nonnulli.—20 *Al. destinantur.*

NOTE

^e *Quin eum parem destinant animis Magno Alexandro*] Alias *destinantur*. Sed recte Gron. *destinavit*, vel *destinant*, judicia scilicet scribentium, hominumque qui postea fuere. Alioqui non injuria immemor sui a Mureto

Livius argueretur, qui ne fama quidem cognitum Romanis fuisse Alexandrum arbitratur c. 18. Utriusque hic effigiem, Alexandri nempe et Papirii, ex veteribus nummis appingere visum est.



Parem destinant animis] Cum sic habeant Mss. codd. et vett. editiones, nihil mutarim. Hoc vult Livius, homines suæ ætatis cogitantes de eo quod olim futurum fuisset, si Alexander, devicto Oriente, in Italiam arma convertisset, animo destinare L. Papirium Cursorem, qui ei par futurus fuisset. *Destinare* hic est designare, ut c. 24. Nam loquitur de præcis Romanis, Alexandri æqualibus, quibus, ut habet c. 18. ‘ne fama quidem notum’ arbitrabatur fuisse Macedonum regem. *J. Clericus.*

[†] *Nihil minus quasitum, &c.*] Hanc digressionem male hic collocari censet Heur. Dodwellus vir doct. Diss. 10. de Cyclis Rom. Paragr. 72. quia annus Catonianus U. C. 435. concurrat cum annis Olympiadis 115. 3. et 4. cum Alexander mortuus sit anno U. C. 429. Olympiadis 114. 1. hoc est, sexennio ante hunc consulatum Papirii Cursoris. Sed nec hoc ignorabat Livius, nec necesse erat hæc dicere ad annum, quo mortuus erat Alexander. Licuit hac de re agere ubicumque sermo fuit de magistratu

deverticula amœna, et requiem animo meo quærerem; tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium; ^x ut quærere libeat, quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandrō foret bellatum, futurus fuerit. Plurimum in bello pollere videntur militum copia et virtus, ingenia imperatorum, fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas, potens. Ea, et singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ¹ ab hoc quoque, facile præstant invictum Romanum imperium. ^f Jam primum, ut ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo, egregium ducem fuisse Alexandrum; sed clariorem tamen eum facit, quod unus fuit, quod adolescens, in incremento rerum, ² nondum alteram fortunam expertus, ^g decessit. Ut alios reges claros ducesque omittam, magna exempla casuum humanorum; Cyrum, [†] quem maxime Græci laudibus celebrant, quid, nisi longa vita, sicut Magnum modo Pompeium, vertenti præbuit fortunæ? ² Recenseam duces Romanos, ^g nec omnes omnium ætatum, sed ipsos eos, cum

^x Et variis digressionibus volumen discriminando. Injecta nihilominus regis atque imperatoris adeo illustris mentione, excitat ad foras educendos eos animi sensus, quos illa effecit ut apud me revolverem.

^y Cum adhuc fortuna improspera atque a superiori diversa usus non esset.

^z Non aliud quam vita productior inclinanti fortune obnoxium præstitit, reddidit, Cyrum, quemadmodum nostra ætate Pompeium Magnum.



1 'Tò ita forte delendum, quia ab omnibus fere Mss. abest, et sæpe post 'sicut' omittitur.' Rupert.—2 Scribendum monet Sigon. ex vel. lib. quod ado-

NOTÆ

viri fortis, qui Alexandri æqualis fuit, quamvis primus ejus magistratus non fuerit; neque enim scribit Livius annales vitæ Alexandri, *J. Clericus*.

^f Facile præstant invictum Romanum imperium] Loquitur velut in re præsentī: unde confirmari videtur lectio *destinant animis*, in fine superioris capituli.

[†] Cyrum] Sequitur eorum sententiam, qui Cyrum a Thomyri victum

volunt, qua de re vide Herodotum l. i. 214. *J. Clericus*.

^g Recenseam duces Romanos] Hæc cum proxime dictis non cohærent; sed cum sequentibus. In hac, inquit, comparatione enumerare possum eos duces, qui tempore illo Romæ fuere. Ea vero comparatio fusius accuratiusque institui poterit ex lib. xvii. Diodori Siculi, ubi Alexandri Magni gesta per singulos annos ita describuntur, ut rerum etiam in Ita-

quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum;³ M. Valerium Corvum, C. Marcium Rutilum, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem, L. Papirium Cursorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, M'. Curium. Deinceps ingentes sequuntur viri, si Punicum^{4 h} Romano prævertisset¹ bellum,^a seniorque in Italiam trajecisset. Horum in quolibet tum indoles eadem, quæ in Alexandro erat, animi ingenique; tum disciplina militaris, jam inde ab initiis Urbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat. Ita reges gesserant bella; ita deinde exactores regum Junii Valeriique; ita deinceps Fabii, Quintii, Cornelii; ita Furius Camillus, quem juvenes ii,^{5 k} quibus

^a Si prius bellum cum Carthaginensibus, quam cum Romanis suscepisset.

//////////

lescens, quod in incremento rerum.—3 Conj. Rupert. Alexandro fuisset bellandum.

NOTÆ

lia gestarum, consulumque Romano-
rum mentio fiat aliqua.

^b Punicum] Carthaginenses Pœni, et eorum res Punicæ Romanis dictæ, ab illorum ortu ex Phœnicum regione: quæ hodie quoque *Funiki* Arabibus vocatur, literam *F* vel *Ph* usurpantibus pro *P*, qua carent.

¹ Prævertisset] Rem aliquam alteri prævertere est, unam ante aliam gerere. Mirum in re adeo perspicua cæcutisse Glareanum, cui non admodum clarum videtur præsertim illud *Romano*; mirum et Sigon. hallucinatum, qui Auctoris mentem sic interpretatur, si Alexander ante intulisset Romano bellum quam Pœni; sic enim nihilo senior in Italiam trajecisset Alexander. Quod accidere necesse erat, si prius ad bellum Punicum accessisset, uti revera paulo ante mortem agitabat animo, ex Justino lib. XXI. ut Gronovius observat: ideo scilicet quod Carthaginenses Tyri a se jam subactæ coloni essent,

quos ideo infensos sibi credere, aut velut appendicem victoriæ illius prioris, subigere velle potuit.

^k Quem juvenes ii [*duo*] Glareanus et Sigonius designant Tit. Manlium Torquatum, et M. Valerium Corvum: sed hic moriente Camillo anno sc. U. C. 388. septem duntaxat annos natus erat, uti ex primo ejus consulatu constat, quem anno Urbis 405. ætatis 23. gessit. Antea enumeratis convenit, ut Camillum juvenes senem viderint. Unde ex Vossiano et Buslidiano codicib. Mss. legendum Gron. censet, quem juvenes hi, vel ii quibuscum Alexandro, &c. quæ a librariis corrupta ait, pronomen ii, pro numerali nomine duo, sive II. sumentibus. Sed tamen ex iis quæ sequuntur satis patet de illis præcipue duobus sensisse Livium, quando nominatim eos Alexandro statim primo loco opponit. Nec illud juvenes adeo præcise sumendum, in iis præsertim qui annos virtute præcurrunt, qualis

cum Alexandro dimicandum erat, senem viderant. Militaria opera pugnando obeunti Alexandro (nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt) cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius⁶ Torquatus, aut Valerius Corvus,¹ insignes ante milites, quam duces: cessissent Decii, devotis corporibus in hostem ruentes: cessisset Papirius Cursor, illo corporis robore, illo animi: victus esset consiliis juvenis unius, ne singulos nominem, senatus ille, quem qui 'ex regibus^m constare' dixit, unus veram speciem Romani senatus cepit. Id vero erat periculum, ne solertius, quam quilibet unusⁿ ex iis, quos nominavi, castris locum caperet, comneatus expediret, ab insidiis præcaveret, tempus pugnae deligeret, aciem instrueret, subsidiis firmaret. Non cum⁸ Dario rem esse dixisset; quem, mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum⁹ fortunæ apparatus suæ, prædam verius, quam hostem, nihil aliud quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit. Longe alius† Italiæ, quam Indiæ, per quam temulento agmine comissabundus incessit, visus illi habitus esset, saltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti, et



—4 Conj. Sigon. *Indicum*.—5 Duo edd. vett.—6 'Oblatus par Manlius in omnibus pæne Edd. ut et in Drak. extat. Sed vix in duobus est Mss. Me ita offendit hæc vox, ut eam jam pæne ejicere constituerem, priusquam Msstorum lectionem consuluissem: quod, cum his consultis viderem vix in ullo eorum extare, sine ullo dubio feci.' Stroth. 'Cessisset videlicet, &c. εἰρωνικῶς dictum: unde delevi interrog. signa post *duces, ruentes, animi, et cepit* posita. *Par* deletum a Stroth. quia vix in duob. extat Mss. Sed aptissimum est.' Rupert.—7 Al. *quam quivis unus*.—8 Al. *Non jam cum*.—9 Al. *eneratum*.

NOTÆ

Valerius. Nam T. Manlius Torquatus qui anno U. C. 406. consul, nec ante ætatem, fuisse legitur, non est quod ambigatur quin major annis 25. esse potnerit cum Camillus e vivis excessit.

¹ *Oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus*] Parem dicit pro adversario destinato: ut velut par cum pare dimicaret.

^m *Senatus ille, quem qui ex regibus*] Cyneas, Pyrrhi legatus, tot reges quot senatores, seu regum conses-

sum, se Romæ vidisse professus dicitur apud Plut. in Pyrrho, Justin. lib. xviii. cap. 2.

† *Longe alius, &c.*] At Alexander cum Græcis, etiam artis militaris peritissimis, et cum Thracibus, Pæonibusque, barbarorum fortissimis, feliciter dimicavit; nec minores erant montes, saltusve minus impediti in Thracia, vicinisque locis, quam in Italia. Sed hanc comparisonem accurate expendi non patitur oræ angustia. *J. Clericus.*

vestigia recentia domesticæ cladis,† ubi avunculus ejus nuper Epiri rex Alexander absumtus erat.

18. Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.^a Qui, si ex habitu novæ fortunæ novique, ut ita dicam, ingenii, quod sibi victor induerat, spectetur, Dario magis similis, quam Alexandro, in Italiam venisset, et exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemque jam in Persarum mores adduxisset. Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis et desideratas humi jacentium adulationes,^o etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus; ^b et fœda supplicia, et inter vinum et epulas cædes amicorum, et vanitatem eminentiendæ stirpis. Quid, si vini amor in dies fieret acrior? quid, si trux ac præservida ira? (nec quicquam dubium inter scriptores refero :) nullane hæc damna imperatoriis virtutibus ducimus? Id vero periculum erat, quod levissimi ex Græcis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ favent, dicitare solent, ne majestatem nominis Alexandri (quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse) sustinere non potuerit populus Romanus, et, adversus quem Athenis, in civitate fracta Macedonum armis,

^b *Molestas Macedonibus, non tantum victoribus, sed vel si victi fuissent.*

NOTÆ

† *Recentia domesticæ cladis, &c.*] Si, nempe, post mortem avunculi ex Asia redux bellum in Italiam intulisset. Eam mortem refert Dodwellus ad annum U. C. 421. qui præcessit annum, quo ad Arbela victus est Darius. Alii serius eum collocant, et quidem quadriennio post. *Idem.*

^a *Quarum nemo intolerantior fuit*] Novum non est, 'intolerandum' dici pro insolenti, quem nemo ferre potest. Sed 'intolerantem' hic sumit Livius pro impotenti, qui fortunæ illecebras superare ac ferre non potest, sed eis succumbit. Non absimili sensu Lucan. 'Nec se Roma ferens.' Eodemque pertinet illud Virg. 'Superanda omnis fortuna ferendo est.'

^o *Desideratas humi jacentium adulationes*] Adorationem Orientalium, qui ad pedes regum salutandi causa se prosternebant, sæpe *adulationis* nomine intelligi Gron. pluribus probat. Sufficit Noster lib. xxx. cap. 16. de Carthaginensium legatis: 'Ubi in castra Romana et Prætorium pervenerunt, more adulantium (accepto credo ritu ab ea regione ex qua oriundi erant) procubuerunt.' His tamen Persicas adorationes, sumto post Darii necem habitu Persarum, exigere cœpit Alexander, seque Jove Ammone genitum credi voluit: quæ cum a Macedonibus improbarentur, eorum plures morte ab eo ejusvo jussu affecti.

cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, concionari libere ausi sint homines,^p (id quod ex monumentis orationum patet,)¹⁰ adversus eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus fuerit. Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta paulo plus decem¹¹ annorum^q felicitate: quam qui eo extollunt, quod populus Romanus, etsi nullo bello, multis tamen præliis victus sit, Alexandro nullius pugnae non secunda fortuna fuerit, non intelligunt, se hominis¹² res gestas, et ejus juvenis, cum populi jam octingentesimum¹³ bellantis annum^r rebus

//////////

10 'Unicus Flor. orationum meritis patet. Scribe, id quod ex monumentis orationum editis patet.' J. F. Gronov.—11 Leg. duodecim Tan. Faber.—12 Scribendum monet Sigon. ex vet. lib. se unius hominis.—13 'Mea qualicumque sententia ad octingentesimum debetur potius librariis vel glossatoribus, Liviana respicientibus tempora, (quod ab h. l. alienum,) legendumque omni-

NOTÆ

^p *Concionari libere ausi sint homines*] Demosthenes præsertim: qui tamen Macedonum vi coactus est venenum sumere.

^q *Paulo plus decem annorum*] Hic rotundus est numerus: revera regnavit Alexander paulo plus annis duodecim ab obitu Philippi, in Macedonia primum, deinde etiam in Asia. Etenim an. 13. currente extinctus est. Et ex eo quod sequitur, 'quam in ætate tredecim annorum,' facile adducor, ut hic legendum putem, paulo plus XII. annorum.

Paulo plus decem annorum] At paulo infra 'tredecim annos' tribuit Alexandro. Sic sæpe Livius rotundis numeris utitur. J. Clericus.

^r *Jan octingentesimum bellantis annum*] Hic necessaria erat particula *fere*: nam ne vita quidem Auctoris ad octingentesimum ab Urbe condita annum pervenit; eoque dicit conjectura ut, cum hæc scriberet, trigesimus tantum annus Urbis ageretur supra septingentesimum. An vero admittenda Tan. Fabri correctio, pro

DCCC. legentis CCCC. annum? Sic quidem satis poterunt ad Alexandri ætatem congruere, ut mox patebit; sed parum liquet hanc Livii mentem esse, qui regnum Alexandri confert cum imperio populi Romani. Neque ad institutum sermonem facit tam longum temporis spatium quo Romani bella gesserunt. Inspicienda duntaxat Alexandri ætas, qua vixit aut vivere potuit. Hoc vero temporum intervallo non semel a Gallis, a Samnitibus, a Pyrrho victi Romani.

Octingentesimum] Si numeres ab excidio Trojæ, annus mortis Alexandri in annum 861. ex Henric. Dodwelli calculo incidit. Sed crediderim Livium, qui vixit medio octavo post conditam Urbem sæculo, perpetuam populi Romani fortunam ad sua usque tempora voluisse conferri cum brevitate vitæ Alexandri. Itaque non est legendum hic, pro *octingentesimo*, *quingentesimum*, ut volunt nonnulli; nam quinti sæculi ab U. C. quarta pars duntaxat erat elapsa,

conferre. Miremur,^c si, cum ex hac parte sæcula plura^a numerentur, quam ex illa anni, plus in tam longo spatio, quam in ætate tredecim annorum, fortuna variaverit? Quin tu hominis cum homine,^t et ducis cum duce, fortunam cum fortuna confers?¹⁴ Quot Romanos duces nominem, quibus nunquam adversa fortuna pugnæ fuit? Paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet, consulum, dictatorumque, quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum Romanum pœnituit. Et, quo sint mirabiliores, quam Alexander aut quisquam rex,¹⁵ denos vicanosque dies quidam dictaturam, nemo plus quam

^c *Quid mirandum est.*

//////////

no quingentesimum annum.^b Rupert. Vid. Not. Var.—14 Scribendum putat Doering. *Quin tu homines cum homine, et duces cum duce, fortunam cum fortuna confers.* Bauer. *Quin tu homines cum homine, duces cum duce, populum cum populo confers?*—15 Al. aut quisquam alius rex.

NOTÆ

Alexandri ævo; mortisque ejus tempore decima tertia ætas ab eodem initio effluerat, et decima quarta agebatur. *J. Clericus.*

^a *Cum ex hac parte sæcula plura]* Sæcula accipe pro ætatibus, quas Græci γενεάς vocant, quæque triginta tantum annorum sunt, ut Dion. Halicarnassens aliique computant. Sic condita Urbe ad Alexandri Magni mortem (quæ circa 427. Urbis annum incidit) erunt quatuordecim ejusmodi sæcula, septem annis additis; cum Alexander annos regni tredecim non impleverit. Alioquin si tempora ad Augustum computes, nimis inæquales numeri erunt, hinc septem majorum sæculorum, vel quatuor et viginti generationum, (quot tunc erant ab Urbe condita,) inde tredecim annorum regnantis Alexandri.

Sæcula plura] Viri docti intelligunt ‘ætates,’ quæ spatio 33. annorum finiebantur. Sed ne sic quidem Livio ratio constat, nisi eum octingentesimum scripsisse statuas, ita ut fue-

rint plus quam viginti ætates. *J. Clericus.*

^t *Quin tu hominis cum homine]* Hoc ego vellem e te, Tite Livi, ut ex tot illis Romanis ducibus, qui Alexandro cœvi, numm aliqueum delegisses, quem omni virtute, fortuna, bellandi ratione anteponendum putares. Nunc uni omnes objicies, qui hoc toto sæculo florere, quorum tamen temporibus haudquaquam immnis ab omni damno respublica. Culpa hæc fuerit aliorum ducum, qui per singulos annos, aut etiam sæpius eundem intra annum mutati, meliorum victorias temeritate aut pravitate sua, vel fortunæ vitio fœdabant cladibus suis. Verum vel hoc ipso superior Alexander, qui eodem semper tenore animoque unus imperaverit. Ita ut quot rei gerendæ impedimenta augendis Romanorum magistratum laudibus Auctor accumulat, totidem sint momenta atque adminicula quibus Alexandri melior causa et conditio fiat. Ad hæc tamen paulo post aliquatenus respondet.

annum consulatum gessit: ab tribunis plebis delectus impediti sunt: post tempus ad bella ierunt: ante tempus comitorum causa revocati sunt: in ipso conatu rerum circumegit se annus: collegæ nunc temeritas, nunc pravitas, impedimento aut damno fuit: male gestis rebus alterius successum est: tironem aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt. At, Hercule, reges, non liberi solum impedimentis omnibus, sed domini rerum temporumque,^a trahunt consiliis cuncta, non sequuntur. Invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella gessisset, et eadem fortunæ pignora in discrimen detulisset. Immo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non solum obnoxium, sed etiam offerentem se: Romanis multi fuissent, Alexandro, vel gloria, vel rerum magnitudine, pares; quorum suo quisque fato, sine publico discrimine, viveret morereturque.

19. Restat, ut copiæ copiis comparentur vel numero, vel militum genere, vel multitudine auxiliorum. Censebantur ejus ætatis lustris ducena quinquagena millia capitum.^d Itaque, in omni defectione sociorum Latini nominis, urbano prope delectu decem scribebantur legiones. Quaterni quinque exercitus sæpe per eos annos in Etruria, in Umbria, Gallis hostibus adjunctis, in Samnio, in Lucanis gerebant bellum. Latium deinde omne cum Sabinis, et Volscis, et Æquis, et omni Campania, et parte Umbriæ Etruriæque, et Picentibus, et Marsis, Peligiisque, ac Vesti-

^d Cum per ea tempora census civium Romanorum singulis quinquenniis a censoribus haberentur, numerabantur, &c.

NOTÆ

^a Domini rerum temporumque] Hoc Demosthenes exaggerat Olyntiaca 1. cum ait Philippum unum esse omnium dominum, et dicendorum, et tacendorum, et simul belli ducem, ac rerum potentem, et distributorem, et ubique ipsum præesse rei militari. Id vero quantum interset, ut celeriter et secundum opportunitatem unumquodque fiat, nullo unquam exemplo

clarius comprobatum est, aut comprobari porro poterit, quam invictissimi Ludovici XIV. regis nostri tot præclaris, fidemque omnem superantibus, ex conjurata adversus Gallicum nomen Europa prope universa victoriis, quæ hoc bello, unius non magis auspiciis quam consiliis factisque, feliciter reportatæ.

nis, atque Apulis, adjunctaque omni ora¹⁶ Græcorum inferi maris a Thuriis^x Neapolim et Cumas,^y et inde Antio atque Ostiis^z tenus Samnites, aut socios^a validos Romanis, aut fractos bello invenisset hostes. Ipse trajecisset mare cum veteranis Macedonibus, non plus triginta millibus hominum et quatuor millibus equitum, maxime Thessalorum: hoc enim roboris erat. Persas, Indos, aliasque si adjunxisset gentes, impedimentum majus,¹⁷ quam auxilium, traheret. Adde, quod Romanis ad manum domi supplementum esset: Alexandro, (quod postea Hannibali accidit,) alieno in agro bellanti, exercitus consenuisset. Arma, clypeus sarissæque¹⁸ illis;^b Romano scutum, majus corpori tegumentum, et pilum, haud paulo, quam hasta, vehementius ictu missuque telum. Statarius uterque¹⁹ miles, ordines servans: sed illa phalanx immobilis et unius generis: Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans; facilis partienti, quacumque opus esset, facilis



16 Thuan. Helm. Voss. *adjuncta omnis ora*. Pro *Thuriis* scribendum monet J. F. Gronov. *Bruttiis*. Vid Not. Var.—17 Vet. lib. apud Sigon. *impedimentum magis*.—18 ‘*Id est hastæ addunt* Mss. nonnulli interpretationis causa.’ Stroth.—19 ‘*Forte utrique, vel utrimque: sed non urgeo.*’ Bauer. ‘*Hoc ordines servans* forsitan vetus quædam glossa est, utpote manifesta explicatio

NOTÆ

^x *A Thuriis*] Non placet Gronovio τὸ *Thuriis*: scribit autem *Bruttiis*, quod Thurii non essent in ora inferi maris. Mihi vero non placet hæc ejus emendatio: tum quod nullius codicis auctoritate firmatur, tum quod Thurii, in Bruttiorum Lucanorumque confinio positi, adeo exiguo intervallo remoti sunt ab infero mari, adeo pari cum extremis Bruttiorum spatio a Romanis finibus distant, ut quæ rationes ad Thuriorum urbem, eadem ad Bruttiorum gentem excludendam valeant. Thurii autem Græcæ nationis, de qua hic agitur, non Bruttii.

^y *Neapolim et Cumas*] In Campaniæ ora erant: sed Græcæ originis hæc duæ civitates.

^z *Antio atque Ostiis*] Cur vero horum nominatim meminit; cum antea Latium omne dixerit? An non hæc Latii nomine continentur? An Græcæ originis sunt? Nequaquam. Sed et his urbibus, et populis aliis, (qui adhuc dubiæ fidei erant,) amplificare voluit Romanorum potentiam. *Ostia* porro in singulari numero proprie urbem significat: in plurali, ipsa Tiberis in mare influentis ora: quantum et sic quoque pro urbe aliquando accipitur.

^a *Samnites, aut socios*] Incipit nova periodus, qua Samnites, quibuscum tunc bellum, a reliquis distinguuntur.

^b *Sarissæque illis*] Hæc Macedonum arma: hastæ erant longiores.

jungenti.^e Jam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior? Uno prælio victus Alexander bello victus esset. Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregisset acies? Næ ille sæpe, etiamsi prima prospere evenissent, Persas et Indos et imbellem Asiam quæsisset,^f et cum fœminis sibi bellum fuisse dixisset: quod Epiri regem Alexandrum,^c mortifero vulnere ictum, dixisse ferunt, sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvene cum sua conferentem. Equidem, cum per annos quatuor et viginti primo Punico bello classibus certatum cum Pœnis recorder, vix ætatem Alexandri suffecturam fuisse reor ad unum bellum. Et forsitan, cum et fœderibus vetustis juncta Punica res^d Romanæ esset, et timor par adversus communem hostem duas potentissimas armis virisque urbes armaret, simul Punico Romanoque obrutus bello esset. Non quidem Alexandro²⁰ duce, nec integris Macedonum rebus, sed¹ experti tamen sunt Romani Macedonem hostem adversus Antiochum, Philippum, Persen, non modo cum clade ulla, sed ne cum periculo quidem suo. Absit invidia verbo,² et civilia bella

^e Quæ commode dividi in globos, ab imperatore, commode in unum corpus conjungi posset.

^f Optasset, ut sibi res iterum esset cum Asiæ ignavis gentibus, non cum bellicosis Romanis.



τοῦ statarius miles.' Stroth.—20 'Forte non Al. quidem: neque enim ita incipere quidem, aut præmitti solet ei, ad quod referatur.' Bauer.—1 'Florent. manus prima nescit τὸ sed: quod sæpius inculcatum invito Auctore monuimus. Deinde omnes scripti relegant copulativam, quæ Philippum conjungit cum Perse. Scribendum: Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus, experti tamen sunt Romani Macedonem hostem adversus Antiochum, Philippum, Persen, non modo cum clade ulla, sed ne cum periculo quidem suo. Possis etiam suspicari, adversis Antiocho, Philippo, Perse.' J. F. Gronov.—

NOTÆ

^c Quod Epiri regem Alexandrum] Hunc Alexandrum Molossum, cum in Italiam transiret, refert Gell. l. xvii. c. 21. ut jam ante annotatum est, dixisse, se quidem ad Romanos ire, quasi in ἀνδρωῆτιν; Macedonem isse ad Persas quasi in γυναικωνῆτιν.

^d Et fœderibus vetustis juncta Punica res] Fœdera quædam Carthaginensium cum Romanis jam retulit: præsertim lib. vii. cap. 27. hæc post quoque renovata. De illis late Polyb. lib. iii.

sileant,^g nunquam ab equite hoste, nunquam a pedite, nunquam aperta acie, nunquam a quis, utique nunquam^h nostris locis^e laboravimus. Equitem,⁴ sagittas, saltus impeditos, avia commeatibus loca gravis armis miles timere potest. Mille acies, graviore quam Macedonum atque Alexandri, avertit avertetque; modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor et civilis cura concordia.

20. M. Foslius Flaccinator inde et L. Plautius Venno consules facti.* Eo anno ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati, cum senatum humi strati movissent, rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces. Itaque, fœdere negato,⁵ induciæ biennii, cum per aliquot dies fatigassent singulos precibus, impetratæ. Et ex Apulia Teanenses^{6f} Canusinique^g po-

^g *Dummodo bellum civile nullum sit.*

//////////

2 Vero Gronov. Doujat. Crevier. all.—3 ‘Forte delendum *nunquam*, et *aquis utique nostris jungendum.*’ Bauer. Vid. Not. Var.—4 ‘*Equidem* in multis Mss. est: quæ lectio manifestam quidem tollit contradictionem, quæ nunc adest in his, ‘nunquam ab equite hoste laboravimus’ et ‘equitem miles timere potest:’ tamen veram eam pronuntiare non audeo. Neque habeo quod substituam huic lectioni, nisi forte *Equitum sagittas* pro *Equitem, sagittas*, legendum sit. *Equitum sagittarumque* voce ad Crassi cladem ipsi a Parthis inflictam alludi jam docuit Drakenborchius.’ Stroth. ‘Genuina fortasse est lectio multorum Mss. *Equidem*, quæ mutata in *Equitem* videtur ab iis, qui hanc particulam cum persona tertia positam non ferre poterant. Usus tamen hujus partiellæ cum persona tertia probari potest idoneis exemplis. Vid. Ernesti Clav. Cic. s. v. ‘*equidem.*’ Interim fateor, me, sive *Equidem* sive *Equitem* legeris, desiderare plane orationis nexum tam cum antecedentibus, quam cum sequentibus. At egregie omnia cohærebunt, si pro *Equidem* mecum reposueris, *Sæpe quidem*, et particulam *sed* ante *Mille* inserneris. Et sic Livius neque insignem Crassi cladem, Parthorum sagittis inflictam, neque grave illud discrimen, quo in Furculis Caudinis laboravit exercitus Romanus, dissimulasse videtur.’ Doering. Corrigen dum monet Doujat. ex Memm. *Et quidem Samnites saltus.*

5 *De fœdere negatum* Gronov. Doujat. Crevier.—6 *Al. Theanenses.* Vid.

NOTÆ

^e *Utique nunquam nostris locis*] Alii *nunquam iniquis locis*: quod dici non potest. Gron. iv. Observat. scribendum contendit *nunquam nostris locis*, (et ita Ill. Memmii liber,) id est, locis quæ nobis opportuna; ut cum Romani loco prævaluerunt, nunquam non ejus commoditate usi sint. Sed si correctioni locus, facilius videtur,

utique nunquam nisi iniquis locis: ant, *nisi iniquis nostris locis*; quæ scilicet iniqua essent nostris exercitibus.

* A. U. C. 435.

^f *Ex Apulia Teanenses*] Ad dextram Frentonis, quo a Frentanis et Samnitibus Apulia Dannia determinatur, decem ferme supra ejus fl. ostium miliaribus fuit Theanum, cog-

pulationibus fessi, obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditionem venerunt. Eodem anno primum præfecti Capuæ⁷ creari cœpti,^h legibus ab L. Furio prætore datis: cum utrumque ipsi pro remedio ægris rebus discordia intestina petissent. Et duæ Romæ additæ tribus, Ufentina ac Falerina.ⁱ Inclinatorum semel in Apulia rebus, Teates quoque Apuli^k ad novos consules, C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam,* fœdus petitum venerunt,⁸ pacis

//////////

Not. Var.—7 Gronov. e pluribus Mss. et edd. antt. reduci velit *Capuam*, h. e. qui Capuam mitterentur.—8 *Venere* Gronov. Doujat. Crevier.—

NOTÆ

nomento Apulum, ad discrimen Theani Sidicini. In ruinis hodie jacet, estque loco nomen *Civita*, ut pro certo habet Holstenius, quanquam itinerariorum intervalla conveniunt in locum nomine *Serra Capriola*. Ab ea civitate dictos *Theanenses*, etsi paulo a Canusinis remotiores, idem cum illis sensisse nihil vetat. Nihil igitur mutandum. Nec, quod Gron. suspicabatur, *Cannenses* reponendi; qui etsi oppidum aliquando habuerint, ubi tamen id anno ante pugnam Cannensem solo æquatum fuit, minoris dignationis erant. De Theatibus mox viderimus.

* *Canusinique*] In aditu Apuliæ Pœncetiæ, ad dextram Aufidi ripam, supra Cannas, est Canusium oppidum: quo Varro consul Rom. cum Cannensis cladis reliquiis perfugit. In Danniis Plinius ponit. Nunc vulgo *Canosa*.

^h *Præfecti Capuæ creari cœpti*] Oppidorum Italiæ, quæ in Romanorum ditione, non omnium eadem conditio fuit. Quædam coloniæ, quædam municipia, alia præfecturæ dicebantur. Coloniæ et municipia proprios de suo corpore habebant magistratus. Præfecturæ alium non habebant magistratum, quam Roma quotannis missum Præfectum, qui jus redderet oppidanis: unde præfecturæ dictæ, qua-

rum deterior conditio, nec multum a conditione provinciarum abhorrens. Earum aliæ præfectos accipiebant populi Romani suffragiis creatos, in quarum numero (saltem post bellum Punicum II.) Capua ex Festo: in alias prætor urbanus præfectos mittebat. Sed horum oppidorum status non raro mutabatur: ex coloniis aut municipiis præfecturæ, ex præfecturis coloniæ vel municipia fiebant; et coloniæ in municipia transibant, vel vice versa; prout cives bene vel male meriti de Rep. Rom. videbantur, aut ipsi a pop. Rom. postulabant. Aliæ ab his civitates fœderatæ, et vel liberæ, vel vectigales aut stipendiariæ erant. Vide in primis A. Gell. l. XVI. c. 13. Onuphr. de Civit. Rom. et Sigon. De Antiq. Jure Ital. lib. II.

* A. U. C. 436.

ⁱ *Additæ tribus, Ufentina et Falerina*] Ufentina seu Onfentina tribus 30. ab Ufente flumine Volscorum, quod per agrum Privernatem in mare influit ad Tarracinam, nomen accepit. Ei postea populi alii a censoribus additi auctore Festo. Falerina tribus 31. ab agro Falerno in Campaniæ finibus dicta, ut Onuphris et Sigon. conjiciunt.

^k *Teates quoque Apuli*] *Teate* sive *Theate* civitas fuit Marrucinarum, ni-

per omnem Apuliam præstandæ populo Romano auctores. Id audacter spondendo impetravere, ut fœdus daretur: neque ut æquo tamen fœdere,¹ sed ut in ditione⁹ populi Romani essent. Apulia perdomita, (nam Forento quoque^m valido oppido Junius potitus erat,) in Lucanos perrectum. Inde repentino adventu Æmilii consulis Nerulum vi captum.ⁿ Et postquam res Capuæ stabilitas Romana disciplina fama per socios vulgavit; Antiatibus quoque, qui se sine legibus certis, sine magistratibus^o agere querebantur, dati ab senatu ad jura statuenda ipsius coloniæ patroni: ° nec arma modo, sed jura etiam Romana late pollebant.

//////////

9 Al. *sed in ditione*. Vid. Not. Var.—10 Vet. lib. apud Sigon. *sine legibus certisque magistratibus*.

NOTÆ

hil ad Apuliam pertinens. Nec facile a Theate, Theates; sed Theatini, ut a Reate Reatini: quod utrumque Sigon. et Gronov. observant: a Teano vero melius, opinor, Teanenses ut supra, quam Teanates. Et si *Teanates* legamus, pro *Teates*, remanet adhuc scrupulus ex eo quod datis obsidibus in ditionem jam ante venisse dicantur; node non apparet qua ratione fœdus sequenti anno petere poterint. Reponi tamen posset forte, obsides quidem futuræ ditionis causa paulo ante a Theanensibus datos, nondum tamen secutam ditionem. Et vero quid prohibet eos spe melioris conditionis ad sequentes consules venisse, cum se, pacis apud reliquos Apulos auctores, universam gentem in ditionem populi Romani adducturos sponderent? Quod autem tam præclara polliciti æquum fœdus non obtinuerint, ea videtur esse causa, quod jam in ditionem, aut, quome potius conjectura fert, *in ditionem*, venissent, seu venturos pacti essent. Si cui hæc non probantur, non *Teanates*, sed *Uriates* legat. Est enim Uria ejusdem Apuliæ oppidum sub

Monte Gargano.

¹ *Neque ut æquo tamen fœdere*] Huc referendum *essent* ex fine periodi: ut nihil mutandum sit. Æquum autem fœdus est, cum amicitia ita contrahitur ut ambo populi socii, ac liberi pariter maneant, ut neuter alteri quicquam, aut uterque alteri auxilium pari jure debeat.

^m *Nam Forento quoque*] De hoc antea. Est paulo supra Acherontiam.

ⁿ *Nerulum vi captum*] Inter Grumentum Lucanorum, ad Sirim anem, et Murannu in finibus Bruttiorum, ac propius ab hoc distans, Nerulum ad eundem Sirim, nunc *Episcopia* Claverio. Sed Holstenius ex itinerariis probat fuisse ex adversa parte Apennini circa Lanu fl. ubi nunc *Laino* et circa *la Rotonda*.

^o *Ipsius coloniæ patroni*] Non modo privatis e plebe clientibus, sed coloniis ac civitatibus sui erant ex Romanis patriciis primoribusque patroni; et plerumque ii a quibus unaquæque civitas ditioni Romanæ adjecta fuerat. Bononiam in Antoniorum clientela fuisse Suetonius, Puteolos in Cassiorum Cic. testatur. Et coloniæ

21. C. Junius Bubulcus et Q. Æmilius Barbula consules exitu anni non consulibus ¹¹ ab se creatis, * Sp. Nautio et M. Popillio, ceterum dictatori L. Æmilio legiones tradiderunt. Is, cum L. Fulvio magistro equitum Saticulam ¹² p oppugnare adortus, rebellandi causam Samnitibus dedit. Duplex inde terror illatus Romanis. Hinc Samnis, magno exercitu coacto ad eximendos obsidione socios, haud procul castris Romanorum castra posuit: hinc Saticulani magno cum tumultu, patefactis repente portis, in stationes hostium incurrerunt. Inde pars utraque, ⁹ spe alieni magis auxilii, quam viribus freta suis, justo mox prælio inito Romanos urgent. Et, quanquam anceps dimicatio erat, tamen utrimque tutam aciem dictator habuit; quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit, et diversa statuit signa. ⁶ Infestior tamen in erumpentes incessit: nec magno certamine intra mœnia compulit. Tum totam aciem in Samnites obvertit. Ibi plus certaminis fuit. Victoria sicut sera, ita nec dubia, nec varia fuit. ⁷ Fusi in castra Samnites, extinctis nocte ignibus, tacito agmine abeunt: et, spe abjecta Saticulæ tuendæ, Plistiam ipsi, socios Romanorum, ⁷ ut parem dolorem hosti redderent, circumsi-
dunt.

⁶ Signa et copias in utramque partem ita disposuit, ut hinc obsessis, inde auxiliatoribus frontem opponerent.

⁷ Non fuit anceps victoria, nec ulla ex parte variavit, sed ubique eodem tempore ab initio ad finem processit.

11 Flor. novis consulibus.—12 Vulg. *Satriculam*, et mox *Satricani*.

NOTÆ

suis legibus utebantur, quæ partim a deductoribus datæ, partim a senatu suo et populo constitutæ.

* A. U. C. 437.

^p *Saticulam*] Campaniæ ad Samnii confinia civitatem, Samnitium sociam, de qua supra.

⁹ *Inde pars utraque*] Saticulani et Samnites, quorum neutri per se pares Romanis, sperabant se mutua ope

Delph. et Var. Clas.

superiores futuros.

^r *Plistiam ipsi, socios Romanorum*] Diodorus l. XIX. *Plisticam* vocat, aitque præsidium Romanorum habuisse, ut notat Sigon. qui in Samnio ponit, cum tamen hic sociæ Romanorum dicitur, et a Samnitibus obsessa. Cluverius eandem putat cum Plestina Marsorum oppido, cujus Noster meminit lib. x. c. 3. Fuisse videtur non

Livius.

4 O

22. Anno circumacto, bellum deinceps ab dictatore Q. Fabio gestum est. Consules novi,^s sicut superiores, Romæ manserunt: Fabius, ad accipiendum ab Æmilio exercitum, ad Saticulam cum supplemento venit. Neque enim Samnites ad Plistiam manserant: sed, accitis ab domo novis militibus, multitudine freti, castra eodem, quo antea, loco posuerunt: lacessentesque prælio Romanos avertere ab obsidione conabantur. Eo intentius dictator in mœnia hostium versus, id bellum tantum¹³ ducere,¹ quod urbem oppugnabat: securior ab Samnitibus agere, stationibus modo oppositis, ne qua in castra vis fieret.⁴ Eo ferocius adequitare¹⁴ Samnites vallo, neque otium pati. Et cum jam prope in portis castrorum esset hostis, nihil consulto dictatore, magister equitum Q. Aulius Cerretanus, magno tumultu cum omnibus turmis equitum eVectus, summovit hostem. Tum in minime pertinaci genere pugnae^u sic fortuna exercuit opes,¹⁵ ut insignes¹⁵ utrimque clades et clara ipsorum ducum ederet funera. Prior Samnitium impera-

^k Tanto acrius dictator ad oppugnationem urbis conversus, id tantummodo pro bello habebat, quod in promovenda oppugnatione operam poneret. Nam in Samnitibus tutum se præstabat, militum globis adversus eos per stationes dispositis.

^l Fors usa est dominatu ac potentia sua.

//////////

13 In omnibus fere Mss. est *tanti*: inepte, iudicibus Stroth. et Rupert.—

NOTÆ

procul Pitonio amne, qui in Lacum Fucinum influit.

* A. U. C. 438.

^s *Consules novi*] Novorum consulum nomina librorum vitio deesse apud Liv. putant Glar. et Sigon. Hic ea supplet ex Diodoro Sic. Cassiodoro, et Capitolinis tabulis. Fuere autem L. Papirius Cursor, et Q. Publ. Philo, ambo IV.

Consules novi] Hisce verbis subiicienda hæc censent viri docti, L. Papirius Cursor IV. et Q. Publilius Philo IV. quasi omissa non a Livio, sed a librariis. Certe fuerunt hujus anni consules. Vide c. 24. J. Clericus.

¹ *Id bellum tantum ducere*] Gron. est emendatio; cum esset, *id bellum tanti ducere, quod urbem oppugnabat*. Etsi absque emendatione constat sensus, si 'quod oppugnabat' interpretemur, cum Sigonio, quatenus oppugnabat.

^u *In minime pertinaci genere pugnae*] Equestri, quod pugnae genus invehendo, assiliendo, aut subinde recedendo, magis quam urgendo ac resistendo exercetur: contra quam pedestre prælium, quod statarium.

^x *Sic fortuna exercuit opes*] Num potius *exercuit copias*? sic egit miscuitque ambos exercitus.

tor, ægre patiens, quo tam ferociter^{16 y} adequitasset, inde se fundi fugarique, orando hortandoque equites prælium integravit. In quem, insignem inter suos cientem pugnam, magister equitum Romanus infesta cuspide ita permisit equum, ut uno ictu exanimem equo præcipitaret: nec, ut fit, ad ducis casum percussa magis, quam irritata, est multitudo. Omnes, qui circa erant, in Aulium, temere invec-tum per hostium turmas, tela conjecerunt. Fratri præcipuum decus¹⁷ ulti Samnitium imperatoris dederunt. Is victorem detractum ex equo magistrum equitum, plenus mœroris atque iræ, trucidavit: nec multum a fuit, quin corpore etiam, quia inter hostiles ceciderat turmas, Samnites potirentur. Sed extemplo ad pedes descensum ab Romanis est, coactique idem Samnites facere. Et repentina acies circa corpora ducum pedestre prælium iniit, quo haud dubie superat Romanus; recuperatumque Aulii corpus, mixta cum dolore lætitia, victores in castra referunt. Samnites, duce amisso, et per equestre certamen tentatis viribus, omissa Saticula, quam nequicquam defendi rebantur, ad Plistiæ obsidionem redeunt; intraque paucos dies Saticula Romanus per deditionem, Plistia per vim Samnis potitur.

23. Mutata inde belli sedes est. Ad Soram ex Samnio Apuliaque traductæ legiones. Sora ad Samnites defece-rat,^z interfectis colonis Romanorum. Quo cum prior Romanus exercitus, ad ulciscendam civium necem recuperandamque coloniam, magnis itineribus prævenisset,¹⁸ et sparsi per vias speculatores, sequi legiones Samnitium, nec jam procul abesse, alii super alios, nuntiarent; obviam



14 *Obequitare Gronov. Doujat.*—15 *Insignis iid. cum Crevier.*—16 *Vulg. quod tam ferociter.*—17 *Vulg. Fratrique præcipuum decus. Vid. Not. Var.*

NOTÆ

^y *Quo tam ferociter]* Libri, Gron. quousque tam ferociter adequitasset. profitente, constanter habent quod ^z *Sora ad Samnites defece-rat]* De *tam ferociter. Sed ratio vult quo. Ut* Sora colonia in Volscis lib. vii. sit ægre patiens inde se fugari,

itum hosti, atque ad Lautulas^a ancipiti prælio dimicatum est. Non cædes, non fuga alterius partis, sed nox incertos, victi victoresne essent, diremit. Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse, atque in ea cecidisse Q. Aulium, magistrum equitum. Suffectus in locum Aulii C. Fabius magister equitum cum exercitu novo ab Roma advenit; et, per præmissos nuntios consulto dictatore, ubi subsisteret, quove tempore, et qua ex parte hostem aggredereur, substitit occultus, ad omnia satis exploratis consiliis.^m Dictator, cum per aliquot dies post pugnam continuisset suos intra vallum, obsessi magis quam obsidentis modo, signum repente pugnae proposuit; et, efficacius ratus ad accendendos virorum fortium animos, nullam alibi, quam in semet ipso, cuiquam relictam spem, de magistro equitum novoque exercitu militem celavit: et, tanquam nulla, nisi in eruptione, spes esset, 'Locis,' inquit, 'angustis, milites, deprehensi, nisi quam victoria patefecerimus, viam nullam habemus. Stativa nostra munimento satis tuta sunt; sed inopia eadem infesta. Nam et circa omnia defecerunt, unde subvehi commeatus poterant; et, si homines¹⁹ juvare velint, iniqua loca sunt. Itaque non frustrabor ego vos, castra hic relinquendo, in quæ, infecta victoria, sicut pristino die, vos recipiatis. Armis munimenta, non munitis arma tuta esse debent. Castra habeant repetantque, quibus operæ est trahere bellum: nos omnium rerum respectum, præterquam victoriae, nobis abscindamus. Ferte signa in hostem: ubi extra vallum agmen excesserit, castra, quibus imperatum est, incendant: damna vestra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum præda sarcien-

^m *Mansit in insidiis, postquam dictatoris cogitata, atque in omnem eventum consilia penitus cognovit, perspectaque habuit.*

ⁿ *Rebellarunt vicina loca omnia, ex quibus deportari poterat annona.*



18 'Perrenisset Crevier. all. perperam.' Stroth.—19 Vet. lib. apud Sigon.

NOTÆ

^a *Ad Lautulas]* Juxta Minturnas, ut diximus supra lib. VII. c. 39.

tur.' Et oratione dictatoris,²⁰ quæ necessitatis ultimæ index erat, milites accensi vadunt in hostem, et respectus ipse ardentium castrorum, quanquam proximis tantum (ita enim jusserat dictator) ignis est subditus, haud parvum fuit irritamentum. Itaque, velut vecordes illati, signa primo impetu hostium turbant; et in tempore, postquam ardentia procul vidit castra magister equitum, (id convenerat signum,) hostium terga invadit. Ita circumventi Samnites, qua potest quisque, fugam per diversa petunt. Ingens multitudo, in unum metu conglobata, ac semet ipsam turba impediens, in medio cæsa. Capta hostium castra direptaque; quorum præda onustum militem in Romana castra dictator reducit, haudquaquam tam victoria lætum, quam quod, præter exiguam deformatam incendio partem, cetera contra spem salva invenit.

24. Ad Soram inde reditum; novique consules M. Pœtelius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt,* magna parte veterum militum dimissa, novisque cohortibus in supplementum adductis. Ceterum, cum propter difficilem urbis situm nec oppugnandi satis certa ratio iniretur, et aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria esset; Soranus transfuga, clam ex oppido profectus, cum ad vigiles Romanos penetrasset, duci se extemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit. Visus inde (cum, quonam modo id præstaturus esset, percunctantes doceret) haud vana afferre, perpulit, prope adjuncta mœnibus Romana castra ut sex millia ab oppido removerentur: fore, ut minus intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnæ vigiliæ essent. Ipse insequenti nocte, sub oppido sylvestribus locis cohortibus insidere jussis, decem milites delectos secum per ardua ac prope invia in arcem ducit; pluribus, quam pro numero



omnes.—20 ' *Ea oratione dictatoris.* Rott. et Helm. *Et ea oratione.* Flor. et Vossianus, *Et oratione.* Et ita legendum.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

* A. U. C. 439.

virorum, missilibus telis eo collatis. Ad hæc saxa erant, et temere jacentia (ut fit) in aspretis, et de industria etiam, quo locus tutior esset, ab oppidanis congesta. Ubi cum constituisset Romanos, semitamque angustam et arduam, erectam ex oppido in arcem, ostendisset; ‘Hoc quidem ascensu,’ inquit, ‘vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint: vos et decem numero, et, quod plus est, Romani, Romanorumque fortissimi viri estis; et locus pro vobis, et nox erit, quæ omnia ex incerto majora territis ostentat. Ego jam terrore omnia implebo: vos arcem intènti tenete.’ Decurrit inde, quanto maxime¹ poterat cum tumultu, ‘ad arma,’ et ‘pro vestram fidem, cives!’ clamitans, ‘arx ab hostibus capta est; ite, defendite.’² Hæc incidens principum foribus, hæc obviis, hæc excurrentibus in publicum pavidis increpat. Acceptum ab uno pavorem plures per urbem ferunt. Trepidati magistratus, missis ad arcem exploratoribus, cum tela et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent, avertunt animos a spe recuperandæ arcis. Fuga cuncta complentur, portæque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refringuntur: quarum per unam præsidium Romanum clamore excitatum irrumpit, et concursantes per viam³ pavidos cædit. Jam Sora capta erat, cum consules prima luce advenere; et, quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt. Ex his ducentos viginti quinque,⁴ qui omnium consensu destinabantur et infandæ colonorum cædis et defectionis auctores, vinctos Romam deducunt. Ceteram multitudinem incolumem, præsidio imposito, Soræ relinquunt. Omnes, qui Romam deducti erant, virgis in foro cæsi ac securi percussi summo gaudio plebis; cujus maxime intererat, tutam ubique, quæ passim in colonias mitteretur, multitudinem esse.

25. Consules, ab Sora profecti, in agros atque urbes Ausonum^b bellum intulerunt. Mota namque omnia adventu



¹ Conj. J. F. Gronov. *maximo*.—² Vulg. *defendite, ite*.—³ Vet. lib. apud Sigon. *per vias*.—⁴ Vet. lib. apud eund. *CCXXXV*.

Samnitium, cum apud Lautulas dimicatum est, fuerant, conjurationesque circa Campaniam passim factæ. Nec Capua ipsa crimine caruit. Quin Romam quoque et⁵ ad principum quosdam inquirendos⁶ ventum est. Ceterum Ausonum gens proditione urbium, sicut Sora, in potestatem venit. Ausona,^d et Minturnæ, et Vescia⁷ urbes erant; ex quibus principes juventutis duodecim numero, in proditionem urbium suarum conjurati, ad consules veniunt: doceant, 'suos, jam pridem exoptantes Samnitium adventum, simul ad Lautulas pugnatum audierunt,⁸ pro victis Romanos habuisse, juventute, armis⁹ Samnites juvisse. Fugatis inde Samnitibus, incerta pace agere, nec claudentes portas Romanis, ne arcessant bellum, et obstinatos claudere, si exercitus admoveatur. In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse.' His auctoribus mota propius castra; missique eodem tempore circa tria oppida milites, partim armati, qui occulti propinqua mœnibus insiderent loca, partim togati, tectis veste gladiis, qui sub lucem apertis portis urbes ingrederentur. Ab his¹⁰ simul custo-



5 Copulam *et delendam* putat Doering.—6 E duobus Mss. legendum monet Stroth. *inquirendo*. In textum suum recepit Kreyssigius.—7 Al. *Vestina*, *Vestitia*, *Vestia*.—8 Conj. Rupert. *pugnatum audierint*.—9 *Et armis* Gronov.

NOTÆ

^b *Ausonum*] Ausonum regionem late patuisse, et in Samnio Beneventum, in Campania Nolam et Cales, circa Massicum montem Sinuessam, et Vesciam, apud Lirim amnem Minturnas, aliaque loca, Ausonum aliquando fuisse demonstrat Cluv. Cales sola Ausonum urbs indicabatur a Nostro lib. VIII. cap. 15. Nimirum strictius Ausoniam nomen accipiebatur, quatenus diversi ab Auruncis et Sidicinis. Nunc sumi videntur pro omnibus Opicorum per hæc tempora reliquis: aut certe pro Auruncis, qui a Circeiis, non tantum ad fl. Lirim, ut habet Plinius de Ausonibus, sed ad Sinuessam protensi.

^c *Ad principum quosdam inquirendos*] Intelligendum puto de primoribus Ausonum, Campanorumve, qui tunc Romæ essent.

^d *Ausona*] De hac urbe aliud nihil conjici potest, nisi Auruncorum fuisse, Minturnis ac Vesciæ, de quibus lib. VIII. c. 11. vicinam, et sic Formias inter et Sinuessam, nec procul Liri sitam, in agro scilicet Vescino. Forte eadem fuit, quæ prius Aurunca: quæ licet a Samnitibus destructa, refici deinde potuit. Elysium Calentius a Ferrario laudatus in novo Latio locat, ubi nunc vicus *Ventusia* nomine.

des trucidari cœpti, simul datum signum armatis, ut ex insidiis concurrerent. Ita portæ occupatæ, triaque oppida eadem hora eodemque consilio capta. Sed, quia absentibus ducibus impetus est factus, nullus modus cædibus fuit; deletaque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internecivo¹¹ bello certasset.

26. Eodem anno, prodito hostibus Romano præsidio, Luceria Samnitium facta. Nec diu proditoribus impunita res fuit. Haud procul inde exercitus Romanus erat: cujus primo impetu urbs, sita in plano, capitur. Lucerini ac Samnites ad internecionem cæsi. Eoque ira processit, ut Romæ quoque, cum de colonis¹² mittendis Luceriam consuleretur senatus, multi delendam urbem censerent. Præter odium, quod execrabile^e in bis captos^f erat, longinquitas quoque abhorrere a relegandis tam procul ab domo civibus inter tam infestas gentes cogebat. Vicit tamen sententia, ut mitterentur coloni. Duo millia et quingenti missi. Eodem anno, cum omnia infida Romanis essent, Capuæ quoque occultæ principum conjurationes factæ.^{13g} De quibus cum ad senatum relatum esset, haudquaquam neglecta res est. Quæstiones decretæ, dictatoremque quæstionibus exercendis dici^h placuit. C. Mænius dictus. Is M. Foslium magistrum equitum dixit. Ingens erat magistratus ejus terror. Itaque sive timore ejus, seu conscientia, Ca-



Doujat. Crevier.—10 *Ab iis iid.*—11 *Internecino iid.*

NOTE

^e *Odium, quod execrabile*] Odium execrabile dixit, pro eo quo prosequerentur Romani Lucerinos, tanquam execratione dignos. Hypallage.

^f *In bis captos*] Socii Romanorum fuisse dicuntur Lucerini, hujus lib. cap. 2. In societatem venerunt, opinor, cum ceteris Apulis et Lucanis, de quibus lib. VIII. cap. 25. Paulo ante, vel statim post pugnam Caudinam, ad Samnites defecisse oportet; quando eo missi ab illis obsides Ro-

mani, hujus lib. cap. 12. Tum capta a L. Papirio Cursore cap. 15. Nunc cum ad Samnites iterum descivisset, illorum exercitu cæso, denuo recepta est.

^g *Occultæ principum conjurationes factæ*] Ita Gelenius ex scriptis, nec aliter optimæ editiones. Alias *patefactæ*.

^h *Dictatoremque quæstionibus exercendis dici*] Hoc vero novum, ut dictator in id crearetur.

lavios, Ovium Noviumque,¹⁴ (ea capita conjurationis fuerant,) priusquam nominarentur apud dictatorem, mors haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit. Deinde, ut quæstioni Campanæ materia decessit, versa Romam interpretando res:^o non nominatim, qui Capuæ, sed in universum, qui usquam coissent conjurassentve adversus rem publicam,¹⁵ i quæri senatum jussisse: et coitiones, honorum adipiscendorum causa factas, adversus rem publicam esse: latiorque et re et personis quæstio fieri; haud abnuente dictatore, sine fine ulla quæstionis suæ jus esse.^p Postulabantur ergo nobiles homines: appellantisque tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur.^q Inde nobilitas, nec hi¹⁶ modo, in quos crimen intendebatur, sed universi simul, negare, nobilium id crimen esse, quibus, si nulla obstetur fraude, pateat via ad honorem, sed hominum novorum. Ipsos adeo dictatorem magistrumque equitum reos magis, quam quæsitores¹⁷ idoneos^k ejus criminis esse: intellecturosque ita id esse, simul magistratu abissent. Tum enimvero Mænius, jam famæ magis, quam imperii, memor, progressus in concionem ita verba fecit: ‘Et omnes antea vitæ vos conscios habeo, Quirites, et hic ipse

^o *Ubi materia inquirendi de conjurationibus Capuæ factis cessavit morte auctorum voluntaria, translatum est Romam inquirendi munus, per interpretationem.*

^p *Potestatem inquirendi sibi traditam nullo certo limite contineri.*

^q *Quominus accusati scriberentur inter reos.*



12 *Vulg. ut Romæ, cum de colonis.*—13 *Vulg. patefactæ.*—14 *Vet. lib. apud Sigon. Orum, Norumque.* ‘Becharius et Aldina, sive timore seu conscientia ejus. Ascensus et Mogunt. sive timore seu conscientia vi. Fuld. memb. Thuan. duo Pall. uterque Voss. Helm. Andreasque, et Campanus, sive timor seu conscientia vis: proba lectio, si morte scribas, hoc modo: *Ingens erat magistratus ejus terror: itaque sive timor sive conscientia vis Calavios Ovium Noviumque (ea capita conjurationis fuerant) morte haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit. Veteres etiam omnes editi et scripti appellantisque tribunos.*’ J. F. Gronov.—15 *Al. adversus Romanum populum.*—16 *li Gronov. Doujat. Crevier.*—

NOTÆ

ⁱ *Adversus rem p.]* Ita Sigonius, cum esset *adversus Romanum populum.* Errorem natum vult ex singularibus literis *R. P.* Et vero antiqui *populum Romanum* potius dicebant quam *R. populum.*

^k *Quæsitores idoneos]* Alias *quæstores.* Quæsitoris nomine hac significatione Veteres magis usi: Tritum illud Virg. ‘*Quæsitor Minos urnam movet.*’

honos, delatus ad me, testis est innocentiae meae. Neque enim, quod saepe alias, quia ita tempora postulabant rei publicae, qui bello clarissimus esset, sed qui maxime procul ab his coitionibus vitam egisset, dictator deligendus exercendis quaestionibus fuit. Sed quoniam quidam nobiles homines (qua de causa vos existimare, quam me pro magistratu quicquam incompertum dicere, melius est) primum ipsas expugnare quaestiones omni ope annisi sunt; dein, postquam ad id parum potentes erant, ne causam dicerent, in praesidia adversariorum, appellationem et tribuniciam auxilium, patricii confugerunt; postremo repulsi inde (adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam suam purgarent, visa) in nos irruerunt, et privatis dictatorem postulare reum verewardiae non fuit: ut omnes Dii hominesque sciant, ab illis, etiam quae non possint,¹⁸ tentari, ne rationem vitae reddant; me obviam ire crimini, et offerre me inimicis reum; dictatura me abdicco. Vos quaeso, consules, si vobis datum ab senatu negotium fuerit, in me primum et hunc M. Foslium quaestiones exerceatis; ut appareat, innocentia nostra nos, non majestate honoris, tutos a criminationibus¹⁹ istis esse. Abdicat inde se dictatura, et post eum confestim Foslius magisterio equitum: primique apud consules (iis enim ab senatu mandata res est)²⁰ rei facti, adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur. Publilius etiam Philo, multiplicatis summis honoribus, post res tot domi belloque gestas, ceterum invisus nobilitati, causam dixit, absolutusque est. Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat, quaestio per clara nomina reorum viguit. Inde labi coepit ad viliora capita, donec coitionibus factionibusque, adversus quas comparata erat, oppressa est.

27. Earum fama rerum, magis tamen spes Campanae defectionis,¹ in quam conjuratum erat, Samnites, in Apuliam

17 Al. *quaestores*.—18 ‘*Possunt* in plurimis Mss. apud Drak. quod praefereendum puto.’ *Doering*.—19 Vulg. *criminibus*.—20 Vet. lib. apud Sigon. erat.

NOTÆ

¹ *Magis tamen spes* [*spe*] *Campanae* vel potius *spes revocavit. defectionis*] Malim *spes*, ut sit, fama,

versos, rursus ad Caudium revocavit: ut inde ex propinquo, si qui motus occasionem aperiret,¹ Capuam Romanis eriperent. Eo consules cum valido exercitu venerunt. Et primo circa saltus, cum utrimque ad hostem iniqua via esset, cunctati sunt: deinde Samnites per aperta loca brevi circuitu in loca plana,^m Campanos campos,² agmen demittunt, ibique primum castra in conspectu hostibus data:³ n deinde levibus præliis, equitum sæpius, quam peditum, utrimque periculum factum: nec aut eventus eorum Romanum, aut moræ, qua trahebant bellum, pœnitebat. Samnitium contra ducibus, et carpi parvis quotidie damnis, et senescere dilatione belli vires suæ videbantur. Itaque in aciem procedunt, equitibus in cornua divisus: quibus præceptum erat, intentiores ad respectum castrorum, ne qua eo vis fieret, quam ad prælium,^r starent: aciem pediti tutam fore.⁴ Consulum⁵ Sulpicius in dextro, Pœtelius in lævo cornu consistunt. Dextra pars, qua et Samnites raris ordinibus, aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumirentur, constiterant, latius patefacta stetit. Sinistris, præterquam quod confertiores steterant, repentino consilio Pœtelii consulis additæ vires: qui subsidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ casus reservabantur, in

^r *Ut in acie consistentes majorem curam gererent castrorum, ne impetus in ea fieret a Romanis, quam pugna.*

1 *Aperirent Gronov. Doujat. Crevier.*—2 *Verba Campanos campos delenda putabat Camill. Peregr. Diss. 11. de Capua.*—3 *In conspectum data emend. J. F. Gronov.*—4 *Aciem pediti tutam fore Ms. Helmst. prob. J. F. Gronov.*

NOTÆ

^m *Loca plana*] Inde Campaniæ nomen, quod circa Capuam Campestris regio sit. Hinc Leborini Campi, &c. Vide Flor. 1. 16.

ⁿ *Castra in conspectu hostibus data*] Facile in Gronovii sententiam ivero opinantis scriptum, *in conspectum data*.

^o *Aciem pediti tutam fore*] Immo, *pediti*; quod mihi, ut alia non pauca, in mentem venerat, nondum visa

Gron. nota. Quid enim aliud poterant Samnitium duces cogitare, cum præciperent equitibus, ut minus de prælio quam de castris solliciti essent, nisi fore ut peditatus ad victoriam sufficeret? Becharius aliique ediderunt: *cum ad prælium starent, aciem peditum tutam fore*: id est dummodo consistent: sensu non deteriore. Melius forte *dum ad prælium starent*.

primam aciem extemplo emisit, universisque hostem primo impetu viribus impulit. Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit. In hunc, transverso agmine inter duas acies se inferentem, Romanus equitatus concitat equos; signaque et ordines peditum atque equitum confundit, donec universam ab ea parte avertit aciem. In eo cornu non Pœtelius solus, sed Sulpicius etiam, hortator affuerat, auctus ab suis nondum conserentibus manus ad clamorem, ab sinistra parte prius exortum. Unde, haud dubiam victoriam cernens, cum ad suum cornu tenderet cum mille ducentis viris, dissimilem ibi fortunam invenit: Romanos loco pulsos, victorem hostem signa in percussos inferentem. Ceterum omnia mutavit repente consulis adventus. Nam et conspectu ducis reffectus militum est animus: et, majus quam pro numero auxilium, advenerant⁶ fortes viri: et partis alterius victoria audita, mox visa etiam, prælium restituit. Tota deinde jam vincere acie Romanus, et, omisso certamine, cædi capique Samnites; nisi qui Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est,^p perfugerunt. Ad triginta millia cæsa aut capta Samnitium, proditum memoriæ est.

28. Consules, egregia victoria parta, protinus inde ad Bovianum^q oppugnandum legiones ducunt: ibique hyberna egerunt, donec ab novis consulibus L. Papirio Cursore quintum, C. Junio Bubulco iterum,* nominatus dictator C. Pœtelius cum M. Foslio magistro equitum exercitum accepit. Is, cum audisset arcem Fregellanam ab Samnitibus



Vid. Not. Var.—5 ‘*Consules alii, quod non minus rectum.*’ *Drak.*—6 *Advenerat* Gronov. Doujat. Crevier.

NOTE

^p *Beneventum nomen est*] Antiquissima urbs, utpote quæ a Diomede Ætolorum rege condita memoretur sub Troica tempora. In Samnitum et Hirpinorum confinio erat ad confluentes Sabati et Caloris amnium. Prius Maleventum, postea, auspiciatius mutato nomine, Beneventum ap-

pellatum, cum eo colonia deducere-tur sub. ann. U. C. 485. Hodie *Benevento* Archiepiscopatus titulo gaudet: ingentis alias, nunc exigui Ducatus caput, qui in ditione Ecclesiæ Romanæ, licet intra regni Neapolitani limites.

^q *Bovianum*] Vide infra cap. 31.

captam, omisso Boviano ad Fregellas^r pergit. Unde, nocturna Samnitium fuga⁷ sine certamine receptis Fregellis, præsidioque valido imposito, in Campaniam reditum, maxime ad Nola^s armis repetendam. Eo se intra mœnia, sub adventum dictatoris, et Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes^{8 t} contulerant. Dictator, urbis situ circumspecto, quo apertior aditus ad mœnia esset, omnia ædificia (et frequenter ibi habitabatur)⁹ circumjecta muris incendit. Nec ita multo post, sive a Pœtelio dictatore, sive ab C. Junio consule,^u (nam utrumque traditur,) Nola est capta. Qui captæ decus Nolæ ad consulem trahunt, adjiciunt, Atinam^x et Calatiam^y ab eodem captas; Pœtelium autem, pestilentia orta, clavi figendi causa dictatorem dictum. Suessa^z et Pontia^{10a} eodem anno coloniæ deductæ sunt. Suessa Auruncorum fuerat: Volsci Pontias,

7 Aldus, unde post nocturnam Samnitium fugam.—8 Gelenius, et Nolana agrestis.—9 Vulg. habitatur.—10 Vet. lib. apud Sigon. Suessam et Pontiam.—

NOTE

* A. U. C. 410.

^r Ad Fregellas] De his sup. c. 22. l. VIII.

^s Ad Nola] Neapoli Abellam euntibus medio ferme itinere occurrit Nola urbs perantiqua a Chalcidensibus, aut a Tuscis, in regione Campani sita: ubi natus mortuusque Augustus. Nomen hodieque retinet, absque mœnibus, et fere deserta.

^t Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestis] Gelenius, et Nolana agrestis, nempe multitudo. Sed nihil mutandum sentio cum Gronov. Ejusmodi enim variatione numeri et Noster, et alii boni scriptores delectantur, ut lib. III. c. 17. 'Ne Sabini, ne Veiens hostis:' quod Sigonius contra Veterum fidem emendare, vel potius corrumpere voluerat, in *nec Sabinus, ne Veiens hostis*.

^u Sive a Pœtelio dictatore, sive ab C. Jun. consule] Sigonius notat Diodoro auctore Q. Fabium dictatorem

ad arcem Fregellanam rem gessisse: ut nec Pœtelio, nec Junio ascribat. C. tamen Pœtelio id ascribere Capitolinos scriptores.

^x Atinam] Volscorum ultra Lirim urbs Atina in edito Apennini colle, sive is Massicus, et circa fontes Melis amnis, supraque Casinum et Aquinum est, septemtrionem versus. Vulgo *Atino*, in regno Neapolitano. Diversa ab Atino Lucaniæ oppido, quod nunc *Ateno*.

^y Calatiam] Vide sup. cap. 2.

^z Suessa] De illa lib. VIII. cap. 15.

^a Pontia] Insulæ Pontiaæ objacent littori Volscorum Pontino, ad Circæium Promontorium, bene cultæ, Strabonis testimonio. Earum maxima *κατ' ἐξοχήν* Pontia, nunc *Ponza* dicitur, inter Palmariam (hodie *Palmaruola*) occidentem versus, et Sinoniam (vul. *Sunone*) ad orientem: 13. ferme passuum millibus a continenti distans. Diversa a Pontia quæ ad

insulam sitam in conspectu littoris sui, incoluerant. Et, Interamna^b et Casinum^c ut deducerentur coloniæ,¹¹ senatus consultum factum est. Sed triumviros creavere, ac misere colonorum quatuor millia insequentes¹² consules M. Valerius, P. Decius.*

29. Profligato fere Samnitium bello, priusquam ea cura decederet Patribus Romanis,⁸ Etrusci belli fama exorta est. Nec erat ea tempestate gens alia, cujus secundum Gallicos tumultus arma terribiora essent, cum propinquitate agri, tum multitudine hominum. Itaque, altero consulum in Samnio reliquias belli persequente, P. Decius, qui graviter æger Romæ restiterat, auctore senatu dictatorem C. Junium Bubulcum^d dixit.¹³ Is, prout rei magni-

⁸ *Antequam senatus ejusmodi cura liberatus omnino esset.*



11 Vid. iuf. et Not. Var.—12 Vulg. *quatuor millia. Insequentes.*

13 ⁸ Locus haud dubie mancus, cujus lacunam Sigon. et Pigh. in *Annal.* ad a. 441. e fastis Capitol. ita explent: *dictatorem C. Sulpicium Longum, is ma-*

NOTÆ

Veliam Lucaniæ, Ænotridum nna.

^b *Et, Interamna*] Quibusdam veteribus legebatur, *et Minturnæ et Casinum*: in aliis *Veternum et Casinum*: aut etiam *Internam et Casinum*: unde Gelenius suspicatus fuerat legendum *et in tertiam Casinum*: ut scilicet post Suessam et Pontias tertio loco deduceretur per idem tempus colonia in oppidum Casinum. At Sigonius restituit, *et ut Interamnam et Casinum*, plaudente Cluverio. Etenim apud Vell. Patere. extremo lib. 1. post Suessam Auruncam, cujus hic Livius meminit, coloniam scribit deductam esse Interamnam: ipseque Livius lib. prox. seq. refert Samnites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina est, occupare conatos. Fuit autem hæc Interamna in Volscis Lirius cognomento, inter duos amnes confluentes, Lirim et Melphim sita. Cujus ruinæ ex adverso oppidi, quod nunc *Ponte Corvo*, ut Cluver. censet.

Holstenius in Ortel. vestigia extare tradit ubi nunc *Torre di Teramine*. Hinc Interamnates, Lirinales, et Succasani dicti, vel potius ex conjectura Holstenii *Succasani*, quasi sub Casino; ad discrimen aliorum oppidorum, quibuscum commune Interamnæ nomen, ejus præsertim quod est in Umbria.

^c *Casinum*] Extremum novi Latii in agro Volscorum, et via Latina ultra Lirim oppidum, colonia nunc, postea municipium. Castrum dicitur mediæ ævi scriptoribus, quod edito loco situm. Ibi primarium ordinis Sancti Benedicti monasterium, ab ipso consecratum. Sub eo nunc frequentatur opp. *S. Germano*, in regno Neapolitano.

* A. U. C. 441.

^d *C. Junium Bubulcum*] Superiori anno consulem. Mirum quod huic dictatori adjunctus magister equitum nullus nominatur.

tudo postulabat, omnes juniores sacramento adigit: arma, quæque alia res poscit,^e summa industria parat: nec tantis apparatibus elatus de inferendo bello agitatur,^e quieturus haud dubie, nisi ultro arma Etrusci inferrent. Eadem in comparando cohibendoque bello consilia et apud Etruscos fuere. Neutri finibus egressi. Et censura clara eo anno Ap. Claudii, et C. Plautii fuit; memoriæ tamen felicioris ad posteros nomen Appii, quod viam munivit,^f et aquam in Urbem duxit,^g eaque unus perfecit; quia, ob infamem^h atque invidiosam¹⁴ senatus lectionem verecundia victus, collega magistratu se abdicaverat. Appius, jam inde antiquitus insitam pertinaciam familiæ gerendo, solus censuram obtinuit. Eodem Appio auctore, Potitii, gens,¹⁵¹ cujus ad aram Maximam Herculis familiare^k sacerdotium fuerat,

^e *Et cetera quæ ad rem bellicam requiruntur.*

gistrum equitum C. Junium Bubuleum dixit.' Rupert.—14 'Vet. lib. atque ignominiosam: egregie: nam libertinorum filii lecti erant.' Sigon.—15 *Potitia*

NOTÆ

^e *De inferendo bello agitatur*] Versabat animo, ancepsque hærebat utrum præstaret bellum Etruscis inferre, eosque aggredi, an expectare dum ab ipsis provocaretur.

^f *Quod viam munivit*] Inde nomen viæ Appiæ, quæ Roma Brundisium usque ducebat, tota lapide strata, pontibusque instructa cum milliari-um notis, omnium viarum longissima, ideoque regina viarum dicta.

^g *Et aquam in Urbem duxit*] Primus hic Appius Claudius arenato opere aquam in Urbem perduxisse traditur, quam ex Aniene duxit. Eam ab auctore aquam Claudiam dixere: fontem hunc seu aquæductum vetustate corruptum Q. Marcius Rex senatus jussu an. U. 608. refecit; unde post Aqua Marcia est appellata.

^h *Unus perfecit; quia, ob infamem*] Communi amborum censorum consilio hæc opera fieri debebant. Ve-

rum ideo Appius perfecit, quia collega illius Plautius censura se abdicavit, nec ultra quicquam pro magistratu agere sustinuit, quod eum pueret indignitatis eorum, qui ab Appio lecti in senatum erant, homines præsertim libertini generis.

ⁱ *Potitii, gens* [*Potitia gens*] Alias *Potitii, gens, cujus, &c.* De Potitiis et Pinariis Herculis sacerdotibus, araque Maxima lib. t. c. 7.

^k *Herculis familiare*] Plures Romæ Herculis ædes. Hæc, in qua Potitii sacra faciebant, ædes fuit Herculis Victoris, in foro Boario, ad aram Maximam exstructa, rotundæ figuræ, ac majoris venerationis quam magnificentiæ: in eam nec servi, nec mulieres admittebantur, teste Plut. et auctore de Orig. Gent. Rom. nec ullum in ea lectisternium fieri solitum Macrob. scribit: quin nec muscæ nec canes intrabant, si Plinio fides.



servos publicos, ministerii delegandi causa, solennia ejus sacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile, et quod dimovendis statu suo sacris religionem facere posset,¹⁶ cum duodecim familiæ ea tempestate Potitiorum essent, puberes ad triginta, omnes intra annum cum stirpe extinctos: nec nomen tantum Potitiorum interisse, sed censorem etiam Appium, memori Deum ira, post aliquot annos luminibus captum.^m

30. Itaque consules, qui cum annum secuti sunt, C. Junius Bubulcus tertium et Q. Æmilius Barbula iterum, initio anni* questi apud populum, deformatum ordinem prava lectione senatus, qua potiores aliquot lectis præteriti essent; negaverunt, eam lectionem se, quæ sine recti pravique discrimine ad gratiam ac¹⁷ libidinem facta esset, observaturos; et senatum extemplo citaverunt eo ordine, qui ante censores Ap. Claudium et C. Plautium fuerat. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum, utraque pertinentia ad rem militarem: unum, ut tribuni militumⁿ seni

gens Gronov. Doujat. Crevier. all.—16 ‘Luculentior videtur lectio, quam sustulit Gelenius, *religionem afferre facile posset.*’ J. F. Gronov.

NOTÆ

Ad aram antem Maximam Romani jusjurandum pactaque, quæ maxime firma esse vellent, peragere, ac decimas offerre soliti, ex Dionys.

¹ *Religionem facere posset*] Antiquior lectio, *religionem facile afferre posset.*

^m *Luminibus captum*] Hinc Appio huic Cæci cognomen.

* A. U. C. 442.

ⁿ *Ut tribuni militum*] ‘Tribunus militum nomen a tribu: quod terni e tribus tribubus, Rannium, Lucerum, Tatiensium, olim ad exercitum mittebantur,’ ait Varro lib. iv. de L. L. Turnebus ternos ex unaquaque tribu; Lipsius ex tribus captos putat a Romulo; postea numerum cum legione crevisse, creatosque a regibus et con-

sulibus, donec circa ann. U. C. 393. placuit tribunos militum ad legiones suffragio fieri, teste Livio lib. vii. c. 5. qui addit T. Manlium, (qui postea Torquatus,) in sex locis secundum tenuisse. Ita ut sex tantum tribuni, non ex duodecim, (ut Sigon. censet,) sed ex viginti quatuor, (quæ sententia Lipsii est,) sex tantum a populo nunc creari cœperint, in legiones quatuor. Nunc loca sexdecim sibi populus reservavit; octo tantum consulibus relicta, aut dictatoribus. Ea in re variatum. Tandem senatus decreto, cum octo legiones scriberentur, parem tribunorum numerum consules et populus creare cœperunt, ut apud Livium habetur lib. XLIV. Ceterum hi tribuni mili-

deni in quatuor legiones¹⁸ a populo crearentur; quæ antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia. Tulere eam rogationem tribuni plebei L. Atilius, C. Marcius. Alterum, ut duumviros navales^o classis ornandæ reficiendæque causa idem populus juberet. Lator hujus plebisciti fuit M. Decius tribunus plebis. Ejusdem anni rem dictu parvam præterirem, ni ad religionem visa esset pertinere. Tibicines,^p quia prohibiti a proximis censoribus erant in æde Jovis vesci,^q quod traditum antiquitus erat, ægre passi, Tibur uno agmine abierunt: adeo ut nemo in Urbe esset, qui sacrificiis præcineret. Ejus rei religio tenuit senatum; legatosque Tibur miserunt, ut darent¹⁹ operam, ut hi homines Romanis restituerentur. Tiburtini, benigne polliciti, primum accitos eos in curiam hortati sunt, uti reverterentur



17 *Et Gronov. Doujat. Crevier.*—18 *Vid. Not. Var.*—19 *Ut aute darent*

NOTÆ

tum bini, et bini per vices legioni imperabant. Quæ vero ratione quatuor legionibus præficerentur, describit Polyb. lib. vi.

^o *Alterum, ut duumviros navales*] Hi duumviri extra ordinem, prout opus erat, creabantur. Quæ ipsorum cura esset, indicat Auctor: classem nimirum adornare, instaurare, navalibusque sociis et commeatu instruere. Sed quæ nunc classis habendæ necessitas fuerit, non satis apparet, sive in Etruscos, sive in Samnites, bellum apparantibus; utrosque finitimos, nec mari divisos, quibus arma e proximo illata videmus nullo navigationis usu.

^p *Tibicines*] Sacris populi Rom. adhiberi tibicines soliti, sive ut Deorum laudes carmine celebrantibus præcinerent. Qua in re, quemadmodum in omni fere sacrificiorum ritu, Hebræos imitati ethnici videntur: illos sane omni genere instrumentorum

hymnos omnipotenti Deo concinnasse, singulæ propemodum Davidicorum psalmodum paginæ fidem faciunt.

^q *In æde Jovis vesci*] Sacrificia Veterum non sine epulis. Nam ex victimæ visceribus certæ partes decisæ Diis seponabantur; quæ ubi foculo impositæ conflagraverant, sacrificantes convivari mos erat; interque vescendum, Deorum laudes canebant ad tibicines; nec tripudia deerant, atque ad tibiarum numeros compositi corporum motus. Hinc ludorum epularia sacrificia: hinc propter sacrificiorum multitudinem instituti tres viri, ac post septemviri, tandemque decemviri epulones, sacerdotii genus. Ludis itaque Romanis, qui tribus magnis Diis sacri, Jovi, Junoni, ac Minervæ, videntur præcipue tibicines in æde Jovis Capitolini vesci consuevisse.

Romam : postquam perPELLI nequibant, consilio, haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur. Die festo alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa ^{2o} invitant, et vino, cujus avidum ferme genus est,¹ oneratos sopiunt; atque ita in plaustra somno vinctos ^{2 r} conijciunt, ac Romam deportant. Nec prius sensere, quam, plaustis in foro relictis, plenos crapulae eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus, impetratoque, ut manerent, datum, ut triduum quotannis ornati,³ cum cantu atque hac, quae nunc solennis est, licentia per Urbem vagarentur: restitutumque in aede vescendi jus iis, qui sacris praecinerent. Haec inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur.

31. Consules inter se provincias partiti; Junio Samnites, Aemilio novum bellum Etruria sorte obvenit.³ In Samnio Cluviam,⁴ praesidium Romanum, quia nequiverat vi capi, obsessum fame in deditionem acceperant Samnites, verberibusque foedum in modum laceratos occiderant deditos. Huic infensus crudelitati Junius, nihil antiquius oppugnatione Cluviana ratus, quo die aggressus est moenia, vi cepit,



superfluum videbatur Gron. Malim pro eo qui legere.' *Rupert.*—20 'Delendam esse vocem *causa*, jam alii monuere.' *Rupert.*—1 'Malium, quod in nonnullis Mss. apparet, cujus avidum ferme id genus est.' *Doering.*—2 *Victos* Gronov. *Donjat.* *Crevier.*

3 Legendum monet J. F. Gronov. *Consulibus inter se provincias partitis, Ju-*

NOTÆ

^r *Somno vinctos* [*victos*] Veteres libri habent *somno vinctos*; quod Sigonio placet. Alioqui, inquit, vinculis constringendi fuerant, cum inviti Romam ducerentur; et vero vinculis astrictos indicant alii codices, in quibus deest vocabulum *somno*, scriptumque est *vinctos*.

³ *Ut triduum quotannis ornati*] Huc respicere videtur Varro lib. v. de Ling. Lat. 'Quinquatrus minusculae dictae Juniae idus ab similitudine majorum, quod tibicines tum feriati per urbem vagantur, et conveniunt ad æ-

dem Minervae.' Nam in ejusdem honorem quinquatria majora mense Martio per quinque dies celebrabantur.

⁴ *In Samnio Cluviam*] Clunia fuit in Arevacis Hispaniae, *Corunna del Conde*: Clunia item in Rhætis, quae *Feldkirch*. Sed in Samnio Cluviam, aut affinis appellationis alicujus oppidum nullum invenio. An *Cluviam* exscripserint librarii, cum *Caudium* forte Livius scripsisset, aliis divinandum relinquo.

atque omnes puberes interfecit. Inde victor exercitus Bovianum ductus.^u Caput hoc erat Pentrorum Samnitium,⁴ x longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque. Ibi quia haud tantum irarum erat, spe prædæ milites accensi, oppido potiuntur. Minus itaque sævitum in hostes est: prædæ plus pæne, quam ex omni Samnio unquam, egestum, benigneque omnis militi concessa. Et postquam præpotentem armis Romanum nec acies subsistere⁵ ullæ, nec castra, nec urbes poterant;^u omnium principum in Samnio eo curæ sunt intentæ, ut insidiis quæreretur locus, si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri posset. Transfugæ agrestes et captivi quidam, pars forte, pars consilio oblatis, congruentia ad consulem afferentes, quæ et vera erant, pecoris vim ingentem in saltum avium⁶ compulsam esse, perpulerunt, ut prædatum eo expeditæ ducerentur legiones. Ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat, et, postquam intrasse Romanos vidit saltum, repente exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit. Et primo nova res trepidationem fecit,

^u *Et cum nec ulli exercitus, nec castra, nec oppida Romanos victores remorari possent.*



nio Sannites, Emilio novum bellum Etruriæ sorte evenit.—4 Cluverius, Caput hoc erat gentis Samnitium.—5 Vulg. Romanum acies subsistere.—6 Pighius ex

NOTÆ

^u *Bovianum ductus*] Ad radices Apennini, haud procul Tiferni fl. fontibus, Bovianum est, civitas olim primaria Samnitum, vel e primariis. Vulgo nunc *Boiano*, Episcopatus in Molisii Comitatu, quæ Neapolitani regni provincia est.

^x *Caput hoc erat Pentrorum Samnitium*] Samnitium gentis plures fuisse populos indicant prisca auctores. Ut enim Frentanos, Hirpinos, aliosque a Samnitibus ortos, sed in sua nomina distinctos, taceam; Pentros circa Bovianum nominat Livius hic et lib. xxii. c. 22. Et quam-

vis Cluver. sibi persuadeat scripsisse Livium, *caput hoc erat gentis Samnitium*; nec tanta est inter has voces affinitas, ut facilis fuerit mutatio gentis; in *Pentrorum* nec solus horum Livius meminit: commemorat etiam Dionys. Halicarn. in excerpt. lib. xii. ut observat Holstenius: *Caracenorum* quoque, veluti Samnitium partis, mentio apud Ptol. qui urbem ipsis tribuit Anfidenam, et apud Zonaram annual. 2. vol. qui Caricinos vocat, castello eorum non nominato, quod forsitan Caricum, ex Cluv. conjectura.

dum arma capiunt, sarcinas congerunt in medium: dein, postquam, ut quisque liberaverat se onere, aptaveratque armis,⁷ ad signa undique coibant, et, notis ordinibus in vetere disciplina militiæ, jam sine præcepto ullius sua sponte struebatur acies, consul, ad ancipitem maxime pugnam advectus,⁸ desilit ex equo, et Jovem Martemque atque alios testatur Deos, 'se, nullam suam gloriam inde, sed prædam militi quærentem, in eum locum devenisse; neque in se aliud, quam nimiam ditandi ex hoste militis curam, reprehendi posse: ab eo se dedecore nullam rem aliam, quam virtutem militum, vindicaturam. Conniterentur modo uno animo omnes invadere hostem, victum acie, castris exutum, nudatum urbibus, ultimam spem furto insidiarum tentantem,⁹ et loco, non armis, fretum. Sed quem esse⁸ jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?' Fregellana arx Soranaque, et ubicumque iniquo successum erat loco, memorabantur. His accensus miles, omnium immemor difficultatum, vadit adversus imminentem hostium aciem.⁹ Ibi paulum laboris¹⁰ fuit, dum in adversum clivum erigitur agmen: ceterum, postquam prima signa planiciem summam ceperunt, sensitque acies æquo se jam institisse loco, versus extemplo est terror in insidiatores, easdemque latebras, quibus se paulo ante texerant, palati atque inermes fuga repetebant: sed loca difficilia, hosti quæsita,¹¹ ipsos tum

⁷ Prædam, qua onerati, abjecerant, seque armis apte compositis ad prælium unusquisque instruxerant.

⁸ Eo delatus consul, ubi atrox maximeque dubium certamen videbatur futurum.



Zonara VIII. 1. conj. in saltum Avernum.—7 Vid. Not. inf.—8 Legendum monet Sigon. *Ecquem esse*.—9 *Difficultatum* Gronov. Doujat. Crevier.—10 *Acie*, ubi paululum t. iid.—11 Vet. lib. apud Sigon. *sed loca difficilia ab hoste quæsita*.

NOTÆ

⁷ *Aptaveratque armis*] Vellet Gron. arma, si quis vetus liber pateretur, cujus sententiæ non illibenter accesserim. Nec tamen rejecerim τὸ *aptare se armis*, pro eo quod est armis se apte induere, aut aptum reddere ad pugnam: qua ratione Suetonius

dixit, 'aptare annulum digito.'

⁹ *Ultimam spem furto insidiarum tentantem*] Samnites, extremam spem in fraude collocantes, experiri volebant num victoriam, quam aperto Marte auferre, ac vi palam rapere nequissent, furtim atque occultis insidiis

sua fraude impediabant. Itaque ergo perpauca effugium patuit: cæsa ad viginti millia hominum, victorque Romanus ad oblatam ultro ab hoste prædam pecorum discurrit.

32. Dum hæc geruntur in Samnio, jam omnes Etruriæ populi præter Arretinos^a ad arma ierant,¹² ab oppugnando Sutrio, quæ urbs, socia Romanis,^b velut claustra¹³ Etruriæ erat, ingens orsi bellum. Eo alter consulum Æmilius¹⁴ cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit. Advenientibus Romanis Sutrini comiteus benigne in castra ante urbem posita advexere. Etrusci diem primum consulando, maturarent, traherentne bellum, traduxerunt. Postero die, ubi celeriora, quam tutiora, consilia magis placuere ducibus, sole orto signum pugnae propositum est, armatique in aciem procedunt. Quod postquam consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari jubet,^c ut prandeat miles, fir-

//////////

12 'Quid sibi volunt Voss. et duo Pall. *ad arma se contulerant?*' J. F. Gro-

NOTÆ

surripere possent. Sic apud Virg. 'Furta paro belli.'

^a *Præter Arretinos*] Una e præcipuis duodecim Etruscorum urbibus fuit Arretium, sive Aretium, vetus fere nomen servans, vulgo *Arezzo*, Episcopatus, sub Apennino, haud procul Arno fl. supra Cortonam, mille stadiis ab urbe Roma, id est, 125. passuum millibus. In Aretinorum finibus oritur Tiberis. Porro Aretinos plures in Etruria commemorare videtur Plinius. Veteres Fidentes, Julienses: eos tamen loco minime distinguendos, sed sæpius missis coloniis, nova addita esse cognomina censent Cluv. atque Holstenius, qui putat nomen integrum coloniae Aretinae fuisse *colonia Fidens, Julia, Aretium*; ut Pisana 'obsequens Julia' cognominabatur. Leonard. Aretinus apud eundem cives, sive colonos, in veteres et novos distinctos fuisse docet ex lapide, qui ibidem ex-

tat hac inscriptione: 'Decuriones Aretinorum veterum.'

^b *Quæ urbs, socia Romanis*] Sutrium anno 7. post urbem a Gallis captam deducta fuerat a Romanis colonia: Diodorus quoque et Livius ipse lib. xxvii. c. 9. coloniam nominat. Non tam igitur socia et fœderata urbs erat, quam Romana, et quasi pars civitatis: nisi forte non optimo jure, sed sine civitate hi coloni.

^c *Tesseram dari jubet*] Symbolum est, quod sub ipsam pugnam datur, uno aut altero verbo ab imperatore, ut eo indicio commilitones inter se norint. Nobis, *le mot du Gnet*. Signum etiam simpliciter dicitur. Cæs. ii. de Bell. Gall. 'Cæsari omnia uno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod erat insigne cum ad arma concurrere oporteret; signum tuba dandum, acies instruenda, milites cohortandi, signum dandum.' Hoc prostremum tessera est et sig-

matisque cibo viribus, arma capiat. Dicto paretur. Consul, ubi armatos paratosque vidit, signa extra vallum proferri jussit, et haud procul hoste instruxit aciem. Aliquamdiu intenti utrimque steterunt, expectantes ut ab adversariis clamor et pugna inciperet. Et prius sol meridie se inclinavit, quam telum hinc aut illinc emissum est. Inde, ne infecta re abiretur, clamor ab Etruscis oritur, concinuntque tubæ, et signa inferuntur. Nec segnius ab Romanis pugna initur. Concurrunt infensis animis. Numero hostis, virtute Romanus superat. Anceps prælium multos utrimque et fortissimum quemque absomit: nec prius inclinata res est, quam secunda acies Romana ad prima signa, integri fessis, successerunt. Etrusci, quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit, ante signa circaque omnes ceciderunt. Nullo unquam prælio fugæ minus, nec plus cædis fuisset, ni obstinatos mori Tuscos nox texisset; ita ut victores prius, quam victi, pugnandi finem facerent. Post occasum solis signum receptui datum est; nocte ab utroque in castra reditum. Nec deinde quicquam eo anno rei memoria dignæ¹⁵ apud Sutrium gestum est; quia et ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno prælio fuerat, subsidiariis modo relictis,^d vix quod satis esset ad castrorum præsidium; et apud Romanos tantum vulnerum fuit, ut plures post prælium saucii decesserint, quam ceciderant in acie.

33. Q. Fabius, insequentis anni* consul, bellum ad Sutrium excepit. Collega Fabio C. Marcius Rutilus datus

//////////

nov.—13 Mss. nonnulli *claustrum*.—14 Vulg. *Alter consul Æmilius*.—15 Vet. lib. apud Sigon. *memoria dignum*.

NOTÆ

num κατ' ἐξοχήν. Reliqua, classicum, et vexillum, signa quoque; sed diversi generis. Hirtius quoque de bello Africo, 'Cæsar signo Felicitatis dato.' Ubi pro tessera erat vox illa *Felicitas*.

^d *Subsidiariis modo relictis*] At paulo ante nulla videntur Etruscis subsi-

dia fuisse. Non tamen hoc vult Auctor: sed cum ait, 'nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit,' significat subsidiarios non pugnasse. Alioqui secum ipse pugnaret. Nisi hæc subsidia in castris relicta.

* A. U. C. 443.

est. Ceterum et Fabius supplementum ab Roma adduxit, et novus exercitus domo accitus Etruscis venit. Permulti anni jam erant, cum inter patricios magistratus tribunosque¹⁶ nulla certamina fuerant; cum ex ea familia, quæ velut fatalis tum¹⁷ tribunis ac plebi erat, certamen oritur. Ap. Claudius censor, circumactis decem et octo mensibus, quod Æmilia lege finitum^e censuræ spatium temporis erat, cum C. Plautius collega ejus magistratu se abdicasset, nullæ vi compelli, ut abdicaret, potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis; qui finiendæ censuræ intra legitimum tempus actionem susceperat; non popularem magis, quam justam, nec in vulgus, quam optimo cuique, gratiorem.^a Is, cum identidem legem Æmiliam recitaret, auctoremque ejus Mam. Æmilium dictatorem laudibus ferret, qui quinquennale intra sex mensium et anni coëgisset spatium; ‘Dic, agedum,’ inquit, ‘Ap. Claudi, quidnam facturus fueris, si eo tempore, quo C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses.’ Negare Appius, ‘interrogationem tribuni magno opere ad causam pertinere suam. Nam etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores creatos eam legem populus jussisset, quodque postremum jussisset, id jus ratumque esset; non tamen aut se, aut eorum quenquam, qui post eam legem latam creati¹⁸ censores essent,^f teneri ea lege potuisse.’

^a Quod consilium seu inceptum non minus bonis quibuslibet viris ex nobilitate, quam plebi jucundum erat.

^b Et honorem qui diuturna potentia nimium dominabatur.

//////////

16 Add. plebis Gronov. Donjat. Crevier.—17 ‘Tò tum non modo supervacuum, sed etiam ineptum est, debeturque Frobenio. In omnibus Mss. et antt. edd. est cum, et in plerisque plebe. Ingeniose conj. Gron. velut nata (possis et facta) litibus cum t. ac plebe. Aliquid excidisse putabat Stroth. et leg. fatalis litibus cum t. ac plebe, vel cui velut fatalis lis cum cet.’ Rupert.—18 ‘Eleganter conjiciebat J. F. Gronovius, quæ velut nata litibus cum t. ac plebe e.’ Doering.—18 ‘Post aut ante creati excidisse videtur optimo jure, aut lege optima.’ Stroth. Recte, jndice Rupert.

NOTÆ

^e Æmilia lege finitum] Vide lib. iv. c. 24.

^f Qui post eam legem latam creati censores essent] Cavillabatur Appius,

34. Hæc sine ullius assensu cavillante Appio, ‘En,’ inquit, ‘Quirites, illius Appii progenies,^g qui, decemvir in annum creatus, altero anno se ipse creavit; tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces et imperium obtinuit; nec ante continuando abstinit magistratu, quam obruerent¹⁹ cum male parta, male gesta, male retenta imperia. Hæc est eadem familia, Quirites, cujus vi atque injuriis compulsi, extorres patria, Sacrum montem cepistis:^h hæc, adversus quam tribunicium auxilium vobis comparastis: hæc, propter quam duo exercitus Aventinum insedistis:ⁱ hæc, quæ fœnebres leges, hæc, quæ agrarias, semper impugnavit: hæc connubia Patrum et plebis interrupit: hæc plebi ad curules magistratus iter obsepsit. Hoc est nomen multo, quam Tarquiniorum, infestius vestræ libertati. Itane tandem, Ap. Claudii, cum centesimus jam annus sit^k ab Mam. Æmilio dictatore, tot censores fuerint, nobilissimi fortissimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit? Immo vero omnes sciverunt; et ideo Æmiliæ potius legi paruerunt, quam illi antiquæ, qua primum censores creati

NOTE

cum volebat legem de sesqui-annua censura ab Æmilio dictatore in tempus tantum illud latam, ut non nisi in eos censores valeret post quos creatos lata esset: quasi temporaria fuisset, non perpetua constitutio in omne futurum tempus valitura: quæ tamen vis fere legum est, nisi quid postea contra statuatnr.

^g *Illius Appii progenies*] Decemviri, de quo l. III. c. 33. 35. et seqq. item c. 56. 57. et 58.

^h *Sacrum montem cepistis*] Prima hæc plebis secessio in montem Sacrum seu Crustumerinum, de qua, deque tribunis plebis lib. II. cap. 32. et 33. Ei occasionem præbuisse Ap. Claudium, qui primus ejus nominis, avum nempe decemviri, colligitur ex cap. 30. et 31. ejusdem lib.

ⁱ *Duo exercitus Aventinum insedistis*] An non potius *duobus exercitibus*? Sed appositione dictum, vos Quirites, *duo exercitus*: ut lib. VI. c. 45. ‘Vos, Romanus exercitus, non destiteritis impio bello.’ De hac altera secessione dictum, lib. III. cap. 41. 51. 52.

^k *Centesimus jam annus sit*] Ab Æmiliæ Mamerci dictatura, quæ incidit in annum 322. ad hanc dictaturam Appii, et annum 443. anni sunt 121. Sed in orationibus non ita exquisite annorum calculus initur; rotundum, vero proximum, sequi plerumque solent oratores.

Centesimus jam annus, &c.] Factum hoc anno U. C. 321. a quo ad hunc fluxerunt 123. sed rotundis numeris passim utitur Livius. *J. Cle-ricus.*

erant, quia hanc postremam jusserat populus; ²⁰ et quia, ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ obrogat¹ nova.¹ An hoc dicis, Appi, non teneri Æmilia lege populum? an populum teneri, te unum ex legem esse?² Tenuit Æmilia lex violentos illos censores, C. Furium et M. Geganium, qui, quid iste magistratus in re publica mali facere posset,³ indicarunt, cum, ira finitæ potestatis, Mam. Æmiliam, principem ætatis suæ belli domique, ærarium fecerunt: ^m tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium: tenet C. Plautium collegam tuum, iisdem auspiciis, eodem jure creatum. An hunc non, ut qui optimo jure censor creatus esset, populus creavit? ⁿ tu unus

//////////

19 *Obruerunt Gronov. Doujat. Crevier.*—20 *Vulg. hanc postremum jusserat. Td populus del. Grut. Gronov. Doujat. Crevier. all.*—1 ‘Al. non male antiquam obrogat, sed perperam antiquæ abrogat.’ *Rupert.*—2 *Vulg. extra legem esse.*—3 ‘Male facere posset. Forte verius quid mali facere posset.’ *Doujat.*—

NOTE

¹ *Ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ obrogat nova*] In diversis legibus de eadem re ferendis, observandum est discrimen inter ‘abrogare,’ ‘derogare,’ et ‘obrogare.’ Abrogare est, legem tollere atque in totum irritam facere. Derogare est, quo minus aliquid ex lege veteri valeat, sancire lege nova. Obrogare est, legis prioris infirmandæ causa aliam ferre. Ex Festo post Cic.

^m *Ærarium fecerunt*] Inter ærarios retulerunt. Erant autem ærarii, qui ignominia causa a censoribus suffragio, ac jure stipendii militaris, exuti, non aliud jus civitatis retinebant, quam ut tributii nomine æra pro suo capite penderent. De hac autem injuria Æmilio Mamerco post abdicatam dictaturam illata lib. iv. cap. 24.

ⁿ *An hunc non, ut qui optimo jure censor creatus esset, populus creavit*] Hoc colore Appius utebatur, ne dictaturam abdicaret, quod cum censor, ut qui optimo jure, sive optima lege,

creatus esset, similis esse deberet prisca illis qui censuram per quinquennium gesserant; illos enim meliori jure ac conditione fuisse iis qui nonnisi anno ac dimidio censores fuissent. Reponit P. Sempronius tribunus, clausulam illam, qua utebantur, qui magistratus et sacerdotes renuntiabant, meram fuisse formulam, Appio cum ceteris magistratibus communem: qua jubebantur honores gerere, uti optimo jure geri possent: sed secundum leges, quibus tunc viverent Romani. Idque ita acceptum ab aliis censoribus, qui a centum amplius annis creati essent, atque adeo ab ipso Appii collega. Alioqui futurum, ut qui rex sacrificulus crearetur, quia ut qui optimo jure dicebatur, posset regiam potestatem vindicare; quandoquidem optimum fuisset jus, optimaque conditio prisconum regum, qui Romæ regnaverant a Romulo. Sic etiam reliquos magistratus ac sacerdotes ea formula abuti posse: verbi causa dictatores,

eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare valeat? Quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regni nomen, ut qui optimo jure rex Romæ creatus sit, creatum se dicet? quem semestri dictatura, quem interregno quinque dierum⁴ contentum fore putes? quem clavi figendi, aut ludorum causa dictatorem audacter crees? Quam isti stolidos ac socordes videri creditis eos, qui intra vigesimum diem, ingentibus rebus gestis, dictatura se abdicaverunt, aut qui vitio creati abierunt magistratu! Quid ego antiqua repetam? Nuper intra decem annos⁵ C. Mænius^o dictator, quia, cum quæstiones severius, quam quibusdam potentibus tutum erat, exerceret, contagio ejus, quod quærebat ipse, criminis⁶ objectata ab inimicis est,^c ut privatus ob-

^c Cum inimici ei objicerent societatem criminis ambitus, cujus ei quæstio mandata fuerat.

//////////

4 Vulg. *interregno quinque diebus*.—5 'Cum inde a dictatura Mæniî hic de-
num quintus annus ageretur, varie tentatus est hic locus; aliis *quinque annos*,
aliis *decem dies* legentibus, (quod volebat Tan. Faber, cujus ipsa verba voluptatis
causa addam: 'Hem! *annos?* immo *dies*. Rationes non addam.') aliis
rem ita explicantibus, quasi Livius in dictatura Mæniî, quoad annorum
rationem, varios auctores secutus sit. Quod optimum foret, nisi forte hoc
melius sit, ut dicas, Livium non *ante* sed *intra decem annos* dicere, neque adeo
sibi contradicere; *decem annos* ait pro decennio, ut supra cap. 18.
'octingentesimus annus' pro octavo sæculo dixerat. Verum igitur erat, hoc
nuper eo ipso, quo vivebatur, decennio contigisse.' Stroth.—6 *Ipsi criminis*

NOTÆ

qui clavi figendi causa creati sint, quod optima lege se creatos dicant, tentaturos imperium sibi in sex menses arrogare, quod hæc optima sit lex dictatorum. Verum, sicut in his ferenda non sit hæc novitas, ita nec in Appio ferenda. Hæc autem formula, 'uti optimo jure,' vel 'optima lege,' non in publicis modo rebus, sed in privatis quoque negotiis frequentissimo in usu fuit; ut evincunt Ciceronis, Senecæ, Ulpiani, Gellii loca, et præsertim Festi, a Gron. alata, qui optime obscurum hunc locum enucleavit.

^o Nuper intra decem annos C. Mænius] Annos Glar. a Mæniî dictatura 5, tantum numerari ait, ab an. 441.

ad 445. nec debuisse duplicari numerum. Accipit enim de tempore, quod a Mæniî dictatura elapsum erat. At Tan. Faber refert ad tempus, quo duravit dictatura Mæniî: ideoque vocem *annos* expungit, *dies* reponit. Et supra quidem cap. 26. vidimus Mæniium dictatura se abdicasse. Verum eam decimo die finitam ubi legerit Faber non docet, nec multum probabile sit Nostri narrationem legenti. Sane cum sexto ante anno Mænius dictator fuisset, intra decem annos abdicaverat. *Depuis dix ans: il y avoit moins de dix ans.*

^p Contagio ejus, quod quærebat ipse, [quærebat, ipsi] criminis objectata ab inimicis est] Mss. ex Gron. *quære-*

viam iret crimini, dictatura se abdicavit. Nolo ego istam in te modestiam: ne degeneraveris a familia imperiosissima et superbissima: non die, non hora citius, quam necesse est, magistratu abieris; modo ne excedas finitum tempus. Satis est, aut diem, aut mensem censuræ adjicere? Triennium, inquit, et sex menses ultra, quam licet Æmilia lege, censuram geram, et solus geram. Hoc quidem jam regno simile est. An collegam surrogabis, quem ne in demortui quidem locum surrogari fas est? Pœnitet enim, quod antiquissimum solenne, et solum ab ipso, cui fit, institutum Deo, ab nobilissimis antistitibus ejus sacri ad servorum ministerium religiosus censor deduxisti; gens antiquior originibus urbis hujus,^a hospitio Deorum immortalium sancta, propter te ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est; nisi universam rem publicam eo nefario obstrinxeris,^d quod ominari etiam reformidat animus. Urbs eo lustro capta est, quo, demortuo collega C. Julio censore,^f L. Papius Cursor,^g ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam surrogavit. Et quanto modestior illius cupiditas fuit, quam tua, Appi? Nec solus, nec ultra finitum lege tempus L. Papius censuram gessit; tamen neminem invenit, qui se postea auctorem sequeretur. Omnes deinceps censes post mortem collegæ se magistratu abdicarunt. Te, nec quod dies exit^h censuræ, nec quod collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor coërect:

^d *Nisi potius, perpetrata ea re tam irreligiosa ac detestanda, civitas sic tota per te contaminata est.*

//////////

Gronov. Doujat. Crevier. 'Correctins futurum Pighius putat, si scribatur, *contagio ejus, quod quærebat, criminis, ipsi objectata, &c.* In Memmiano legitur, *objecta est.*' Doujat. Vid. Not. Var.—7 *Censor* Gronov. 1679.—8 *Exit*

NOTE

bat: et vulgatus sane 'quære de crimine.' runt.'

Non tamen damnandum, 'crimen quære' Gron. ostendit. Cic. II. in Verr. ubi de criminis quæstione: 'Illo die rem quæsiturus non esset.' Sen. Hercule Fur. 'Et qui fronte nimis crimina tetrica Quæ-

^a *Gens antiquior originibus urbis hujus*] Potitii jam tempore ipsius Herculis et Evandri, lib. I. cap. 7.

^f *C. Julio Censore*] Vide lib. V. cap. 31.

virtutem in superbia, in audacia, in contemptu Deorum hominumque ponis. Ego te, Ap. Claudii, pro istius magistratus majestate ac verecundia, quem gessisti, non modo manu violatum, sed ne verbo quidem inclementiori a me appellatum vellem: sed et hæc, quæ adhuc egi, pervicacia tua et superbia coëgit me loqui; et, nisi Æmiliæ legi parueris, in vincula duci jubebo; nec, cum ita comparatum a majoribus sit, ut, comitiis censoriis nisi duo confecerint legitima suffragia, non renuntiato altero comitia differantur, ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar.' Hæc taliaque cum dixisset, prendi censorem et in vincula⁹ duci jussit. Approbantibus sex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt; summaque invidia omnium ordinum solus censuram gessit.

35. Dum ea Romæ geruntur, jam Sutrium ab Etruscis obsidebatur; consulique Fabio, imis montibus ducenti ad ferendam opem sociis tentandasque munitiones, si qua posset, acies hostium instructa occurrit. Quorum ingentem multitudinem cum ostenderet subjecta late planicies; consul, ut loco paucitatem suorum adjuvaret, flectit paululum in clivos agmen; (aspreta erant strata saxis;) inde signa in hostem obvertit. Etrusci, omnium, præterquam multitudinis suæ, qua sola freti erant, immemores, prælium incunt adeo raptim et avide, ut, abjectis missilibus, quo celerius manus consererent, stringerent gladios, vadentes in hostem. Romanus contra nunc tela, nunc saxa, quibus eos affatim locus ipse armabat, ingerere. Igitur scuta galeæque ictæ cum etiam, quos non vulneraverant, turbarent, (neque subire erat facile ad propiorem pugnam, neque missilia habebant, quibus eminus rem gererent,) stantes et expositos ad ictus cum jam satis nihil tegeret, quosdam etiam pedem referentes, fluctuantemque et¹⁰ instabilem aciem, redintegrato clamore, strictis gladiis hastati et principes invadunt. Eum impetum non tulerunt Etrusci, versisque signis, fuga

//////////

Gronov. Crevier. all.—9 Vet. lib. apud Sigon. *te in vincula*.

10 Vulg. *fluctuantesque et*.

effusa castra repetunt. Sed equites Romani, prævecti per obliqua campi,⁵ cum se fugientibus obtulissent, omisso ad castra itinere, montes petunt. Inde inermi pæne agmine ac vexato vulneribus in sylvam Ciminiam⁶ penetratum. Romanus, multis millibus Etruscorum cæsis, duodequadraginta signis militaribus captis, castris etiam hostium cum præda ingenti potitur. Tum de persequendo hoste agitari cœptum.

36. Sylva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici saltus;⁷ nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. Eam intrare haud fere quisquam, præter ducem ipsum, audebat. Aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat. Tum ex iis, qui aderant, (consulis fratrem M. Fabium, Kæsonem alii,⁸ C. Claudium quidam matre eadem, qua consulem, genitum tradunt,) speculatum se iturum professus, brevique omnia certa allaturum. Cære educatus apud hospites, Etruscis inde literis eruditus⁹ erat, linguamque Etruscam probe noverat. Habeo auctores, vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Græcis, ita Etruscis literis erudiri solitos. Sed

11 ⁶ *Consulis fratrem M. Fabium*, sc. nonnulli, *Kæsonem alii* cet. nisi leg. *consulis frater M. Fabius, Kæsonem* cet. vel cum aliis, *consulis frater M. Fabium* cet. Male quidam *M. Fabium Kæsonem alii*: nam Kæso est prænomen.⁷

NOTE

⁵ *Prævecti per obliqua campi*] Gall. *Ayant gagné le devant, en marchant à travers les camps.*

⁶ *In sylvam Ciminiam*] Ciminus mons, vulgo *Fogliano*, inter Sutrium et fanum Voltumnæ, (quod nunc *Viterbium*) est in Etruria. Sub monte, lacus hodie *Lago di Vico*. Toto autem illo tractu saltus ingens, seu Sylva Ciminia erat, ex Holst.

⁷ *Quam nuper fuere Germanici saltus*] Germania temporibus illis parum culta, sylvis horrida. Earum præcipua et nobilissima Hercynia, quam Cæsar 60. dierum itinere ad extremos Sarmatas porrigit, quæque

pluribus nominibus, Nigræ, Thuringicæ, Boëmicæ, et aliis, per plures adhuc Germaniæ provincias spargitur. ‘Orcynium nemus’ vocat Ptol. Huic ipsi, et Caledoniæ in extrema Britannia ingenti sylvæ, Ciminiam comparat Florus lib. 1. cap. 17. ‘Ciminus interim saltus in medio, ante invius, plane quasi Caledonius, vel Hercynius, adeo tunc terrori erat, ut senatus consuli denuntiaret, ne tantum periculi ingredi auderet.’

⁹ *Etruscis inde literis eruditus*] Præsertim Aruspiciinæ perdiscendæ causa, quod Cicero tradit l. 1. de Divin.

propius est vero, præcipuum aliquid fuisse in eo, qui se tam audaci simulatione hostibus immiscuerit. Servus ei dicitur comes unus fuisse, nutritus una, coque haud ignarus linguæ ejusdem : nec quicquam aliud proficiscentes, quam summam regionis, quæ intranda erat, naturam ac nomina principum in populis acceperere ; ne qua inter colloquia insigni nota hæsitantes deprehendi possent. Iere pastoralis habitu, agrestibus telis, falcibus gæsisque binis armati. Sed neque commercium linguæ, nec vestis armorumve habitus sic eos texit, quam quod abhorrebat ab fide, quenquam externum Ciminios saltus intraturum. Usque ad Camertes Umbros^y penetrasse dicuntur. Ibi, qui essent, fateri Romanum ausum ; introductumque in senatum consulis verbis egisse de societate amicitiaque ; atque inde comi hospitio acceptum, nuntiare Romanis jussum, comitatum exercitui dierum triginta præsto fore, si ea loca intrasset ; juventutemque Camertium Umbrorum in armis paratam imperio futuram. Hæc cum relata consuli essent, impedimentis prima vigilia præmissis, legionibus post impedimenta ire jussis, ipse substitit cum equitatu : et, luce orta, postero die obequitavit stationibus hostium, quæ extra saltum dispositæ erant : et, cum satis diu tenuisset hostem, in castra sese recepit ; portaque altera egressus, ante noctem agmen assequitur. Postero die, luce prima, juga Ciminii montis tenebat. Inde, contemplatus opulenta Etruriæ arva, milites emittit. Ingenti jam abacta præda, tumultuariæ agrestium Etruscorum cohortes, repente a principibus regionis ejus concitatae, Romanis occurrunt, adeo incompositæ, ut vindices prædarum prope ipsi prædæ fuerint. Cæsis fugatisque iis, late depopulato agro, victor Romanus

NOTE

^y *Usque ad Camertes Umbros*] Camertes sunt qui Camerinum oppidum incolunt, nunc quoque *Camerino* dictum. Ceterum scrutandis Ciminia sylvæ itineribus aut latebris missos, ad Camertes, Umbriae populos, trans Tiberim scilicet, transque Apenni-

num ad Piceni fines, plusquam bidui itinere ab Sutrio remotos, penetrasse parum credibile est. Nec multum simile vero quod subjungitur, de societate amicitiaque jungenda cum senatu Camerte egisse homines duos, nullo legatis digno comitatu.

opulentusque rerum omnium copia in castra rediit.¹² Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant, denuntiatum Fabio senatus verbis, ne saltum Ciminium transiret. Lætati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse, nuntii victoriæ Romam revertuntur.

37. Hac expeditione consulis motum latius erat, quam profligatum, bellum.^e Vastationem namque sub Cimini montis radicibus jacens ora senserat, conciveratque indignatione non Etruriæ modo populos, sed Umbriæ finitima. Itaque, quantus non unquam antea, exercitus ad Sutrium venit; neque e sylvis¹³ tantummodo promota castra, sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies: deinde instructa primo suo stare loco, relicto hostibus ad instruendum contra spatium:¹⁴ dein, postquam detrectare hostem sensere pugnam, ad vallum subeunt. Ubi postquam stationes quoque receptas intra munimenta^z sensere, clamor repente^a circa duces ortus, ut 'eo sibi e castris cibaria ejus diei deferri' juberent; 'mansuros se sub armis, et aut nocte, aut certe luce prima castra hostium invasuros.' Nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur. Decima erat fere diei hora, cum cibum

^e *Bellum excitatum magis ac late sparsum, quam finitum.*



Rupert. Vid. Not. Var.—12 'Duo meliores Pall. et Voss. alter, *opulentusque rerum omnium in castra rediit, sine τῶ copia.* Videtur et recidendum τὸ que. Adi Notas ad lib. xxxi. 1.' J. F. Gronov.

13 *In sylvis* Gronov. Doujat. '*In sylvis tantummodo promota.* Non placet. Lego, *neque sylvis tantummodo obmota castra.*' Tan. Faber.—14 '*Relicto hostibus ad instruendam contra spatium.* Sic primus apud me Frobenius. Omnes ante illum *hostium ad instruendum.* Et ita Flor. Rott. Helm. Thuan. uterque Vossianus. Scribe: *in campos delata acies, deinde instructa primo suo stare loco, relicto hostilem ad instruendam contra spatium: dein postquam detrectare: nam τὸ dein* Flor. Rott. Helm. Voss. alter.' J. F. Gronov. *Instruendam* Doujat.

NOTÆ

^z *Stationes quoque receptas intra munimenta*] Romanorum mos fuit ante portas castrorum et vallum globos militum ac turmas statuere: quæ 'stationes' dictæ, quod revera ibi starent. Cæsar lib. iv. de Bell. Gall.

'Ii qui pro portis in statione erant.' Et lib. xv. 'Qui erant in statione pro castris collocati.' Nunc Q. Fabio eas in castra recipere visum, ad simulandum timorem.

^a *Clamor repente*] Apud Etruscos.

capere consul milites jubet; præcipit, ut in armis sint, quacumque diei noctisque hora signum dederit. Paucis milites alloquitur, Samnitium bella extollit, elevat Etruscos: ‘nec hostem hosti, nec multitudinem multitudini comparandam’ ait ‘esse. Præterea telum aliud occultum^b scituros in tempore: interea taceri opus esse.’ His ambagibus prodi simulabat hostes, quo animus militum multitudine territus restitueretur: et, quod sine munimento consederant,¹⁵ verisimilius erat, quod simulabatur. Curati cibo corpora quieti dant, et quarta fere vigilia sine tumultu excitati arma capiunt. Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum fossasque implendas. Intra munimenta instruitur acies: delectæ cohortes ad portarum exitus collocantur. Dato deinde signo paulo ante lucem, quod æstivis noctibus sopitæ maxime quietis tempus est, proruto vallo erupit acies: stratos passim invadit hostes: alios immobiles, alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes,^c cædes oppressit. Paucis armandi se datum spatium est. Eos ipsos, non signum certum, non ducem sequentes, fundit Romanus, fugatos eques persequitur.¹⁶ Ad castra, ad sylvas diversi tendebant. Sylvæ tutius dedere refugium. Nam castra in campis sita eodem die capiuntur. Aurum argentumque jussum referri ad consulem: cetera præda militis fuit. Cæsa aut capta eo die hostium millia ad sexaginta.* Eam tam

^f *Inter lixas distributæ sunt ascie, sive scures, ad excindendum vallum, et ligones, ac palæ, aliaque ejusmodi instrumenta, ad complendas fossas propriorum castrorum.*

^g *Trepide ad arma capienda ruentes.*



Crevier.—15 ‘*Flor. munitione: omnes vero considerant.*’ J. F. Gronov.—16 *Vulg. fugatos persequitur.*

NOTÆ

^b *Telum aliud occultum*] Telum aliquando metaphorice accipitur pro via et ratione rei gerendæ, ut apud Cic. de Amic. ‘Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.’ Eoque perti-

net adagium, ‘ingens telum necessitas.’ Gall. dicimus, *Avoir un coup seur.* Hoc loco Fabius teli nomine iutelligi volebat strategema aliquod, aut potius proditorem: *quelque intelligence.*

* A. U. C. 444.

claram pugnam trans Ciminiam sylvam ad Perusiam^c pugnatam, quidam auctores sunt; metuque in magno civitatem fuisse, ne interclusus exercitus tam infesto saltu, coortis undique Tuscis Umbrisque, opprimeretur. Sed, ubicumque pugnatum est, res Romana superior fuit. Itaque a Perusia, et Cortona,^d et Arretio,^e quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempestate erant, legati, pacem fœdusque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt.

38. Dum hæc¹⁷ in Etruria geruntur, consul alter C. Marcus Rutilus Allifas^f de Samnitibus vi cepit. Multa alia castella vicique, aut deleta hostiliter, aut integra in potestatem venire. Per idem tempus et classis Romana a P. Cornelio, quem senatus maritimæ oræ præfecerat, in Campaniam acta, cum appulsa Pompeios^g esset; socii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti, proximis raptim vastatis, unde reditus tutus ad naves esset, dulcedine (ut fit) prædæ longius progressi, excivere hostes. Palatis per agros nemo obvius fuit, cum occidione occidi possent: redeuntes agmine incauto haud procul navibus

NOTÆ

^c *Trans Ciminiam sylvam ad Perusiam*] Immo procul a Ciminia sylvâ, si ad Perusiam, quæ intermedio Clani tridui ferme itinere dissita.

Perusiam] Antiqua Tusciæ civitas Perusia, ab Achæis sive Pelasgis condita, in duodecim principum urbium numero fuit, viginti passuum millibus ab Cortona ortum versus, Tiberi vicina. Ab Octaviano Cæsare expugnata, et incensa, bello civili, sed statim restituta fuit. Posterioribus *Perusium*, hodie vulgo *Peruggia*, Gall. *Perouse*.

^d *Et Cortona*] Vetustissima quoque hæc urbs, atque ex Etruriæ principibus una, *Cortona*, nomen hodieque servans inter Clusinam paludem, lacumque Thrasymennum. Græcis vetustioribus *Κόρων*, aliquando Poly-

Delph. et Var. Clas.

bio *Κυρτώνιον*, confusis nominibus modo cum Crotone magna Græciæ, modo cum Cyrtona, Bœoticiæ oppido. Fabulatores hanc Corythum volunt, Dardani patriam.

^e *Arretio*] Vide supra c. 32.

^f *Allifas*] De hac urbe lib. VIII. c. 25.

^g *Appulsa Pompeios*] Ultra Neapolin et Herculaneum ad Sarnum, qua Nuceriam itur, fuit oppidum Pompeii, hodie *Scafati*. Strabo lib. v. Pompæam vocat, scribitque, eam Oscos olim, dein Tyrrhenos atque Pelasgos, postea Samnites tenuisse, qui et ipsi inde pulsi. Seneca Natur. Quæst. lib. I. c. 1. audiisse ait, Pompeios, celebrem Campaniæ urbem, desedissee terræ motu: additque Herculaneensis oppidi partem ruisse.

Livius.

4 Q

assecuti agrestes exuerunt præda, partem etiam occiderunt:¹⁸ quæ superfuit cædi, trepida multitudo ad naves compulsa est. Profectio Q. Fabii trans Ciminiam sylvam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hostes tulerat: ‘interclusum Romanum exercitum obsideri, cladisque imaginem Furculas Caudinas’ memorabant; ‘eadem temeritate avidam ulteriorum semper gentem in saltus invios deductam, septam non hostium magis armis, quam locorum iniquitatibus esse.’ Jam gaudium invidia quadam miscbatur, quod belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset. Itaque armis virisque ad obtinendum C. Marcium consulem concurrunt; protenus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petitori, si Marcus dimicandi potestatem non faciat. Obvius iis consul fuit. Dimicatum prælio utrimque atroci, atque incerto eventu est. Et cum anceps cædes fuisset, adversæ tamen rei fama in Romanos vertit, ob amissos quosdam equestris ordinis, tribunosque militum, atque unum legatum, et (quod insigne maxime fuit) consulis ipsius vulnus. Ob hæc etiam aucta fama (ut solet) ingens terror Patres invasit, dictatoremque dici placebat: nec, quin Cursor Papirius diceretur, in quo tum summa rei bellicæ ponebatur, dubium cuiquam erat: sed nec in Samnium nuntium perferri,^h omnibus infestis, tuto posse; nec vivere Marcium consulem satis fidebant. Alter consul Fabius infestus¹⁹ privatim Papirio erat. Quæ ne ira obstaret bono publico, legatos ex consularium numero mittendos ad eum senatus censuit; qui sua quoque eum, non publica solum, auctoritate moverent, ut memoriam simultatum patriæ remitteret. Profecti legati ad Fabium cum senatus consultum tradidissent, adjecissentque orationem convenientem mandatis, consul, demissis in ter-

17 Vulg. *Cum hæc.*—18 ‘Parum venuste repetitur *occiderunt*: forte leg.

NOTÆ

^h *Nec in Samnium nuntium perferri]* diceret.
Ad Marcium consulem, ut dictatorem

ram oculis, tacitus ab incertis, quidnam acturus esset, legatis recessit: nocte deinde silentio (ut mos est) L. Papium dictatorem dixit.ⁱ Cui cum ob animum egregie victum legati gratias agerent, obstinatum silentium obtinuit,^h ac sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit, ut appareret,²⁰ insignem dolorem ingenti comprimi animo. Papius C. Junium Bubulcum magistrum equitum dixit: atque ei, legem curiatam de imperio ferenti,^k triste omen diem diffidit,^l quod Faucia curia¹ fuit principium,^m duabus insignis cladibus, captæ Urbis et Caudinæ pacis: quod utroque anno eadem curia² fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit.

39. Dictator postero die, auspiciis repetitis, pertulit legem; et profectus cum legionibus, ad terrorem traducti sylvam Ciminiam exercitus nuper scriptis, ad Longulamⁿ pervenit: acceptisque a Marcio consule veteribus militi-

^h Tenuit pertinaciter silentium.

cecidissent.—19 Vet. lib. apud Sigon. *infensus*.—20 Vet. lib. ap. ennd. *ita legatos dimisit*.—1 Legebatur antea *Saucia curia*, vel *Fauciæ curiæ*.—2 *Ejusdem curiæ* Gronov. Doujat. Crevier.

NOTÆ

ⁱ L. Papium dictatorem dixit] Hic interponunt scriptores Capitolini annum, omissum a Livio, Diodoro, et Cassiodoro: quo scilicet anno L. Papius II. dictator cum C. Jun. Bubulco, item II. magistro equitum, summæ rerum præfuerint absque consulibus.

^k Legem curiatam de imperio ferenti] Magistratus rite creati comitiis centuriatis, non tamen prius rem militarem et merum imperium attingebant, quam curiatis comitiis, sive suffragiis per curias latis, id eis datum esset.

^l Triste omen diem diffidit] Alias *diffudit*. Apud Gell. lib. XIV. cap. 2. ubi erat 'diem diffindi,' Angelus Politianus *Miscell.* c. 41. legendum cen-

suit *diffindi*, a Budæo in annotat. prior. in Pand. reprehensus. 'Diffindere,' autem, sive 'diffundere diem' est, rem in alium diem proferre ac rejicere: quod hic contigit ob infaustum omen.

Diem diffidit] Hoc est, rem in alium diem differre coëgit. Vide A. Gellii *N. A.* lib. XIV. c. 2. J. Clericus.

^m Fuit principium] Suffragiorum nempe ferendorum. Significat enim eam curiam fuisse ante ceteras omnes ad suffragium sorte vocatam. Nam quæ prima exierat, principium dicebatur: idque observari solebat, ut hæc prima curia boni esset omniis.

ⁿ Ad Longulam] De hoc Volscorum oppido, II. 33.

bus, in aciem copias eduxit. Nec hostes detrectare visi pugnam. Instructos deinde armatosque (cum ab neutris prælium inciperet)³ nox oppressit. Quieti aliquamdiu, nec suis diffidentes viribus, nec hostem spernentes, stativa in propinquo habuere. Interea res in Etruria gestæ. Nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est; (fusi tamen magis, quam cæsi, hostes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam;) et ad Vadimonis lacum ° Etrusci,⁴ lege sacrata coacto exercitu,^p cum vir virum legisset,^q quantis nunquam alias antea⁵ simul copiis, simul animis, dimica-



3 Vulg. *prælium inciperetur*.—4 Vid. Not. Var.—5 *Ante Gronov. Doujat.*

NOTÆ

° *Ad Vadimonis lacum*] In Tuscia inter Falerios et Castellum Amerinum, quod nunc *Bassano*, haud procul Tiberi, ex adverso confluentis in eum Naris, est Vadimonis lacus, habens exiguas quasdam insulas, quas venti huc illuc impellunt, quem Plinius junior ep. 20. lib. VIII. eleganter describit. Vocatur hodie *Lago di Bassano* ab oppido proximo: estque adhuc, ut Plinii ævo, in similitudinem rotæ circumscriptus, et undique æqualis; nullo sinu, obliquitate nulla, colore albidiore, viridior, ac pressiore quam cæruleus sit: odore sulfureo, saporeque medicato: sed spatio longe brevior; quod neque navim, neque insulas, ut olim, pecora ingressa portantes in medio ferre possit: altitudinis tamen immensæ: undæque ejus nonnunquam flatibus per subterraneos meatus erumpentibus mirum in modum commoventur, ut brevi in Tiberim decursu plures convolvat molas. Pisces nec gignit, nec alit, sed luridos serpentes ac testudines: interdum carbones ejectat, teste Cluverio. Inter eum et Tiberim spatiosus et planus est campus, in quo Romani duobus præliis nunc Etruscos, deinde Dolabella duce,

cum illis Gallos Senonas vicerunt.

^p *Lege sacrata coacto exercitu*] Quænam hæc Etruscorum lex sacrata fuerit, non explicant interpretes. Lib. VII. c. 41. 'Lex sacrata militaris lata' dicitur, 'ne ejus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur.' At hic non de exercitu jam conscripto, verum de exercitu cogendo agitur. Hujus legis rationem explicat, ni fallor, ipse Livius lib. X. cap. 38. ubi delectum a Samnitibus acerrime habitum ait hac lege, 'ut' scilicet 'qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset,' ejus 'caput Jovi sacratum esset.' Nisi quis malit sacramento adactos nonnisi victores se redituros: quod bello in Etruscos a Romanis antea factum lib. II. c. 45.

^q *Cum vir virum legisset*] Vir virum legere dicebatur, cum in delectu habendo militibus potestas fiebat, ut sibi quisque notum aliquem legeret, cujus ipsi perspecta virtus esset; eumque sibi periculatorum socium ascisceret: qua de re Victorius Variar. lect. lib. XVIII. c. 19. Ejusmodi amicitia genus Græci *συναποθησκόντων*, id est, commorientium vocabant. Nec multum dispar erat Solduriorum

runt: tantoque irarum certamine gesta res est, ut ab neutra parte emissa sint tela. Gladiis pugna cœpit, et, acerrime commissa, ipso certamine, quod aliquamdiu anceps fuit, accensa est; ut non cum Etruscis toties victis, sed cum aliqua nova gente, videretur dimicatio esse. Nihil ab ulla parte movetur fugæ: cadunt antesignani; et, ne nudentur propugnatoribus signa, fit ex secunda prima acies. Ab ultimis deinde subsidiis cietur miles: adeoque ad ultimum⁶ laboris ac periculi ventum est, ut equites Romani, omissis equis, ad primos ordines peditum⁷ per arma, per corpora evaserint. Ea velut nova inter fessos exorta acies turbavit signa Etruscorum. Secuta deinde impetum eorum, utcumque affecta erat,⁸ cetera multitudo tandem perrumpit ordines hostium.⁹ Tunc vinci pertinacia cœpta, et averti manipuli quidam; et, ut semel dedere terga, etiam certior capessere fugam. Ille primum dies fortuna veteri abundantes Etruscorum fregit opes. Cæsus in acie, quod roboris fuit; castra eo⁹ impetu capta direptaque.

40. Pari subinde periculo gloriæque eventu bellum in Samnitibus erat; qui, præter ceteros belli apparatus, ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus, fecerunt. Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cæla-verunt.¹⁰ Forma erat scuti: † summum latius, qua pectus

⁶ *Reliqui milites, (pedites nempe,) quantumvis male habiti ac debilitati, tamen equitum impressionem secuti, &c.*



Crevier.—6 ‘Forte leg. ad extremum, ne eadem vox bis posita sit.’ *Rupert.*
 —7 ‘Omissis equis ad primos peditum. Hic jam olim ambigui fuere. Apud primum invenio Frobenium, quod editur. Thuan. Andreas, Becharius, Asc. Mog. ad proximos peditum. Duo Pall. et Campanus, ad proximos ordines per arma. Aldus et Juntas cum Chiflet. et Voss. altero, ad proximos ordines peditum per arma. Tertius denique Pall. Voss. prior et Busl. ad primos ordines peditum per arma. Et hæc maxime probanda videtur lectio. Lib. x. ‘Reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spatio equi permitti possent.’ Et rursum, ‘vixdum satis aptatis armis, in ordines eunt.’ Nisi τὸ peditum abesse malis.’ *J. F. Gronov.*—8 *Vulg. affecta fuerat.*—9 *Pro eo malit Doering. eodem.*

NOTÆ

sive Clientum apud Gallos olim ratio, hac descriptione Just. Lips. Saturnal.
 ut Cæsar lib. III. scribit. lib. II. c. 11. *J. Clericus.*

† *Forma erat scuti, &c.] Vide de*

atque humeri teguntur, fastigio æquali; ad imum cuneatior, mobilitatis causa. Spongia pectori tegumentum: ^r et sinistrum crus ocrea tectum.^s Galeæ cristatæ,^t quæ speciem magnitudini corporum adderent. Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ. His dextrum cornu datum: illi in sinistro consistunt. Notus jam Romanis apparatus insignium armorum fuerat; doctique a ducibus erant, 'horridum militem esse debere: non cælatum auro et argento, sed ferro et animis fretum. Quippe illa præ-

NOTÆ

^r *Spongia pectori tegumentum*] Spongia tunc usi Samnites pro æreo aut ferreo thorace, vel ex crudo corio: spongiam quoque retiariorum habet Tertull. Id ejusmodi sit, et quomodo ad corporis defensionem accommodetur, non adeo tritum. An ita spongia dicitur, ut squamæ, aut plumæ? Nam squama apud Isid. est 'lorica ex laminis æreis vel ferreis concatenata in modum squamarum piscis.' Et quas Statius plumas dixit, Sallust. in fragmentis sic expresse- rat: 'operimenta linteæ, quæ ferreis laminis in modum plumæ annexue- rant.' An potius spongia ipsa hoc loco intelligitur, sed ita compacta, ut non facile perfodi posset? Linei certe thoraces Macedonibus, Thracibus, Hispanis, Faliscis in usu, bilices nimirum, aut trilices, ac texto sæpius replicato; qualem Amasis habuit Ægyptiorum rex, cujus singula fila, sive funiculi, ex Plin. trecentis sexaginta quinque filis constabant. Fuere et lanæ loriceæ, ex lana scilicet coactili, quam, si addatur acetum, ferro resistere Plinius testatur. Ejusmodi fere est quod nunc *feltrum* vocamus. Cæsar de Bello Civili lib. III. loquens de suis, 'Omnes,' inquit, 'fere milites aut ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis, tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent.'

^s *Sinistrum crus ocrea tectum*] Pediti quoque Romano Polyb. ocream

in singulari numero assignat; et Vegetius lib. I. c. 20. uni tantum cruri tegendo datas ocreas ferreas scribit, sed dextro; cum Samnites sinistrum iis armasse dicantur a Livio. Utriusque usus causam prodit idem Veget. quod 'cum missilibus agitur, sinistros pedes inante milites habere debeant: ita enim vibrandis spiculis vehementior ictus est. At cum... manu ad manum gladiis pugnatur, tunc dextros pedes inante milites habere debent; ut et latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint vulnus accipere, et proximior dextra sit quæ plagam possit inferre.' Virg. lib. VII. de Hernicis: 'Vestigia munda sinistri Instituire pedis; crudus tegit altera pero.' Quem illum morem ab Ætolis Hyginus derivat, quasi a Pelasgis ortum Hernici traherent.

^t *Galeæ cristatæ*] Quæ hic cristarum galeis aptandarum ratio Samnitibus ascribitur, eandem Polybius Romanis attribuit: apice enim hoc plumæ, pennisque rectis tribus ad cubiti longitudinem, in summo vertice aliis armis addito, pro cornu more, vir duplo major apparet: et pulchra ea species fit, hostique formidolosa. Et triplicis cristæ aut jubæ poëtæ passim meminere. Atque hac de causa Suidas Geryonem putat tripitem dictum, quod tres cristas in galea haberet.

dam verius, quam arma, esse; nitentia ante rem, deformia inter sanguinem et vulnera. Virtutem esse militis decus, et omnia illa victoriam sequi; et ditem hostem quamvis pauperis victoris præmium esse.' His Cursor vocibus instinctos milites in prælium ducit. Dextro ipse cornu consistit; sinistro præfecit magistrum equitum. Simul est concursus, ingens fuit cum hoste certamen; non segnius inter dictatorem et magistrum equitum, ab utra parte victoria inciperet.^k Prior forte Junius commovit hostem, lævo dextrum cornu, sacros more Samnitium milites, eoque candida veste et paribus candore armis insignes. 'Eos se Orco mactare' Junius dictitans, cum intulisset signa, turbavit ordines, et haud dubie impulit aciem. Quod ubi sensit dictator, 'Ab lævone cornu victoria incipiet?' inquit, 'et dextrum cornu, dictatoris acies, alienam pugnam sequetur, non partem maximam victoriæ trahet?' Concitat milites. Nec peditum virtuti equites, aut legatorum studia ducibus cedunt. M. Valerius a dextro, P. Decius ab lævo cornu, ambo consulares, ad equites in cornibus positos evolvuntur: adhortatique eos, ut partem secum capessere decorem, in transversa latera hostium † incurrunt. Is novus additus terror cum ex parte utraque circumvasisset aciem, et ad terrorem hostium † legiones Romanæ, redintegrato clamore, intulissent gradum, tum fuga ab Samnitibus cœpta. Jam strage hominum armorumque insignium campi repleti; ac primo pavidos Samnites castra sua accepere: deinde ne ea quidem retenta. Captis direptisque ante noctem injectus ignis. Dictator ex senatus consulto triumphavit. Cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma præbuere. Tantum magnificentiæ visum in iis, ut aurata scuta dominis argentariarum ¹¹ ad forum ornandum ^u dividerentur. Inde

^k Non minor fuit concertatio et contentio inter dictatorem et magistrum equitum, ab utriusque acie initium victoriæ fieret, quam inter Romanos et Samnites utriusque vincentem. ^l Ad terrendos magis hostes.

10 Legendum monet Stroth. fecerant . . . calaverant.—11 In Mss. et antt.

NOTE

† In transversa latera hostium] Nul. Sic oportet fuisse, aut parum accurate crant ergo Samnitum equites? ratum Livium. J. Clericus.

natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, cum tensæ ducerentur. Et Romani quidem ad honorem Deum insignibus armis hostium usi sunt: Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores (quod spectaculum¹² inter epulas erat)^x eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine compellarunt.¹³ Eodem anno cum reliquis Etruscorum ad Perusiam, quæ et ipsa¹⁴ induciarum fidem ruperat, Fabius consul nec dubia nec difficili victoria dimicat. Ipsum oppidum (nam ad mœnia victor accessit) cepisset, ni legati dedentes urbem exissent. Præsidio Perusiæ imposito, legationibus Etruriæ amicitiam petentibus præ se Romam ad senatum missis, consul, præstantiore etiam, quam¹⁵ dictator, victoria triumphans, Urbem est invectus. Quin etiam devictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos, P. Decium et M. Valerium, est versum: quos populus proximis comitiis ingenti consensu consulem alterum, alterum prætorem declaravit.

41. Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur consulatus: Decius collega¹⁶ datur.* Valerius prætor quartum creatus. Consules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit.¹⁷ Is profectus ad Nuceriam Alfaternam,^y tum pacem petentes,^z quod uti ea, cum daretur,

edd. *argentariorum*.—12 'Quod spectaculum pro quorum spectaculum: nisi ita leg.' Rupert.—13 Vulg. *appellarunt*.—14 Vulg. *quæ ipsa*. Vid. Not. Var.—15 Vulg. *præstantiore, quam*.

16 'Chifl. *Decio collega*. Voss. et Helm. *Decio collega*. Forte mutata distinctione, *Fabius ob egregie perdomitam Etruriam, continuato consulatu, Decio collega datur*.' J. F. Gronov.—17 Legendum monet J. F. Gronov. *Con-*

NOTE

^u *Domini argentariarum* [*argentariorum*] ad forum ornandum] Tabernæ argentariorum in Foro Romano. Horum magnam partem servos fuisse docet hic locus.

Argentariarum] Nempe, officinarum. Vide lib. xxvi. c. 27. Delevimus ergo *argentariorum*, ex sententia Ampliss. Viri Gis. Cuperi. *J. Clericus*.

^x *Quod spectaculum inter epulas erat*]

Fuit et Romanis aliquando spectaculum gladiatorum inter epularum crudelia oblectamenta, Strabone lib. v. aliisque testibus, apud Lips. Saturnal. lib. i. cap. 6. qui mos sub Imperatoribus perseveravit.

* A. U. C. 445.

^y *Profectus ad Nuceriam Alfaternam*] Dicerent alii, *profectus Nuceriam*. Nostro solenne præpositionem addere.

noluissent, aspernatus, oppugnando ad deditioem subegit.¹⁸ Cum Samnitibus acie dimicatum. Haud magno certamine hostes victi: neque ejus pugnae memoria tradita foret,¹⁹ ni Marsi^a eo primum praelio cum Romanis bellasent. Secuti Marsorum defectionem Peligni eandem fortunam habuerunt. Decio quoque alteri consuli secunda belli fortuna erat. Tarquiniensem^b metu subegerat frumentum exercitui praebere, atque inducias in quadraginta annos petere. Volsiniensium^c castella aliquot vi cepit: quaedam ex iis diruit, ne receptaculo hostibus essent: circumferendoque passim bello, tantum terrorem sui fecit, ut nomen omne Etruscum foedus ab consule peteret. Ac de eo quidem nihil impetratum. Induciae annuae datae. Stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum pensum, et binae tunicae in militem exactae. Ea merces induciarum fuit. Tranquillas res jam Etruscis turbavit repentina defectio Umbrorum,^d gentis integrae a cladibus belli, nisi quod



sulibus partitis provincias, Etruria D. S. F. e.—18 Vulg. Profectus ad Nuceriam Allifates jam tum . . . aspernatus, oppugnando subegit. Vid. Not. Var.—19 Flor. ei pugnae. Conj. J. F. Gronov. neque ea pugna memoriae tradita foret.

NOTÆ

Vulgo pro *Alfaternam* legebatur *Allifates*. Sed cum Fabius ab Auctore memoretur Nuceriam profectus, (ulciscendis, ut credibile est, navalibus sociis, qui ibi anno superiore male accepti,) persuaderi cuiquam haud facile poterit, nulla ulteriore Nucerinorum mentione, ad Allifates transgressum sive ducem, sive scriptorem, tanto inter utrumque populum intervallo; praesertim cum Allifae paulo ante vi captae essent, ut sup. c. 31. Belle itaque Sigonius ex vetustis codicibus verum reddidit Nuceriae cognomen. Est autem Nuceria Alfaterna ultima Campaniae urbium, trans Vesuvium sita, alluente Sarno, novem a mari passuum millibus. Hodie *Nocera*.

Hanc Nuceriam Alfaternam a Romanis ad Samnites antea defecisse Diodorus tradit. Alfaternae cognomine distinguitur a Nuceria Camellaria, Umbriae oppido, sub Apennino, ad fontem Tiniæ, non procul Camerino.

² *Tum pacem petentes*] Si *Alfaternam* retineamus, intelligendum erit cives, aut incolas. Alioqui scribendum *Alfaternos*, quæ videtur Cluverii sententia.

^a *Ni Marsi*] Vide lib. viii. c. 29. ubi et de Pelignis.

^b *Tarquiniensem*] Cives Tarquiniorum. De quibus lib. i. c. 34. item lib. vii. c. 15.

^c *Volsiniensium*] Lib. v. c. 32.

^d *Umbrorum*] Vid. lib. v. c. 35.

transitum exercitus ager senserat.^m Ii, concitata omni juventute sua, et magna parte Etruscorum ad rebellionem compulsa, tantum exercitum fecerant, ut, relicto post se in Etruria Decio, ad oppugnandam inde Romam ituros, magnifice de se ac contentim de Romanis loquentes, jactarent. Quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est, ad Urbem ex Etruria magnis itineribus pergit, et in agro Pupiniensi²⁰^e ad famam intentus hostium consedit. Nec Romæ spernebatur Umbrorum bellum: et ipsæ minæ metum fecerant expertis a¹ Gallica clade, quam intutam urbem incolerent. Itaque legati ad Fabium consulem missi sunt, ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam prope exercitum duceret. Dicto paruit consul, magnisque itineribus ad Mevaniam,^f ubi tum copiæ Umbrorum erant, perrexit. Repens adventus consulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum censerent. Plaga una (Materinam ipsi appellant) non continuit modo^g cete-

^m *Subita alienatio Umbrorum (quæ natio immunis fuerat a bellicis calamitatibus, nisi quatenus per agros eorum transierant copiæ) perturbavit res, quæ jam apud Etruscos pacatæ erant.*



Pro tradita conj. Tan. Faber prodita.—20 Vulg. Pipiniensi.—1 ‘Præpositio a

NOTÆ

^e *In agro Pupiniensi*] Ager Pupiniensis, sive Pupinius, tractus est Latii veteris exiguus, ac parum fecundus, circa octavam ab urbe lapidem, citra Gabios. Pupinia inde tribus. Hic igitur Decius Umbros, Romanam per Sabinorum regionem petentes, proxime urbem expectandos censuit.

^f *Ad Mevaniam*] Ad Clitumni ac Tinia amnium confluentes est Mevania, Umbrorum urbs antiqua et munita, inter Spoletinum et Assisium. Hodie vulgo *Bevagna*, in Ducatu Spoletano, Pontificiæ ditionis.

^g *Plaga una (Materinam ipsi appellant) non continuit modo*] Fallitur, opinor, Glar. qui plagam hic haud dubie militiæ nomen esse putat, et fortassis quod *πλαγίαν* vocant Græci aciem quadratam altera parte longiorem. Sigonii, Gronovii, aliorumque hac in re silentium mirari licet. Ego ‘plagam’ primum interpretor pagum, regionem, oppidi territorium. Deinde pro *Materinam* legendum conjicio *Matilicam*, vel *Matelicinam*. Etenim Matilica oppidum in Umbria legitur apud Frontinum de coloniis, qui ejus agrum eadem lege contineri ait,

ros in armis, sed confestim ad certamen egit. Castra val-
lantem Fabium adorti sunt. Quos ubi effusos ruere in
munimenta consul vidit, revocatos milites ab opere, prout
loci natura tempusque patiebatur, ita instruxit: ² cohorta-
tusque prædicatione vera qua in Tuscis, qua in Samnio
partorum decorum, exiguam appendicem Etrusci belli con-
ficere jubet; et vocis impiæ pœnas expetere, qua se urbem
Romanam oppugnatos ³ minati sint. ⁴ Hæc tanta sunt
alacritate militum audita, ut clamor, sua sponte ortus, lo-
quentem interpellaverit ducem. Ante imperium deinde
concentu tubarum ac cornuum ⁵ cursu effuso in hostem fe-
runtur. Non tanquam in viros aut armatos incurrunt:
(mirabilia dictu!) ⁶ signa primo eripi cœpta signiferis; dein-
de ipsi signiferi trahi ad consulem, armatique milites ex
acie in aciem transferri, et, sicubi est certamen, scutis
magis, quam gladiis, geritur res. Umbonibus ⁷ ^h incussa-
que ala ⁱ sternuntur hostes. Plus capitur hominum, quam
cæditur: atque una vox ponere arma jubentium per totam
fertur aciem. Itaque inter ipsum certamen facta deditio
est a primis auctoribus belli. Postero insequentibusque ⁸



abest a multis Mss. et recte forsân. *Rupert.*—2 *Instruit Gronov.* 1665. Dou-
jat. Crevier.—3 Vet. lib. apud Sigon. *expugnatos.*—4 *Minati sunt Stroth.*
et *Kreyssigius.*—5 *Plenius aptiusque Flor.* et *Mureti, Ante imperium, ante*
concentum tubarum ac cornuum: neque enim signa canebant ante imperium.
J. F. Gronov.—6 Vet. lib. apud Sigon. *mirabile dictu.*—7 Vet. lib. ap. ennd.
Umbonibus incussa ala.—8 *Duo Pall.* et alter *Voss. inter ipsum certamen*
facta deditio a primis auctoribus belli, p. i.

NOTE

qua Camerinum: inde Plinio ‘Mati-
licates.’ Est ad radices Apennini, su-
pra Æsim fl. in Piceni finibus. Hujus
itaque tractus duces, militesve, auc-
tores pugnandi ceteris fuisse suspicor,
licet non inter principes populos, sed
minus extra Umbriam cognitos fuisse
innuat Noster, parenthesi illa (*Mate-
licinam ipsi appellant*). Alioqui *Mari-
timam* vel *Tudertinam* scribi posse ex-
istimarem.

^h *Umbonibus*] Umbonem nemo ne-

scit esse mediam partem, et quasi um-
bilicium scuti, rotundo tumore pro-
tuberantem; deducto, ut videtur, vo-
cabulo a Græco *ὄμβων*, quod petræ
supercilium significat. Et vero um-
bo a Statio non semel pro montium
eminentia sumitur; a Tertulliano, et
aliis, pro vestis positu, qui ad pectus
exibat in tumorem.

ⁱ *Incussaque ala*] Ala nomen, quod
plures habet significationes, dicatur
hoc loco pro axilla; et lacertum, to-

diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur. Oriculani^k sponsione in amicitiam accepti.^l

42. Fabius, alienæ sortis victor belli,ⁿ in suam provinciam exercitum reduxit. Itaque ei, ob res tam feliciter gestas, sicut priore anno populus continuaverat consulatum, ita senatus in insequentem annum,⁹* quo Ap. Claudius, L. Volumnius consules fuerunt, prorogavit, maxime Appio adversante, imperium. Appium censorem petisse consulatum, comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, donec se censura abdicavit, in quibusdam annalibus invenio. Creatus consul, cum collegæ novum bellum, Sallentini hostes^m decernerentur, Romæ mansit, ut urbanis artibus opes augetet,^o quando belli decus penes alios esset. Volumnium provinciæ haud pœnituit. Multa secunda prælia fecit: aliquot urbes hostium vi cepit. Prædæ erat largitor, et benignitatem per se gratam comitate adjuvabat: militemque iis artibus fecerat et periculi et laboris avidum. Q. Fabius proconsul ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis collatis confligit. Minime ambigua res fuit. Fusi hostes, atque in castra compulsi. Nec castra forent retenta, ni exiguum superfuisset dici:^p ante noctem tamen sunt circumsessæ, et nocte custodita, ne quis elabi posset. Postero die, vixdum luce certa,

ⁿ Fabius, victor eo bello, quod alteri gerendum sorte obtigerat, nimirum Decio.

^o Ut potentiam sibi majorem pararet per eas artes quæ domi valent.

^p Nisi quod nocte imminente non satis supererat lucis.



⁹ Senatus insequente anno Gronov. Donjat. Crevier.

NOTÆ

tumque brachium sinistrum superius designat, quo sustinetur quatiturque clypens.

^k Oriculani] Postrema Umbriæ urbium, in ejus extremis ad Sabinos finibus, paulo ultra Narem annem versus meridiem. Oriculi, vel singulari numero Oriculum, apud Antoninum corrupte Utriculi, propius Tiberi fuit, quam oppidum quod nunc Otricoli, altero a flumine milliari.

^l Sponsione in amicitium accepti] De sponsione dictum cap. 9.

* A. U. C. 446.

^m Sallentini hostes] Iapygiæ, seu Messapiæ, inter illos et Calabros interjacente Apennino divisæ, partem incolebant, Tarentino sinui obversam. Nunc pars Hydruntinæ regionis. Vulgo Terra d'Otranto, quæ Neapolitana provincia.

deditio fieri cœpta: et pacti, qui Samnitium forent, ut cum singulis vestimentis emitterentur. Hi omnes sub jugum missi. Sociis Samnitium nihil cautum. Ad septem millia sub corona venire. Qui se civem Hernicum dixerat, seorsum in custodia habitus. Eos omnes Fabius Romam ad senatum misit: et, cum quæsitum esset, delectu, an voluntarii^q pro Samnitibus adversus Romanos bellassent, per Latinos populos custodiendiⁿ dantur. Jussique eam integram rem novi consules, P. Cornelius Arvina, Q. Marcius Tremulus, (ii enim jam creati erant,) ad senatum referre. Id ægre passi Hernici. Concilium populorum omnium habentibus Anagninis^o in circo, quem Maritimum vocant,^p præter Alatrinatem,^q Ferentinatemque,^r et Verulanum,^s omnes Hernici nominis^t populo Romano bellum indixerunt.

43. In Samnio quoque, quia decesserat inde Fabius, novi motus exorti. Calatia et Sora præsidiaque, quæ in iis Romana erant, expugnata: et in captivorum corpora militum fœde sævitum. Itaque eo P. Cornelius cum exercitu

^q *An publico consilio, an arbitrio quisque suo privatim.*

NOTÆ

ⁿ *Per Latinos populos custodiendi*] Hic mos fuit, cum hostes capti, aut etiam suspecti cives, magno numero in custodiam dandi viderentur, donec damnati, aut absoluti essent, ut non in urbe, sed per municipia coloniasve vicinas custodiendi distribuerentur. Id de conjuratis cum Catilina Cæsar censuit. Idem in Hernicis captis nunc servatum.

^o *Anagninis*] Hernicorum, qui postea Latio additi, caput Anagnia, nunc quoque *Anagni* dicta: in Campania Rom. loco edito parum culta.

^p *In circo, quem Maritimum vocant*] At Hernici nulla ex parte mare attingebant. Fortean ad lacum aliquem, aut perennem uberemve aquam, situs ille circus, inde *Maritimi* cognomen tulerit: nisi forte Mariti-

mus dictus comparatione circi alterius qui apud eandem urbem, adhuc illo remotior a mari.

^q *Præter Alatrinatem*] Alatrium, sive Aletrium, vulgo *Alatro*, ad ortum æstivum Anagninæ est, versus Liris fontes. Episcopatus titulo gaudet.

^r *Ferentinatemque*] De Ferentino, quod Anagninæ ad meridiem in via Latina, aliisque cognominibus fere locis, vulgo nunc *Ferentino*, aut *Fiorentino*, egi lib. II. c. 38. et lib. VII. c. 9.

^s *Verulanum*] Verulæ sub fontibus Cosæ amnis, quinque ab Alatrio millibus in Austrum, vulgo *Veroli*.

^t *Omnes Hernici nominis*] Qui illi omnes? Nam, demtis his tribus, soli Hernicorum supersunt *Anagnini*, qui quidem alicujus nominis sint.

missus.* Marcio novi hostes (jam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat) discernuntur. Primo ita omnia opportuna loca hostes inter consulum castra interceperunt, ut pervadere expeditus nuntius non posset, et per aliquot dies incerti rerum omnium, suspensique de statu alterius, uterque consul ageret, Romanque is metus manaret; ¹⁰ adeo ut omnes juniores sacramento adigerentur, atque ad subita rerum duo justi scriberentur exercitus. Ceterum Hernicum bellum nequaquam pro præsentis terrore ac vetustate gentis gloriæ fuit.¹¹ ⁷ Nihil usquam dictu dignum ausi, trinis castris intra paucos dies exuti, triginta dierum inducias, ita ut ad senatum Romam legatos mitterent, pacti sunt bimestri stipendio frumentoque, et singulis in militem tunicis. Ab senatu ad Marcium rejecti, cui senatus consulto permissum de Hernicis erat: isque eam gentem in deditionem accepit. Et in Samnio alter consul, superior viribus, locis impeditior erat. Omnia itinera obseperant hostes, saltusque pervios ceperant, ne qua subvehi commeatus possent: neque eos, cum quotidie signa in aciem consul proferret, elicere ad certamen poterat; satisque apparebat, neque Samnitem certamen præsens, nec Romanum dilationem belli laturum. Adventus Marcii, qui, Hernicis subactis, maturavit collegæ venire auxilio, moram certaminis hosti exemit. Nam, ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares, conjungi ¹² utique passi duos ¹³ consulares exercitus nihil crederent superesse spei,⁸ advenientem incomposito agmine Marcium

⁷ Non tantum attulit discrimen, quantum imminere videbatur ex terrore quem nunc ea gens intulerat, et ex ejusdem antiqua gloriæ.

⁸ Utpote qui, si forte sinerent ut consulum duorum copiæ conjungerentur, nullam spem reliquam haberent, cum ne satis quidem se idoneos putarent ad dimicandum cum alterutro eorum exercitu.

//////////

¹⁰ 'Vocem *uterque* ita et cum sing. et cum plur. jungi, haud placet. Non male cod. Rottend. *nuntius non posset. Per aliquot . . . agere, Romamque is metus manarat.*' Rupert.—¹¹ 'Flor. gloria. Forte, ac vetusta gentis gloria fuit.' J. F. Gronov.—¹² 'Ante conjungi forte excidit copula et: certe sup-

NOTÆ

* A. U. C. 447.

aggreduuntur. Raptim collatæ sarcinæ in medium, et, prout tempus patiebatur, instructa acies. Clamor primum in stativa perlatus,^u dein conspectus procul pulvis tumultum apud alterum consulem in castris fecit. Isque, confestim arma capere jussis, raptimque eductis in aciem militibus, transversam hostium aciem atque alio certamine occupatam invadit; clamitans, ‘summum flagitium fore, si alterum exercitum utriusque victoriæ compotem sinerent fieri, nec ad se sui belli vindicarent decus.’^x Qua impetum dederat, perrumpit; aciemque per mediam in castra hostium tendit, et vacua defensoribus capit atque incendit. Quæ ubi flagrantia Marcianus miles conspexit, et hostes respexere, tum passim fuga cœpta Samnitium fieri. Sed omnia obtinet cædes, nec in ullam partem tutum perfrugium est. Jam, triginta millibus hostium cæsis, signum receptui consules dederant, colligebantque in unum copias, in vicem inter se gratantes;¹⁴ cum repente visæ procul hostium novæ cohortes, quæ in supplementum scriptæ fuerant, integravere cædem. In quas, nec jussu consulum, nec signo accepto, victores vadunt, ‘malo tirocinio imbuendum Samnitum,’ clamitantes. Indulgent consules legionum ardori, ut qui probe scirent, novum militem hostium inter periculosos fuga veteranos ne tentando quidem satis certamini fore. Nec eos opinio fefellit. Omnes Samnitium copiæ, veteres novæque, montes proximos fuga capiunt. Eo et Romana erigitur acies: nec quicquam satis tuti loci victis est, et de jugis, quæ ceperant, funduntur; jamque una voce omnes pacem petebant. Tum, trium mensium frumento imperato,



plenda est.’ *Rupert.*—13 *Duo Gronov. Doujat. Crevier.*—14 ‘*Mss. nonnulli*

NOTÆ

^u *In stativa perlatus*] In castra Cornelii, ubi jam exercitum diu habebat.

^x *Nec ad se sui belli vindicarent decus*] In Samnites certabatur, adversus quos missus Cornelius consul, cum suo exercitu: Marcius in Herni-

cos, quos brevi subegerat. Cornelius itaque suos monet, rem esse indignam, si gloriam confecti belli, quod ipsis mandatam erat, sibi non vindicarent, atque ad se traherent; sed a Marcianis militibus occupari paterentur.

et annuo stipendio, ac singulis in militem tunicis, ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus. Marcius de Hernicis triumphans in Urbem rediit; statuæque equestris in foro decreta est,¹⁵ quæ ante templum Castoris posita est. Hernicorum tribus populis, Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, suæ leges redditæ: ^y connubiumque inter ipsos,^z quod aliquamdiu soli Hernicorum habuerunt, permissum. Anagninis, quique arma Romanis intulerant, civitas sine suffragii latione data: concilia connubiaque adempta: et magistratibus,^a præterquam sacrorum curatione, interdictum. Eodem anno ædes Salutis a C. Junio Bubulco censore locata est, quam consul bello Samnitium voverat. Ab eodem collegaque ejus M. Valerio Maximo viæ per agros publica impensa factæ. Et cum Carthaginensibus eodem anno fœdus tertio ^b renovatum: legatisque eorum, qui ad id venerant, comiter munera missa.

44. Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipio-



gratulantes, ex interpretatione. Stroth.—15 ‘Leg. decreta ei, quod et monuit Gron.’ Rupert.

NOTÆ

^y *Quia maluerunt, quam civitatem, suæ leges redditæ*] His oppidis, quæ in fide manserant, oblatum fuit jus civitatis a Romanis. Sed oppidani leges suas prætulerunt, earumque usum maluerunt quam civitatem. Illis itaque, quia hæc oppida colonias Romanorum nondum acceperant, pristino jure uti permissum. Unde videri possunt quasi municipia libera, quibus propriæ leges, cum propriis magistratibus, essent. Qua de re antea.

^z *Connubiumque inter ipsos*] Id aliis etiam Latinorum negatum vidimus lib. VIII. c. 14. scilicet ne, affinitatibus mutuis arctius juncti, etiam arma consociarent. Neque verum est, quod Godelev. ex Sigonio observat, cum omnibus Italis connubia priscis Romanis fuisse, nisi specialiter id juris

ademptum esset, immo specialiter concessum oportuit. Sed hic agitur de connubiis inter diversas Hernicorum civitates.

^a *Et magistratibus*] Sic igitur Anagnina, ademptis legibus et magistratibus, in præfecturæ magis quam municipii aut coloniarum formam redacta, nudo civitatis Rom. titulo dato, absque suffragii jure.

^b *Cum Carthaginensibus eodem anno fœdus tertio*] Scribit lib. III. Polyb. citatus a Glar. ictum primo cum Carthaginensibus fœdus a primis Consulibus, quod a Livio prætermisum, ut alia non pauca. Innotuit idem lib. VII. c. 27. an. 406. Nunc itaque tertio percussum cum iis fœdus: quanquam hoc ad Pyrrhi in Italiam adventum refert Polyb.

nem, cum magistro equitum P. Decio Mure. Ab iis, propter quæ creati erant, comitia consularia habita, quia neuter consulum potuerat bello abesse. Creati consules L. Postumius, Ti. Minucius.* Hos consules Piso Q. Fabio et P. Decio suggerit,^f biennio exempto, quo Claudium Volumnumque, et Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus. Memoriane fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules, falsos ratus,^g transcenderit, incertum est. Eodem anno in campum Stellatem agri Campani^d Samnitium incursiones factæ. Itaque ambo consules, in Samnium missi, cum diversas regiones, Tifernum Postumius, Bovianum Minucius, petissent; Postumii prius ductu ad Tifernum pugnatum.^e Alii haud dubie Samnites victos ac viginti millia¹⁶ hominum capta tradunt; alii Marte æquo discessum, et Postumium, metum simulantem nocturno itinere, clam in montes copias abduxisse; hostes secutos duo millia inde locis munitis et ipsos consedissee. Consul, ut stativa tuta copiosaque (et ita erant) petisse videretur,

^f *Piso successores dat hosce consules Q. Fabio et P. Decio.*



16 ^f In aliis libris adeo XXX. millia: sed forte pro XX. millia ex Diodoro l. xx. p. 779. leg. II. millia: et sic sæpe numeri a librariis confusi auctique

NOTÆ

* A. U. C. 448.

^g *Binos consules, falsos ratus*] Binos immo consulatus, consules bis binos: sed nisi per annos digesta erat Pisonis historia, potuit alia esse causa horum consulatum omittendorum; nempe quod res duobus illis annis gestas historiæ majestate minus dignas censeret.

^d *In campum Stellatem agri Campani*] Animadvertere licet campum hunc Stellatem diversum fuisse a campo Stellatino: ille, de quo nunc agitur, in Campania, a Caleno agro divisus intercedente Callicula monte inter Savonem et Vulturum fluvios, videtur pars fuisse agri Falerni sep-

temtrionalior, ut Faustianus, Australior ex Cluverii descriptione. At Stellatinus ager, a quo deinde Stellatina tribus Romæ, fuit inter Capenam, Veios, et Falerios, in Tuscia.

^e *Ad Tifernum pugnatum*] Sub Boviano apud Samnites e Tiferno monte oritur Tifernus fl. vulgo nunc *Biferno*. Ad eum fuit Tifernum hoc oppidum Samniticum. Cluv. putat ibi fuisse, ubi nunc *Molise*, comitatus sui et provinciæ in Neapolitano regno caput. Aliud fuit Tifernum Tiberinum in Umbria, vulgo *Città di Castello*. Aliud Tifernum Metaurense in eadem regione, vulgo *S. Angelo di Vado*.

postquam et munimentis castra firmavit, et omni apparatu rerum utilium instruxit, relicto firmo præsidio, de¹⁷ vigilia tertia, qua duci proxime potest, expeditas legiones ad collegam, et ipsum adversus alios sedentem, ducit. Ibi, auctore Postumio, Minucius cum hostibus signa confert; et, cum anceps prælium in multum diei processisset, tum Postumius integris legionibus defessam jam aciem hostium improvise invadit. Itaque, cum lassitudo ac vulnera fugam quoque præpedissent, occisione occisi hostes, signa unum et viginti capta: atque inde ad castra Postumii perrectum. Ibi duo victores exercitus perculsum jam fama hostem adorti fundunt fugantque: signa militaria sex et viginti capta,¹⁸ et imperator Samnitium Staius¹⁹ Gellius, multique alii mortales, et castra utraque capta: et Bovianum, ubi postero die cœptum oppugnari, brevi capitur. Magnaque gloria rerum gestarum consules triumpharunt. Minucium consulem, cum vulnere gravi relatum in castra, mortuum, quidam auctores sunt, et M. Fulvium in locum ejus consulem suffectum: et ab eo, cum ad exercitum Minucii missus esset, Bovianum captum.^{20 f} Eodem anno Sora, Arpinum,^g Censennia,^{1 h} recepta ab Samnitibus. Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque.



videntur.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—17 Vulg. *de abest.*—18 'Deleo τὸ captum: sufficit enim mox poni, et castra utraque capta.' J. F. Gronov.—19 *Status* conj. Drak. li. l. et x. 18.—20 Al. *Bolan captam.* Vid. Not. Var.—1 Al. *Consentia, Serennia, Æsernia, Cessenia, Cesennia, Cersennia, Cerfennia.*

NOTÆ

^f *Bovianum captum*] Quoniam Bovianum expugnatum jam ante narravit, nec postea defectionis meminit Livius, miratur Glar. nunc captum idem oppidum dici; ideoque Sigonius, auctore Diodoro Siculo, *Bolan* reponit. Verum nec Bola in Samnio, ubi nunc bellum, sed in Latio; et initio hujus cap. Minucius consul *Bovianum* petisse dicitur. Eoque ipso satis a Romanis illud descivisse indicatur.

^g *Sora, Arpinum*] De his supra.

^h *Censennia*] Alii codices habent *Cessentia*; alii *Cosentia*: illa incognita. Ultimam in Bruttis, dimidiæ fere Italiæ intervallo. Legendum, nisi fallor, *Cerfennia*, quod Marso-rum oppidum est in orientali Fucini lacus ripa, qua in eum Pitonius amnis influit. Is locus hodie *Castel Venero* Cluv. at Holst. *Li colli.* Porro Marsi, qui supra Soram et Arpinum

45. P. Sulpicio Saverione,² P. Sempronio Sophoⁱ consulibus,* Samnites, seu finem, seu dilationem belli quærentes, legatos de pace Romam misere. Quibus suppliciter agentibus responsum est, 'nisi sæpe bellum parantes pacem petissent Samnites, oratione ultro citroque habita, de pace transigi potuisse. Nunc, quando verba vana ad id locorum^u fuerint, rebus standum esse. P. Sempronium consulem cum exercitu brevi in Samnio fore: eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non posse:^r comperta omnia senatui relaturum: decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur.' Eo anno cum pacatum Samnium exercitus Romanus, benigne præbito comæatu, peragrasset, fœdus antiquum Samnitibus redditum. Ad Æquos inde veteres hostes, ceterum per multos annos sub specie infidæ pacis quietos, versa arma Romana: quod, incolumi Hernico nomine, missitaverant simul cum iis Samniti auxilia, et, post Hernicos subactos, universa prope gens, sine dissimulatione consilii publici, ad hostes desciverat; et postquam, icto Romæ cum Samnitibus fœdere, fetiales venerant res repetitum, 'tentationem' aiebant 'esse, ut, terrore incusso belli, Romanos se fieri paterentur: quod quantopere optandum foret, Hernicos docuisse: cum, quibus licuerit, suas leges Romanæ civitati præoptaverint:^k quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro pœna necessariam civitatem fore.'¹ Ob hæc vulgo in conciliis jactata, populus Romanus bellum fieri Æquis jussit: consulesque

^u *Hactenus, ad hoc usque tempus.*

^r *Illum non facile posse decipi in judicando, quæ sit animorum propensio apud Samnites, an ad bellum, an ad pacem.*

NOTÆ

colebant, cum ad Samnites defecissent, devicti cum illis, supra cap. 41. Hæc itaque eorum urbs nunc recepta.

ⁱ *P. Sempronio Sopho*] Hic ei unitus ob excellentem jurisprudentiam a populo Rom. datus.

* A. U. C. 449.

^k *Quibus licuerit, suas leges Romanæ civitati præoptaverint*] Inducuntur Alatrinenses, Ferentinenses, et Verulani, quibus id permissum, cap. 43.

¹ *Pro pœna necessariam civitatem fore*] Anagninis nempe civitas sine suffragio data fuerat, c. 43. Quæ sane subjectionem magis quam societatem, et

ambo, ad novum profecti bellum, quatuor millia³ a castris hostium conederunt. Æquorum exercitus, (ut qui suo nomine permultos annos imbelles egissent,) tumultuario similis, sine ducibus certis, sine imperio, trepidare. Alii exeundum in aciem, alii castra tuenda censent: movet plerosque vastatio futura agrorum, ac deinceps cum levibus præsiidiis urbium relictarum excidia. Itaque postquam inter multas sententias una, quæ, ommissa cura communium, ad respectum suarum quemque rerum vertisset, audita, ut prima vigilia diversi e castris ad deportanda omnia tuendaque mœnibus in urbes abirent;^y cuncti eam sententiam ingenti assensu acceperunt. Palatis hostibus per agros, prima luce Romani, signis prolatis, in acie consistunt, et, ubi nemo obvius ibat, pleno gradu ad castra hostium tendunt. Ceterum, postquam ibi neque stationes pro portis, nec quenquam in vallo, nec fremitum consuetum castrorum animadverterunt; insolito silentio moti, metu insidiarum subsistunt. Transgressi deinde vallum, cum deserta omnia invenissent, pergunt hostem vestigiis sequi. Sed vestigia, in omnes æque ferentia partes, ut in dilapsis passim, primo errorem faciebant: post, per exploratores compertis hostium consiliis, ad singulas urbes circumferendo bello, unum et quadraginta oppida intra dies quinquaginta⁴ omnia oppugnando ceperunt; quorum pleraque diruta atque incensa, nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum. De Æquis triumphatum; exemploque eorum clades fuit,^z ut Marrucini,^m Marsi, Peligni, Frentani⁵ n mitterent Romam

^y *Ut in oppida quique sua secederent, in quæ pretiosa et utilia quæque conferrentur, intra muros includenda, et ibi defendenda.*

^z *Et strages Æquorum documentum vicinis populis dedit pacis petendæ.*

2 Vulg. *Averrione*.—3 'In edd. multis extat *millibus*, quod et Drakenborchius, licet nostrum [*millia*] melius esse sentiret, invitis pæne omnibus Mss. retinuit.' *Stroth.*—4 Vulg. *intra dies triginta*.—5 Vulg. *Ferentini*.

NOTÆ

onus, non honorem, secum ferebat; ^m *Marrucini*] De his, deque Pelig-
utpote nulla honorum participatione nis lib. VIII. c. 29.
concessa. ⁿ *Frentani*] Mare Superum, inter

oratores pacis petendæ amicitiaëque. Iis populis foedus petentibus datum.

46. Eodem anno Cn.⁶ Flavius ° Cn. filius scriba, patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum callidus vir et facundus, ædilis curulis fuit. Invenio in quibusdam annalibus, cum appareret ædilibus,† fierique se pro tribu ædilem videret,^p neque accipi⁷ nomen,^q quia scriptum faceret; tabulam posuisse, et jurasse, se scriptum non facturum.^{a†} Quem aliquanto ante desisse⁸ scriptum facere, arguit Macer Licinius,⁵ tribunatu ante gesto triumviratibusque, noc-

^a Cum esset minister seu apparitor ædiliū, et antequam tribus in suffragia mitterentur, provideret se ædilem creandum, neque ejus nomen inter candidatos recipi edique a magistratu qui comitiis præerat, eo quod scriba esset; deposuisset tabulam in qua scribebat, et jurejurando affirmasse se in posterum non daturum operam ædilibus, ut eorum acta componeret.

6 C. Gronov. Doujat. Crevier.—7 Muretus tentabat, fierique se a prima tribu. Vulg. neque ejus accipi.—8 Antea desisse Gronov. Doujat. Crevier.—

NOTÆ

Marrucinos et Apulos accolebant per 80. ferme milliaria Frentani, Samnitica gens, a Frentone forte fl. sic dicti, qui vulgo *Fortore*. Is enim initio eorum terminus ad orientem æstivum; quanquam postea quæ a Tiferno ad Frentonem jacent Apulis sunt attributa: inter eorum oppida Istonium, et Anxanum. Nunc pars sunt Aprutii citerioris, provinciæ regni Neapolitani.

° Cn. Flavius] Cneium, et Cneii filium, vocat Cic. lib. I. de Orat. et alibi. Cneius quoque est Pomponio Jur. Cons. et Gell. qui patrem ejus Annium nominat.

† Cum appareret ædilibus] Astaret ædilibus, ut, si suo scribæ officio indigerent, paratus esset. Vide A. Gellium l. VI. c. 9. *J. Clericus*.

^p Fierique se pro tribu ædilem videret] Rem totam describit ex Pisone veteri historico A. Gellius lib. VI. cap. 9. 'Cn. Flavius patre libertino natus scriptum faciebat: isque in eo tempore ædili curuli apparebat, quo

tempore ædiles surrogantur. Eumque primæ tribus ædilem curulem renuntiaverunt. At ædilis, qui comitia habebat, negat accipere: neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum ædilem fieri. Cn. Flavius, Annii filius, dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse. Isque ædilis curulis factus est.'

Fierique se pro tribu] Hoc est, se eligi ædilem ab eo qui suffragium pro tribu prærogativa ferebat. Vide Jo. Fr. Gronovium. *J. Clericus*.

^q Neque accipi nomen] Nomen alicujus accipi, ejusque rationem haberi dicitur is, ejus petitionem legitimam judicans magistratus, qui comitiis præest, eum inter candidatos populo nominat; ut ex Nostro non uno loco probari potest.

^r Se scriptum non facturum] Scribæ, qui singulis magistratibus apparebant, librarii erant ex Festo, qui rationes publicas scribebant in tabulis. Et hoc erat, 'scriptum facere.'

⁵ Macer Licinius] De hoc Historico

turno altero,¹ altero coloniæ deducendæ.² Ceterum (id quod haud discrepat) contumacia adversus contemntes humilitatem suam nobiles certavit: civile jus, repositum in penetralibus pontificum,^x evulgavit, fastosque circa forum in albo proposuit, ut, quando lege agi posset, sciretur: ædem Concordiæ in area Vulcani summa invidia nobilium dedicavit; coactusque consensu populi Cornelius Barbatulus pontifex maximus verba præire,^y cum more majorum negaret, nisi consulem aut imperatorem, posse templum dedicare. Itaque ex auctoritate senatus latum ad populum est, ne quis templum aramve injussu senatus aut tribunorum plebei partis majoris dedicaret. Haud memorabilem rem per se, nisi documentum sit adversus superbiam nobilium plebeia libertatis, referam. Ad collegam ægrum visendi causa Flavius cum venisset, consensuque nobilium adolescentium, qui ibi assidebant, resurrectum ei non esset,^z curulem afferri sellam^a eo jussit, ac sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit. Ceterum Flavium dix-

NOTÆ

dictum lib. iv. c. 7. et 20. &c.

¹ *Nocturno altero*] Apud Veteres incendiis arcendis triumviri præerant; qui excubias agebant, dictique idcirco sunt nocturni. Erat autem familia publica circa portas et muros disposita: unde, si opus esset, vocabatur. Postea huic rei præfectum vigillum præposuit Augustus.

² *Altero coloniæ deducendæ*] Facto senatusconsulto aut lege de colonia deducenda, scriptoque numero colonorum, per consulem prætoremve curatores, qui deducere, creabantur comitiis tributis, plerumque tres, sæpe majori numero, unde triumviri, quinqueviri, &c. coloniæ deducendæ appellati.

^x *Civile jus, repositum in penetralibus pontificum*] Hac de re Cic. pluribus locis: atque in primis Pomponius Jurisconsultus lege ii. dig. de Orig. Jur. atque hanc Flavio causam

honorum fuisse scribit, quod surreptum Appio Claudio librum Actionum populo tradidisset. Hinc librum illum appellarunt Jus Civile Flavianum.

^y *Pontifex maximus verba præire*] Hic dedicandorum templorum mos apud veteres Romanos fuit, ut magistratus preces conciperet secundum verba pontificis maximi. Vide quæ de Capitolii dedicatione lib. ii. c. 8. Id in devotione quoque servatum lib. viii. c. 9.

^z *Assurrectum ei non esset*] Honoris apud omnes ferme gentes indicium, venienti assurgere: quod observantiæ genus non solum magistratibus, sed et senioribus delatum a junioribus. Hinc de Laconibus Satiricus: 'Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Si juvenis vetulo non assurrexerat.'

^a *Curulem afferri sellam*] Narratur

erat ædilem forensis factio,^b Ap. Claudii censura vires nacta, qui senatum primus libertinorum filiis lectis inquina-
verat. Et postquam eam lectionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas;^c humilibus⁹ per omnes tribus divisus, forum et campum corrupit. Tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos^d e phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes discessit civitas. Aliud integer populus, fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat; donec Q. Fabius et P. Decius censores facti: et Fabius, simul concordiae causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus coniecit, urbanasque eas appellavit. Adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Ab eodem institutum dicitur, ut equites Idibus Quintilibus transveherentur.



9 Scribendum monet J. F. Gronov. *quas petierat opes, urbanis humilibus.*

NOTE

hoc quoque Flavii factum apud Gell. loco paulo ante landato.

^b *Forensis factio*] Eam plebeiorum partem intelligit Sigon. lib. II. de jure ant. Civ. Rom. c. 13. quæ a Cic. 'urbana plebs' nominari solet. Zaccius autem in Catal. leg. antiq. libertinos interpretatur, qui, cum magno numero essent, assidueque in foro versarentur, in comitiis plane dominabantur, plebe ingenua colendis agris occupata. Livius ipse mentem suam satis explicat, cum subjicit, 'humilibus per omnes tribus divisus,' ab Appio Claudio censore corruptum esse forum et Campum Martium.

^c *Nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas*] Opes sive potentia optimatum apud Romanos e duplici fonte, ex urbanis actionibus,

ant ex militaribus. Appius speraverat urbanas opes adepturum, atque, intrusis in senatum libertinis, regnaturum in curia, ob ingentem sibi eo beneficio obnoxiorum senatorum numerum. Id frustra fuerat, exclusis ex albo senatoribus, quicumque ab eo allecti. Speraverat quoque, sparsis humilioribus per tribus, summam potentiam in comitiis habiturum. Verum hi quoque omnes ex tribus prisca detracti, atque in quatuor reducti a Fabio, ut hic dicitur.

^d *Annulos aureos*] His initio ne equites quidem usi: post equitum proprium insigne fuerunt, qui prius ferreos gestabant. Tandem omnibus permitti, etiam libertinis, ex rescripto imperatorum; immo et citra rescriptum constitutione Justiniani.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER X.

BREVIARIUM.

CAP. I. Soram et Albam coloniæ deducuntur. Arpinatibus Trebulanisque datur civitas. Frusinates tertia parte agri damnantur. Parva expeditio in Umbriam facta, et 2000. latrones in spelunca oppressi. Æqui subiguntur a C. Junio Bubulco Dict. 2. Cleonymus dux Lacedæmoniorum Thurias in Sallentinis capit, pervenitque penitus ad littora Venetorum; sed ab his victus, vix quinta parte navium incolumi, discedit. 3. Fædus cum Vestinis ictum. Rebellio Etruriæ, et Marsorum ob coloniam Carseolos deductam. M. Valerius Maximus Dict. fundit Marsos: at M. Æmilius Paulus mag. eq. ab Etruscis fugatur. 4. Etrusci insidias quoque parant Cn. Fulvio legato, sed frustra, 5. et a Valerio devicti inducias biennii impetrant.

6. Q. et Cn. Ogulnii tribuni pl. rogationem promulgant, ut, cum iv. augures et iv. pontifices sint, iv. pontifices et v. augures, de plebe omnes, allegantur. 7. 8. Eam dissuadet maxime Ap. Claudius, et suadet P. Decius Mus. 9. Tum ingenti consensu populi accipitur. Eodem anno a M. Valerio Maximo cos. diligentius sancitur lex de provocatione, tertia post reges exactos lata a familia eadem. Idem Valerius vincit Æquos, et Q. Appuleius alter consul Nequinum Umbriæ opp. circumsidet. Q. Fabium, consulatu repudiato, ædilem curulem factum quidam tradunt. Lustrum conditum; tribusque additæ duæ, Aniensis ac Terentina. 10. Nequinum ope transfugarum capitur et colonia mittitur eo, Narnia a Nare fl. appellata. Etruscis bellum adversus Romanos molientibus, fines eorum ingreditur Galli, qui pecunia ingenti accepta recedunt quidem, sed societatem belli abnuunt, nisi pars agri detur. 11. T. Manlius cos. in Etruria equo effusus moritur, et M. Valerius Max. ei suffectus vastandis agris urendis-

que tectis non ad certamen hostes elicere potest. Caritas annonæ, quam Q. Fabius Max. æd. cur. sublevat præparando ac convehendo frumento. Rebello Samnitium, Lucanorum fines depopulantium.

12. Fœdus cum Lucanis fit, et fetiales, sed frustra, mittuntur, qui Samnitum decedere agro sociorum jubeant. Hostes a consulibus vincuntur, Etrusci a L. Cornelio Scipione ad Volaterras cruento in prælio, et Samnites a Cn. Fulvio ad Bovianum. 13. Fama exoritur, Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus, et hujus terroris causa Q. Fabius Maximus invitus quartum, eoque suffragante, P. Decius Mus tertium consules creantur. Multis nimium agri possidentibus dies ab ædilibus dicitur. 14. Etruria ad pacem petendam inclinante, ambo coss. in Samnium legiones ducunt, ubi Fabius hostem fortiter pugnantem ad Tifernum profligat. 15. Decius fundit Apulos, et duo consulares exercitus in Samnio omnia evastant. Fabius, comitiorum causa Romam profectus, consulatum denuo sibi oblatum recusat, et L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio iterum fit consul. 16. Fabio et Decio in sex menses prorogatur imperium in Samnio. Hostes inde pulsati Etruriam petunt, eamque mixtis terrore precibus ad bellum trahere conantur. 17. Interea in Samnio capiuntur diripiunturque Murgantia, Romulea, et Ferentium.
18. Auctore Gellio Egnatio, duce Samnitium, huic populo se conjungunt non modo Tusci fere omnes, sed et Umbri Gallique mercede solicitati. Hinc Volumnius in Samnium proficiscitur, et Appius in Etruriam. Is nec scite nec fortunate quicquam gerit, et Volumnius cum suis copiis ad illum pergit accitus literis, quas tamen hic a se scriptas esse negat. 19. Altercatio consulum, quorum alter orator, alter imperator est melior. Volumnius jam abiturus retinetur precibus Appiani exercitus. Victoria Romanorum. 20. Volumnius in Samnium redit, et in Campano agro cædit Samnites præda onustos. 21. Romæ trepidationem mox perlata excipit supplicatio, placetque ut duæ coloniæ circa Vescinum Falernumque agrum, ab Samnitibus depopulatum, præsidii loco deducantur, Minturnæ et Sinuessa. Interim Etrusci, Samnites, Umbri, Gallique arma conferunt in Etruria. 22. Q. Fabius Max. consensu victus consul creatur cum P. Decio, quem iterum collegam poposcerat: et L. Volumnio in annum prorogatur imperium.
23. Prodigia; supplicationes; Pudicitia patricia et plebeia, earumque sacella et aræ. Fœneratores et pecuarii bonis mulctantur. 24. Inter consules, qui duobus jam consulatibus censuraque concordēs fuerant collegæ, contentio oritur de provinciis, patriciis tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem vel sine sorte obtineat: quæ etiam provincia illi decernitur populi consensu. 25. Fabius, scriptis duntaxat quatuor millibus peditum et 600. equitibus, ad castra Appii prætoris proficiscitur; sed mox Romam redit ad consultandum de bello Etrusco, cujus terrorem auxerat Ap. Claudius. 26. Ibi petit, ut sibi adjutor detur Decius, isque non recusat societatem imperii. Legio Rom. ab Umbris, vel, quod probabilius est, Gallis circumventa, deletur. 27. Atrox pugna consulum cum Samnitibus et Gallis in agro Sentinati. 28. Romanis in lævo cornu fugientibus, Decius exemplo patris se devovet. 29. Pugna cum Gallis in sinistro cornu resti-

- tuitur; in dextro Samnites a Fabio vincuntur. Galli testudine facta soli resistunt, sed tandem circumventi ab tergo et ipsi cæduntur. 30. In Etruria Cn. Fulvius prætor res ex sententia gerit: et Samnitibus novæ clades inferuntur tum a Pelignis in horum agro, tum a Volunnio ad Tiferinum montem. Triumphus Fabii et præmia militum. 31. Etrusci a Fabio, et Samnites in campo Stellati ab Appio Volunnioque funduntur. Pestilentia prodigiaque. Q. Fabius Gurges, consulis filius, aliquot matronas stupri damnatas pecunia muletat. Diuturnitas belli Samnitici.
32. Samnites castra M. Atilii Reguli eos oppugnant. 33. Romani eos expellunt, sed persequi non ausi retro in Soranum agrum eunt. L. Postumius Megellus eos collegæ se conjungit. 34. Postumius Miloniam et Ferentinum expugnat, aliisque desertis oppidis Samnii potitur. 35. Atilii prælium anceps et varium ad Luceriam. Postero die Samnites, castra Rom. sine certamine præterire cupientes, præbent speciem recta tendentium ad ea oppugnanda. Hinc nova pugna, ad quam conserendam neutris animus est. 36. Romani fugiunt primum, mox vincunt: nec ita multo post in agro Interamniati cædunt alias Samnitium copias præda impeditas. 37. Postumius e Samnio transit in Etruriam eamque pervastat. Idem auxilio tribunorum pl. trium, sine auctoritate Patrum, triumphat.
38. Lege sacrata delectus habetur per omne Samnium. Legio linteata sacramento adacta horrendo ritu et aureis argenteisque armis ornata, aliusque exercitus, ei corporum specie et apparatu non dispar, ad Aquiloniam consistit. 39. Consules Samnium depopulantur. Sp. Carvilius Amiternum vi capit, et obsidet Cominium. L. Papirius Cursor Duroniam expugnat, pervenitque ad Aquiloniam, ubi hostes insignibus armis fulgentes ab eo, ut olim a patre ejus, occisione occiduntur. 40. Acies utrimque instruitur, et pullarius, qui faustissimum auspiciam, tripudium solistimum, mentitus erat, inter prima signa constitutus cadit primus, pilo temere emisso ictus. Augurium corvi. 41. Prælium atrox. Sp. Nautius densiore pulvere procul excitato præbet speciem advenientis exercitus Carviliiani. Hostes jurati injurati que passim sternuntur, et pars in castra ad Aquiloniam posita, pars Bovianum perfugiunt. L. Volunnius castra capit, et L. Scipio penetrat in interiora urbis. 42. Nocte deseritur ab hostibus oppidum, in quod et consil signa intulerat. Non ferre alius dux lætior in acie visus, et ab eodem in illa non templum, sed pocillum mulsi votum Jovi Victori. 43. Cominium a Carvilio captum. Hostes in fuga interfecti. 44. Consules conjungunt castra et suos pro cujusque merito laudant donantque. Inde ad oppida Samnii oppugnanda ducunt legiones. 45. Faliscorum aliorumque Etruriæ populorum rebellio. Carvilius, Palumbino, Volana, et Herculaneo captis, ex Samnio in Etruriam transit. Papirius Sæpinum expugnat. 46. Idem triumphat, et eximiis hostium spoliis exornat ædem Quirini, forum et finitimas quoque colonias. Carvilius in Etruria Troilium et quinque castella vi capit, annuasque inducias dat Faliscis pacem petentibus. Triumphus ejus. Ædes Fortis Fortunæ de manubiis facta. Prædæ pars data militibus. Accusatio L. Postumii haud peracta. 47. Lustrum XIX. conditur. Romani primum coronati, ob res bello bene gestas, ludos spectant, et victoribus dant palmas. Pecuarii aliquot dam-

nantur. Pestilentia Urbem agrosque urit, et in libris Sibyllinis invenitur, Æsculapii signum ab Epidauo Romam arcessendum.

1. **L. GENUCIO**, Scr. Cornelio consulibus,* ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam coloniæ deductæ. Albam in Æquos^a sex millia colonorum scripta. Sora agri Volsci^b fuerat; sed possederant Samnites. Eo quatuor millia hominum missa. Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque^c civitas data. Frusinates^d tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis sollicitatos compertum: capitaque conjurationis ejus, quæstione ab consulibus ex senatus consulto habita, virgis cæsi ac securi percussi. Tamen,^e ne prorsus imbellem agerent annum,^a parva expeditio in Umbria facta est; quod nuntiabatur, ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri. In eam speluncam penetratum cum signis est: et ex eo loco ob-

^a *Ne consules annum suum otiosum a bello peragerent.*

NOTÆ

* A. U. C. 450.

^a *Albam in Æquos*] Albam Fucensis intellige, quæ, 3. milliari a Fucino lacu, nomen adhuc retinet, in ruinis, vulgo *Albe*, vel *Albi*. Ab ea Albeneses, ut ab Alba Longa Albani. In colle sita et munita fuit, ibique detenti custodiæ causa illustres captivi, ut Perses et Bituitus, ille Macedonum, hic Arvernorum rex. Revera in Marsis fuit, ut Cæsar, Pompeius Festus, aliique tradunt, situsque ipse demonstrat. Nam Fucinus lacus, ad quem ea sita in meditullio ferme Marsici agri. Livius in Æquis ponit, eodem errore, quo paulo post Carcocolos, qui Æquorum erant, Marsis ascribit. Nisi finitimorum populorum fines bellis sæpe mutati.

^b *Sora agri Volsci*] Videtur Sora coloniam jam antea accepisse: cum Liv. lib. superiori memoraverit ad

an. 439. eam ad Samnites defecisse, interfectis colonis Romanorum.

^c *Trebulanisque*] Trebularum in Italia invenio plures: duas in Sabinis, quarum alia cognomine Mutusca, septem passuum millibus ab urbe Reate: quæ nunc *Monte Leone* Cluverio: alia Suffena, cujus situs ignoratur. Tertia fuit in Campania, cujus idem Cluverius situm fuisse conjicit inter veteris Capuæ ac Suessulæ ruinas, ubi nunc vicus *Trentula*; unde Trebulani cognomine Balinienses; et Ciceronis Trebulanum. De hac intelligendum puto Livium hoc loco, tum quod iis regionibus propiores in quibus hoc tempore Romani bellum gerebant, tum quod Arpinatibus vicini, quorum hic mentio.

^d *Frusinates*] Ab oppido Volscorum Frusinone, quod vulgo nunc *Fraselone*, ad Cosam fl.

scuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum ictu; donec, altero specus ejus ore (nam pervius erat) invento, utræque fauces congestis lignis accensæ: ita intus fumo ac vapore ad duo millia armatorum, ruentia novissime in ipsas flammæ, dum evadere tendunt, absumpta. Marcis Livio Dentre et Æmilio² consulibus,^e * redintegratum Æquicum bellum.³ Coloniam, ægre patientes velut arcem suis finibus impositam, summa vi expugnare adorti, ab ipsis colonis pelluntur. Ceterum tantum Romæ terrorem fecere, quia vix credibile erat, tam affectis rebus solos per se Æquos ad bellum coortos, ut tumultus ejus causa dictator diceretur C. Junius Bubulcus. Is, cum M. Titinio⁴ magistro equitum profectus, primo congressu Æquos subegit, ac, die octavo triumphans in Urbem cum redisset, ædem Salutis,^f quam consul voverat, censor locaverat, dictator dedicavit.

2. Eodem anno classis Græcorum, Cleonymo duce Lacedæmonio,^g ad Italiæ littora appulsa, Thurias⁵ urbem in Sallentinis^h cepit. Adversus hunc hostem consul Æmili-



1 In Flor. non apparet τὸ δὲ tamen.—2 Vulg. et C. Æmilio. Scribendum monet Sigon. M. Æmilio.—3 ^c Redintegratum Æquorum bellum in Junta primo reperio: nam Andreas et Bec. Equitum. Ascensius et Mog. Equicum. Rott. æquicum. Scribendum autem esse Æquicum, diximus ad lib. II. et sic habet Flor.' J. F. Gronov.—4 Vulg. C. Jun. Bubulcus cum M. Tit.

NOTÆ

^e Et Æmilio coss.] Prænomen hujus Æmilii apud Cassiodorum est Caius; sed idem Marcus est Diodoro, cui potius credendum Sigonius arbitratur, quod præsertim anno sequenti a Nostro magister equitum M. Æmilius nominatur, quem eundem esse putat cum hoc consule. Gronovius suspicatur hic scriptum a Nostro Marcis Livio Dentre, et Æmilio: quod valde probabile.

* A. U. C. 451.

^f Ædem Salutis] In colle Quirinali fuit templum Salutis: unde et collis ipse, et vicina porta Salutaris dicta.

^g Cleonymo duce Lacedæmonio] Cleonymus hic ex regia Eurysthenida-

rum sive Agidarum stirpe erat, Cleomenis junioris regis filius, qui cum Areo Acrotati fratris majoris filio de regno contendit, Pyrrhumque in Læconicam evocavit: pater Leonidæ posterioris.

^h Thurias urbem in Sallentinis] In magna Græcia, et Lucanorum Brutiorumque confinio, ad sinum Tarentinum, fuit Sybaris urbs quondam potentissima, Achæorum opus; a Crotoniatis eversa; deinde a cive suo Thessalo restituta; tum rursus ab Atheniensibus aliisque Græcis deleta; qui in alium locum vicinum translata; Thurium ab ejus nominis fonte dixerunt. Vocabatur et plurali

us missus prælio uno fugatum compulit in naves. Thuriæ redditæ veteri cultori: Sallentinoque agro pax parta. Junium Bubulcum dictatorem missum in Sallentinos, in quibusdam annalibus invenio; et Cleonymum prius, quam confligendum esset cum Romanis, Italia excessisse. Circumvectus inde Brundisii promontorium,ⁱ medioque sinu Adriatico ventis latus, cum læva importuosa Italiæ littora, dextra Illyrii⁶ Liburnique et Istri,^k gentes feræ, et magna ex parte latrociniis maritimis infames, terrerent, penitus ad littora Venetorum pervenit. Ibi expositis paucis,⁷ qui loca explorarent, cum audisset, tenue prætentum littus esse,^l quod transgressis stagna ab tergo sint, irrigua æstibus maritimis;^m agros haud procul proximos campestres cerni; ulteriora colles; inde esse ostium fluminis præalti, quo circumagi naves in stationem tutam vidisse; (Meduacusⁿ

//////////

5 Vet. lib. apud Sigon. *Thurios*. Conj. Doujat. *Rudias*.—6 Vulg. *Illyrici*.

NOTÆ

numero Thurii, aut Thuriæ, tandemque Copiæ appellata est a Romanis coloniam eo deductis. Sita fuit inter Crathin et Sybarin amnes; ubi nunc *Torre del Cuppo*, ex Cluver. aut ubi rudera adhuc ad Sybaris ostia nomen servant. Vocantur enim *Sibari rovinata*. At Thurias in Salentinis nemo locavit. Forte error irrepsit, et *Rudias* scripsit Livius, quod oppidum Ennii poëtæ patria, revera Sallentinorum, non quidem ad littus, sed paucis ab eo passuum millibus, Tarentum inter et Uriam, nunc *Ruja*.

ⁱ *Brundisii promontorium*] Ad Brundisium portum promontoria duo, sed exigua, nec alicujus nominis. Indicatur, opinor, Sallentinum, seu Iapygium promontorium, nunc *Capo di Leuca*, quod Tarento Adriaticum mare petentibus superandum. Est enim hic oræ Italicæ extremus ad orientem excursus; Brundisium autem, vulgo *Brindisi*, non proprie in Sallen-

tinis, sed in ea Messapiæ parte quæ Calabria strictius sumto nomine appellatur.

^k *Illyrii Liburnique et Istri*] De his suo loco plenius. Notandum tantum Illyriorum nomine, quod generale est, intelligi speciatim Dalmatas, qui Liburnos inter et Macedones interjecti.

^l *Tenue prætentum littus esse*] Planum est Venetiæ littus, nec montibus tumulis præmunitum; et ab antiquissimis temporibus tectum paludibus fuit ac stagnis, quæ partim ex Pado, Athesi, et aliis fluminibus, partim ex ipso nascuntur, tanta aquarum copia, ut septem Maria dicta sint.

^m *Irrigua æstibus maritimis*] Testatur Strabo lib. v. oram Venetorum solam propemodum esse Mediterranei maris, in qua Oceani more æstus marini fiant.

ⁿ *Meduacus*] Duplex est Meduacus

amnis erat;) eo invectam classem subire flumine adverso jussit. Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis. In leviora navigia transgressa multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram, pervenit. Ibi egressi, levi præsidio navibus relicto, vicos expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque prædas agunt, et dulcedine prædandi longius usque a navibus procedunt. Hæc ubi Patavium^o sunt nuntiata, (semper autem eos in armis accolæ Galli habebant,)^b in duas partes juventutem dividunt. Altera in regionem, qua effusa populatio nuntiabatur; altera, ne cui prædonum obvia fieret, altero itinere⁸ ad stationem navium (millia autem quatuordecim⁹ ab oppido aberat) ducta. In naves parvas, custodibus interentis, impetus factus; territique nautæ coguntur naves in alteram ripam amnis transjicere. Et in terra prosperum æque in palatos prædatores prælium fuerat; refugientibusque ad stationem Græcis Veneti obsistunt. Ita in medio¹⁰ circumventi hostes cæsique; pars capti classem indicant regemque Cleonymum tria millia abesse. Inde, captivis¹¹ proximo vico in custodiam datis, pars fluviatiles naves, ad superanda vada stagnorum

^b Patavini vero semper ad bellum parati esse cogebantur propter assiduos vicinorum Gallorum insultus.

//////////

—7 Vid. Not. Var.—8 ‘Legendum putabam alio: sed hanc conjecturam jam præcepit Gronovius.’ Stroth. ‘Magis nobis arripit Burmanni conjectura, Drakenborchio jam probata, avio itinere.’ Doering. Avio probat et Rupert. —9 Quindecim Grut. Gronov. Doujat. Crevier. all.—10 Vulg. in medium.—11 ‘Regemque Cleonymum tria inde millia abesse. Ibi captivis. Deficiuntur omnes scripti τῶ Ibi: habent autem, tria (nonnulli quatuor) millia abesse. Inde captivis: ut et Juntas: nam Andreas, Ascensius, Bechar. Mogunt. tria millia abesse. Ibi captivis. Vulgatam apud primum inveni Gryphium.’ J. F. Gro-

NOTÆ

amnis, ex Rhetia in intimum sinus Adriatici recessum influens, major et minor, qui Patavium alluit. Inter utrumque vetustis temporibus fuit Pagus Trojanns. Major hodie Brenta, minor Bacchiglione vocatur.

^o Patavium] Meduacus minor Patavium alluit, major præterfluit; ur-

bem antiquissimam, quam ab Antenore Trojano conditam volunt fabulatores. Cluverius in eo nomine Celticam formationem agnoscit: sed ne Venetis Gallis hoc decus ascribat, (quod Strabo velle videtur,) maluit ad Illyrios confugere. Olim Venetiæ caput, nunc Academia illustris, vul-

apte planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis complent. Profectique ad classem, immobiles naves et loca ignota plus, quam hostem, timentes circumvadunt: fugientesque in altum acrius, quam repugnantes,¹² usque ad ostium amnis persecuti, captis quibusdam incensisque navibus hostium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur. Cleonymus, vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Adriatici prospere adita, discessit. Rostra navium spoliaque Laconum, in aede Junonis veteri fixa, multi supersunt, qui viderunt. Patavii monumentum navalis pugnae eo die, quo pugnatum est, quotannis solenni certamine navium in flumine oppidi medio^p exercetur.¹³

3. Eodem anno Romae cum Vestinis,^q petentibus amicitiam, ictum est foedus. Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare, ab Arretinorum seditionibus motu orto, nuntiabatur; ubi Cilnium genus[†] praepotens,^c divitiarum invidia, pelli armis coeptum; simul Marsos¹⁴ agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli^r deducta erat, quatuor millibus

^c *Opibus supra ceteras eminens familia Cilniorum.*

//////////

nov.—12 Vulg. *ac nusquam repugnantes.*—13 ‘Forte leg. *Patavii in monumentum* (memoriam) *navalis pugnae . . . quotannis solenne certamen navium . . . exercetur*: nisi haec sententia doctius expressa est.’ *Rupert.*—14 ‘Aliquot libri habent *Simum a Marsis*. Quo fit, ut putem legendum esse, *Simul a*

NOTÆ

go *Padoa*.

^p *In flumine oppidi medio*] In Meduaco minori, qui per mediam urbem labitur.

^q *Cum Vestinis*] Inter Samnitici generis populos Vestini fuere, Matrino fl. a Picenis agroque Hadriano, Aterno a Marrucinis et Pelignis divisi; quorum oppida praecipua Pinna, hodie, *Civita di Penna*: et Angulus, vulgo, *Civita di S. Angelo*, in Aprutio ulteriori, et regno Neapolitano.

[†] *Cilnium genus*] Vide quae hac de gente collegit J. H. Meibomius in C. Cilnii Mæcenatis vita, c. 3. *J. Clericus*.

^r *Carseoli*] Via Valeria trib. pass. millib. a dextra Anienis ripa fuere Carseoli, nunc vulgo *Arsuli*, in Campania Romana. Oppidum fuit Æquorum, seu Æquiculorum, ut ipse Livius scribit initio cap. 14. Mirum ni Albam hic dicere voluit Livius; cum eo jussam deduci coloniam cap. 1. scripserit; coloniae vero Carseolos deductae hactenus non meminerit; sed post annum abhinc quartum dicto cap. 14. Alioqui dicendum erit, colonis Carseolos missis assignatos in vicinorum Marsorum finibus agros, quod forte non sufficeret quatuor millibus civium Romanorum territo-

hominum scriptis. Itaque propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator, magistrum equitum sibi legit M. Æmilium Paullum.³ Id magis credo, quam Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus⁴ Valerio subjectum. Ceterum ex Maximi cognomine ortum errorem⁵ haud abnuerim. Profectus dictator cum exercitu prælio uno Marsos fundit. Compulsis deinde in urbes munitas, Miloniam, Plestinam,¹⁵ Fresiliam,^x intra dies paucos cepit: et parte agri



Marsis agrum vi tencri. Sigon.—15 Al. *Miloniam, Plistiam.*

NOTÆ

rium Carseolanum: non secus ac Cremonensibus colonis assignati agri in Mantuano, tempore Augusti, quæ causa Virgilianæ querelæ: 'Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ!'

³ *M. Æmilium Paullum*] Notandum semel ex Sigonio *Paullum* scribi duobus l, ut lapides Capitolini, et nummi argentei docent.

⁴ *Q. Fab. ea ætate atque eis honoribus*] Cum veterum historiæ Romanæ scriptorum alii Q. Fabium Rullianum, alii M. Æmilium a M. Valerio dictatore magistrum equitum dictum traderent; Auctor noster horum sententiam præponit, quod minus verisimile videatur Fabium, non solum majorem ætate, sed omnibus summis honoribus functum, ad minorem dignitatem sub Valerio gerendam vocatum.

⁵ *Ex Maximi cognomine ortum errorem*] Rem perplexam non satis explicat Livius. Id enim tantum indicat errorem aliquem inter veteres scriptores ex eo natum, quod tam Fabio quam Valerio commune esset Maximi cognomen. In quo error ille versaretur divinandum nobis relinquit. Ad hunc labyrinthum extricandum lucem præferunt Sigonius et Pighius; qui ducta ex Capitolinorum lapidum frag-

mentis conjectura volunt an. 452. duos illos fuisse dictatores sine consulibus, primo Q. Fab. Max. Rullianum iterum, magistrum equitum M. Q. Æmilio, deinde Valerium Corvum, iterum quoque, cui P. Sempromius Sophus magister equitum fuerit. Negant enim aliter constare posse temporum rationem: veluti ut, Cn. Fulvius Centumalus consulatu suo, id est, an. 455. triumphaverit, quod a Nostro traditur, atque ut, quod observatum est a Cicerone de Senectute, inter duos Appii Cæci consulatus anni decem interfuerint. Error itaque auctorum in eo esse potuit, ut cum eodem anno Valerium et Fabium, utrumque Maximum cognomine, in summo magistratu legerent in fastis; nec facile contingeret, ut duo intra ejusdem anni metas dictatores crearentur; unum ex his, nempe Valerium, dictatorem fuisse putaverint, alterum, Fabium scilicet, tanquam equitum magistrum ei adjunxerint.

^x *Miloniam, Plestinam, Fresiliam*] Milonia seu Milonia a Romanis capta de Samnitibus narratur infra c. 34. Plistia autem obsessa et oppugnata in Samnitium ditone scribitur l. ix. c. 21. Hinc Glar. errasse Livium arguit, quod hæc loca nunc Marsis, alibi Samnitibus ascribat. Sigonius ve-

multatis Marsis foedus restituit. Tum in Etruscos versum bellum; et, cum dictator auspicioꝝ repetendorum causa profectus Romam esset, magister equitum, pabulatum egressus, ex insidiis circumvenitur; signisque aliquot amissis, foeda militum caede ac fuga in castra est compulsus. Qui terror non eo tantum a Fabio abhorret, quod si qua alia arte cognomen suum æquavit, tum maxime bellicis laudibus; sed etiam, quod, memor Papirianæ sævitiae, nunquam, ut dictatoris injussu dimicaret, adduci potuisset.

4. Nuntiata ea clades Romam majorem, quam res erat, terrorem excivit. Nam, ut exercitu deleto, ita justitium indictum; custodiæ in portis, vigiliæ vicatim exactæ; arma, tela in muros congesta. Omnibus junioribus sacramento adactis, dictator, ad exercitum missus, omnia spe tranquilliora et composita magistri equitum cura, castra in tutiorem locum redacta, cohortes, quæ signa amiserant, extra vallum sine tentoriis destitutas invenit; exercitum avidum pugnae, quo maturius ignominia aboleretur. Itaque confestim castra inde in agrum Rusellanum^y promovit. Eo et hostes secuti: et quanquam¹⁶ ex bene gesta re summam et in aperto certamine virium spem habebant; tamen insidiis quoque, quas feliciter experti erant, hostem tentant.

NOTE

ro existimat diversa esse oppida, et Miloniam ac Plistiam Samnitium esse, Marsorum vero Miloniam et Plectinam. Nihil tamen affert quo hanc diversitatem affirmet. Et lib. ix. Plistiam non Samnitium urbem, sed Romanorum sociam Noster dicit: eandemque historiam narrans Diodorus urbem vocat Πλειστικήν: unde Cluverius verum nomen Plectinam fuisse conjicit. Et quamvis Stephanus Miloniam inter Samnitium urbes numeret, hæc tamen loca in Marsorum regione ad confinia Samnitium et Pelignorum ponit. Neque his obstat, quod nonnunquam Samnitibus attributa legantur, iis scilicet tempo-

ribus, quibus Marsi in partibus Samnitium erant. In eorum regione, et comitatu Molisii opp. *Magliano*; ad fines eorundem versus meridiem locum *Pelettino* invenio, ad ortum *Prezza*; quæ tria cum veterum Milonia, Plectina, Fresilia nonnullam habere videntur nominum affinitatem.

^y *In agrum Rusellanum*] Ultra Umbro-nem Roma proficiscentibus, interque eum fluvium ac Prilem lacum, fere olim Rusellæ, unum e duodecim primariis Tuscorum oppidis; cujus memoriam servant aquæ Rusellanæ, vulgo, *Bagni di Roselle*. Ruinæ hæc procul visuntur, sed ruinæ duntaxat.

Tecta semirutata vici, per vastationem agrorum deusti, haud procul castris Romanorum aberant. Ibi abditis armatis, pecus in conspectu praesidii Romani, cui praerant Cn. Fulvius legatus, propulsum. Ad quam illecebram cum moveretur nemo ab Romana statione, pastorum unus, progressus sub ipsas munitiones, inclamat alios, cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, 'quid cessarent, cum per media castra Romana tuto agere possent?' Hæc cum legato Carites quidam interpretarentur, et per omnes manipulos militum indignatio ingens esset, nec tamen injussu movere auderent; ¹⁷ jubet peritos linguæ attendere animum, pastorum sermo agresti, an urbano, propior esset. ¹⁸ Cum referrent, sonum linguæ et corporum habitum et nitorem cultiora, quam pastoralia, esse; 'ite igitur, dicite,' inquit, 'detegant nequicquam conditas insidias: omnia scire Romanum; nec magis jam dolo capi, quam armis vinci, posse.' Hæc ubi audita sunt, et ad eos, qui consederant in insidiis, perlata, consurrectum repente ex latebris est, et in patentem ad conspectum undique campum prolata signa. Visa legato major acies, quam quæ ab suo praesidio sustineri posset. Itaque prope ad dictatorem auxilia accitum mittit: interea ipse impetus hostium sustinet.

5. Nuntio allato, dictator signa ferri, ac sequi armatos jubet. Sed celeriora prope omnia imperio erant. Rapta extemplo signa armaque; et vix ab impetu et cursu tenebantur. Cum ira ab accepta nuper clade stimulabat, tum concitior accidens clamor ab increcente certamine. Urgent itaque alii alios, hortanturque signiferos, ut ocyus eant. Quo magis festinantes videt ¹⁹ dictator, eo impensius retentat agmen, ac sensim incedere jubet. Etrusci contra, principio exciti pugnæ, omnibus copiis aderant. Et super alios alii nuntiant dictatori, omnes legiones Etruscorum capessisse pugnam; nec jam ab suis resisti posse:



16 Al. *secuti, quanquam*.—17 *Movere se auderent* Gronov. Donjat. Crevier.—18 Duo Pall. et Voss. *pastorum sermoni, agresti an urbano p. e. Tertius sermone*.

et ipse cernit ex superiore loco, in quanto discrimine præsidium esset. Ceterum satis fretus, esse²⁰ etiam nunc tolerando certamini legatum,^c nec se procul abesse periculi vindicem, quam maxime vult fatigari hostem, ut integris adoriatur viribus fessos. Quanquam lente procedunt, jam tamen ad impetum capiendum, equiti utique, modicum erat spatium. Prima incedebant signa legionum, ne quid occultum aut repentinum hostis timeret: sed reliquerat¹ intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spatio equi permitti possent. Pariter sustulit clamorem acies; et emissus² eques^z libero cursu in hostem invehitur, incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem offundit. Itaque, ut prope serum auxilium³ jam pæne circumventis, ita universa requies^a data est.^d Integri accipere pugnam: nec ea ipsa longa, aut anceps fuit. Fusi hostes castra repetunt, inferentibusque jam signa Romanis cedunt, et in ultimam castrorum partem conglobantur. Hærent fugientes in angustiis portarum: pars magna aggerem vallumque conscendunt, si aut ex superiore loco tueri se, aut superare aliqua et evadere possent. Forte quodam loco male densatus agger pondere superstantium⁴ in fossam procubuit: atque ea cum Deos pandere viam fugæ

^c *Confidens legatum Cn. Fulvius, adhuc sustinendo prælio parem esse.*

^d *Effectum est, ut statim a certamine undique omnino cessare licuerit.*



19 Vet. lib. apud Sigon. *festinantes ire videt.*—20 Vet. lib. apud eund. *fretus satis esse.*—1 Al. *relinqueret.* Conj. Rupert. *relicta erant.*—2 Al. *immissus.*—3 ^c Voss. *ut prosperum.* Thuan. Voss. alter, duo Pall. *ut properum auxilium.* Tertius, *ut non properum auxilium: cui pæne accedo, etsi non oblitus, serum auxilium alibi frequentari Nostro. Lib. xxviii. 25. 'Nihil reliqui habebant præter non tutissimum a malis consiliis receptum.'* J. F.

NOTÆ

^z *Emissus eques*] Ita meliores codices, et melius quam ii qui habent, *immissus.* Vult enim equitatum postrema ex acie, ubi post legiones latebat, subito per earum intervalla adversus hostes nihil tale metuentes emissum. Et Noster sic loqui amat, ut lib. vii. 'Eques deinde emissus

turbatos avertit.'

^a *Universa requies*] Sic l. iv. 'Spem universæ victoriæ præcipere.' Item lib. xxii. 'Neque universo periculo summa rerum committebatur.' Quæque alia Gronov. observat. Cave itaque ne emendatius putes ita, *universis requies data est.*

conclamassent, plures inermes, quam armati, evadunt. Hoc prælio fractæ iterum Etruscorum vires; et, pacto annuo stipendio et duum mensium frumento, permissum ab dictatore, ut de pace legatos mitterent Romam. Pax negata: induciæ biennii datæ. Dictator triumphans in Urbem rediit. Habeo auctores, sine ullo memorabili prælio pacatam ab dictatore Etruriam esse, seditionibus tantum Arretinorum compositis, et Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto. Consul ex dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atque adeo etiam absentem, creatum credidere⁵ quidam; et per interregem ea comitia facta.^{6b} Id unum non ambigitur, consulatum cum Appuleio Pansa gessisse.

6. M. Valerio et Q. Appuleio consulibus,* satis pacatæ foris res fuere. Etruscum adversa⁷ belli res^c et induciæ quietum tenebant: Samnitum, multorum annorum cladibus domitum, haud dum fœderis novi poenitebat. Romæ quoque plebem quietam et exoneratam deducta in colonias multitudo præstabat. Tamen, ne undique tranquillæ res essent, certamen injectum inter primores civitatis, patricos plebeiosque, ab tribunis plebis Q. et Cn. Ogulniis: qui, undique criminandorum Patrum apud plebem occasionibus quæsitis, postquam alia frustra tentata erant, eam actionem susceperunt, qua non infimam plebem⁸ accenderent,^e sed ipsa capita plebis, consulares triumphalesque plebeios; quorum honoribus nihil, præter sacerdotia, quæ nondum promiscua erant, deesset. Rogationem ergo promulgarunt,⁹

^e Susceperunt agitandum in comitiis, quod primores plebis commoveret.

Gronov.—4 *Superastantium* Gronov.—5 *Conj. Duk. tradidere.*—6 ‘*Probo magis, habita, quod est in vet. lib.*’ *Sigon.* Vid. inf. et Not. Var.

7 *Adversæ* Gronov. Doujat. Crevier. Vid. Not. Var.—8 *Vet. lib. apud Sigon. qua non infimam modo plebem.*—9 *Al. Rogationem promulgarunt.*—

NOTÆ

^b *Per interregem ea comitia facta*] Sigonio placet comitia habita, quod sane magis tritum: sed Noster ‘comitia perfecta’ hoc ipso lib. dicit, quidni et facta?

* A. U. C. 453.

^c *Etruscum adversa [adversæ] belli res*] Ex variis lectionibus movetur Gronovius, ut Livium scripsisse putet *Etruscum adversa belli et induciæ*

ut, cum quatuor augures,^d quatuor pontifices^e ea tempe-
tate essent, placeretque augeri sacerdotum numerum, qua-
tuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, alleg-
rentur. Quemadmodum ad quatuor augurum numerum,
nisi morte duorum,^f id redigi collegium potuerit, non inve-
nio; cum inter augures constet, imparem numerum debere
esse, ut tres antiquæ tribus,^g Ramnes,¹⁰ Titienses, Luceres,
suum quæque augurem habeant; aut, si pluribus sit opus,
pari inter se numero sacerdotes multiplicent: sicut multi-
plicati sunt, cum ad quatuor quinque adjecti novem nume-
rum, ut terni in singulas essent, expleverunt. Ceterum,

NOTE

quietum tenebant. Ita adversa belli, ut apud eundem, ' incerta belli.'

^d *Quatuor augures]* A Romulo tri-
num tantum augurum collegium fuit
institutum, uno ex unaquaque tribu
delecto. Onphrius tribusillis quar-
tum a Servio Tullio adjectum fuisse
conjecit, cum is Urbem in tribus qua-
tuor divisisset: sed Noster mox ad-
jicit impari numero creati solitos,
quo posito videntur duo tribus primis
simul adjiçendi fuisse.

^e *Quatuor pontifices]* Hunc pontifi-
cum numerum Numa instituerat.

^f *Nisi morte duorum]* Quod Livius
ait se non invenire quomodo collegi-
um augurum ad quatuor numerum
redigi potuerit, nisi morte duorum;
id equidem quomodo consequentibus
cohæreat, non invenire me fateor. Si
enim impar augurum numerus esse
debet, ut ipse subjicit, vel quinque,
vel septem antea fuerint oportet; et
sic non duorum, sed vel unius, vel
trinum morte, ad quaternarium nume-
rum redigi potuerunt: si deinde tres
antiquæ tribus pari inter se numero
augures multiplicaverant, ut mox
subjungitur, jam ex tribus auguribus
sex facti erant, nec dispar erat nume-
rus. Denique quomodo pari numero
nunc multiplicati sunt, cum ad qua-

tuor adjecti sunt quinque; hæc meo
quidem iudicio stare non possunt, nec
aliter conciliari, quam si vox *imparem*
corrigatur, ita ut legamus vel divis
vocalibus in *parem numerum*, vel ita
parem numerum debere esse, ut tres an-
tiquæ tribus suum quæque augurem
habeant: sic enim numeri paritas vel
imparitas non ad ipsos augures refe-
retur, sed ad proportionem cum ve-
teribus illis tribubus, ad quas vel im-
pari vel pari num. erant augures delecti
pro variis temporibus fuere: ita ut
cum initio tres fuerint, singuli ex sin-
gulis tribubus, postea duplicato nu-
mero sex, duo nempe ex unaquaque
illarum tribuum; nunc vero numero
adhuc æqualiter pro ratione tribuum
aucto, terni in quamque tribum de-
signati fuerint, et sic novem omnino
extiterint. Atque hic numerus man-
sit usque ad Syllæ dictatoris tempo-
ra; qui constituit, ut tum augures,
tum pontifices quindecim in posterum
essent. Hæc ratione omnia mihi pla-
na videntur futura.

^g *Tres antiquæ tribus]* Vero nomine
nunc tribus nominat, quemadmodum
Plut. in Romulo, et Festus ac Pædi-
anus, quas lib. i. c. 13. et 36. centu-
rias vocaverat, ut observat Sigonius.

quia de plebe allegebantur, juxta eam rem ægre passi Patres, quam cum consulatum vulgari viderent.^f Simulabant, ad Deos id magis, quam ad se, pertinere: ipsos visuros, ne sacra sua polluantur. Id se optare tantum, ne qua in rem publicam clades veniat. Minus autem tetendere, assueti jam tali genere certaminum vinci. Et cernebant, adversarios non id, quod olim vix speraverint, affectantes magnos honores, sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen¹¹ adeptos, multiplices consulatus censurasque et triumphos.^g

7. Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime ferunt et inter P. Decium Murem. Qui cum eadem ferme de jure Patrum ac plebis, quæ pro lege Licinia^h quondam contraque eam dicta erant, cum plebeiis consulatus rogabatur,⁴ disseruissent; retulisse dicitur Decius parentis sui speciem, qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum Gabino cultu, super telum stantem, quo se habitu pro populo ac legionibus Romanis¹² devovisset: ‘Tum P. Decium consulem purum piunique Deis immortalibus visum,ⁱ æque ac si T. Manlius collega ejus devoveretur. Eundem P. Decium, qui sacra publica populi Romani faceret, legi rite non potuisse? Id esse periculum, ne suas preces minus audirent Dii, quam Ap. Claudii? Castius eum sacra privata facere, et religiosius Deos colere, quam se? Quem poenitere vo-

^f Cum cernebant dignitatem consularem communicari cum vulgo.

^g Videbantque plebeios non solum id assecutos, quod ab initio cum ad majores dignitates aspirarent, sperare vix ausi fuerant, sed tandem cunctis rebus potitos de quibus inter utrumque ordinem quantumcumque ambigua spe certatum fuerat.

^h Cum lex ferebatur de consulatu plebeiis permittendo.



10 Al. Rannenses.—11 Doering. tandem conj. pro tamen, quia hoc initio cap. seq. repetitur.

NOTÆ

^h Pro lege Licinia] Lex est Caii Licinii Stolonis de uno consule plebeio, de qua lib. vi. c. 35. 37. 39. et duob. seqq.

ⁱ Purum piunique Deis immortalibus

visum] Non minus Diis acceptam fuisse eam Decii plebei consulis devotionem, quam futura fuisset Manlii consulis patricii.

torum, quæ pro re publica nuncupaverint tot consules plebei, tot dictatores, aut ad exercitus euntes, aut inter ipsa bella? Numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu et auspicio res geri cœptæ sunt: ¹³ numerarentur triumphi. Jam ne nobilitatis quidem suæ plebeios pœnitere. Pro certo habere, si quod repens bellum oriatur, non plus spei fore senatui populoque Romano in patriciis, quam in plebeiis ducibus. Quod cum ita se habeat, cui Deorum hominumve indignum videri potest, inquit, 'eos viros, quos vos ¹⁴ sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, et toga picta, ^k et corona triumphali laureaque honoraritis, quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia insignia adjicere? qui, Jovis optimi maximi ornatu decoratus, curru aurato per Urbem vectus in Capitolium ascenderit, si conspiciatur cum capide ac lituo, ¹⁵ capite velato victimam cæ-



¹² Romanis abest Gronov. Donjat. Crevier.—¹³ Conj. Duk. sint.—¹⁴ Al. eis vinis quos vos. Vid. Not. Var.—¹⁵ 'Cum capide ac lituo. Mediolani natum est: et inde accepit Tarvisina. Andreas, et quod vidimus aut

NOTE

^k *Tunica palmata et toga picta*] De utroque genere sic Festus: 'Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata est, eaque erat sine pictura.' Ac deinde: 'Tunica autem palmata a latitudine clavorum dicebatur; quæ nunc a genere picturæ appellatur.' Quibus verbis tunicam palmatam videtur cum toga picta et clavata veste confundere: nisi forte quatenus alia togæ, alia tunicæ forma est, aliusque usus. Nec magis distinguit Isidorus Orig. xxix. 24. 'Toga,' inquit, 'palmata dicebatur, quam merebantur ii qui reportabant de hostibus palmas. Ipsa vocabatur et toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.' Sane Imperatorum temporibus palmatæ nomen de toga picta, quæ consilibus dabatur, est accipiendum. At tempore Reip. diversa fuisse hæc orna-

menta, vel ex hoc ipso Livii loco intelligi potest: quanquam generali pictæ vestis nomine comprehendi palmatas puto, sic dictas a palmæ arboris figuris acu delineatis; cum pictæ appellarentur quæ alias quoque formas rerum expressas intextasque haberent. Diversæ ab his clavatæ. Et quidem Salmas. ad Vopiscum in Carino, pictam vestem a clavata sic distinguit: quod illa rei alicujus figuram acn factam, atque aureis aut variis filis intextam, exhibebat, ut florem, stellam, hominem; clavi vero, tam aurei, quam purpurei, (alio vocabulo *plumæ*,) particulæ erant ex auro vel purpura, nunc rotundæ, nunc quadratæ; quæ tanquam emblemata quædam vestibus insuebantur, poterantque inde eximi, ut in aliam vestem transferrentur.

¹ *Cum capide ac lituo*] Alias cum

dat, auguriumve ex arce capiat? Cujus imaginis titulo consulatus, censuraque, et triumphus æquo animo legetur; si auguratum aut pontificatum adjeceritis, non sustinebunt legentium oculi? Equidem (pace dixerim Deum) eos nos jam populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus; et Deorum magis, quam nostra causa expectamus,¹⁶ ut, quos privatim colimus, publice colamus.

8. 'Quid autem ego sic adhuc egi, tanquam integra sit causa patriciorum de sacerdotiis, et non jam in possessione unius amplissimi simul sacerdotii? Decemviros sacris faciendis,^m carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes, antistites eosdem Apollinaris sacriⁿ cærimoniarumque aliarum, plebeios videmus. Nec tum patriciis ulla injuria facta est, cum duumviris sacris faciendis adjectus est propter plebeios numerus: et nunc tribunus, vir fortis ac strenuus, quinque augurum loca, quatuor pontifi-



accepimus de manuscriptis, cum lituo capite velato: aut solummodo, cum capite velato. Solus Flor. cum t̄i capide ac tuo capite velato. Quod satis est, quamvis distracta voce lituo, ut de hac lectione propter vitium promiscuorum librorum dubitare desinas.' J. F. Gronov.—16 Quidam codd. expectamus.

NOTE

capside: forte melius *cum apice et lituo*. Sed quanquam non pauci veterum habeant *cum lituo*, omisso intermedio vocabulo, tamen apud Festum *capis* poculi genus est, dictum a capiendo; quod auguribus victimam cædentibus in usu esse potuit.

^m *Decemviros sacris faciendis*] Initio ad libros Sibyllinos custodiendos a Tarquinio Superbo duumviri ex nobilitate creati fuere, additis duobus ministris publicis, ex Dion. Halic. lib. iv. Ea cura, ut et sacrorum ex eorum librorum vaticiniis faciendorum, penes duumviros ex nobilitate quoque delectos diu fuit. Sed anno 388. ex plebiscito C. Licinii et L. Sextii, pro duumviris creati cœperunt decemviri, partim ex plebe, partim ex patribus, ut Liv. lib. vi. cap. 27.

refert.

ⁿ *Antistites eosdem Apollinaris sacri, &c.*] Hæc de ludis Apollinaribus intelligi non possunt: licet enim decemviri ea sacra facerent, eorum tamen usus non nisi anno U. 541. cœpit, auctore ipso Livio lib. xxv. c. 12. Forte hic innuuntur ludi sæculares, qui instituti sunt a P. Val. Publ. quibus sacrificia quidem in Jovis, Junonis, aliorumque Deorum, non minus quam in Apollinis, Latonæ, ac Dianæ honorem, a decemviris, qui postea quindecim viri, fiebant: sed et ludi theatrales in honorem Apollinis ac Dianæ celebrabantur primo die; tertio vero in templo Apollinis Palatini a pueris prætextatis ac virginibus (qui omnes patrimi et matrimi) carmina concinebantur.

cum adjecit, in quæ plebeii nominentur; non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris humanis pro parte virili adjuvant. Noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in censura, quem in consulatu collegam habere potuisti: cujus tam dictatoris magister equitum, quam magistri equitum dictator esse potes. Sabinum advenam, principem nobilitatis vestræ, seu Attum Clausum,¹⁷ seu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt. Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. Multa nobiscum decora afferimus; immo omnia eadem, quæ vos superbos fecerunt. L. Sextius primus de plebe consul est factus; C. Licinius Stolo primus magister equitum; C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor; Q. Publilius Philo primus prætor. Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere,^p vos solos justum imperium et auspiciam domi militiæque. Æque adhuc prosperum plebeium ac patricium^q fuit, porroque erit. En unquam¹⁸ fando audistis, patricos primo esse factos, non de cœlo demissos, sed qui patrem ciere^r



17 'Supra ostendi legendum, seu *Actium Clausum*.' Sigon. 'Thuan. et duo Pall. seu *App. tum Clausum*. Voss. seu *App. cum Clausum*. Helm. et Rott. seu *atium Clausum*. Videntur *Attum* velle.' J. F. Gronov.—18 Vet. lib. apud

NOTÆ

^o *Seu Attum Clausum*] De hoc Claudiorum parente, qui a Sabinis ad Romanos, paulo post reges expulsos, transiit, Liv. lib. II. c. 16. sic habet. 'Attus Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomen.'

^p *Vos solos gentem habere*] Gloriantur patricii sibi solis competere, ut gentem haberent, id est, ut nobiles ac gentiles essent. Definiuntur autem gentiles a Cic. in Top. ex Scævola Jurisconsulti sententia, 'qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum nemo servitutem servivit, neque capite deminutus est.' Ejusmodi se a Ro-

mulo delectos gloriabantur patricii; sed hanc gentilitatis laudem nunc a plebeiiis quoque pari jure posse vindicari argumentatur Decius.

^q *Plebeium ac patricium*] Repete ex proximo, *auspiciam*.

^r *Qui patrem ciere*] Argumentum est ab etymologia sive origine nominis: fuerunt enim teste Dionys. lib. II. et Plut. in Romulo, qui patriciorum nomen invidiose ex eo deducere, quod illi soli possent patrem ingenuum ciere, sive ostendere; quasi cetera primorum Romanorum turba e fugitivis fuerit, qui patrem indicare non possent; quo alludit Sati-

possent,¹⁹ id est, nihil ultra quam ingenuos?⁵ Consulem jam patrem ciere possum, avumque jam poterit filius meus. Nihil est aliud in re, Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur. Certamen tantum patricii petunt, nec curant, quem eventum certaminum habeant. Ego hanc legem, quod bonum, faustum, felixque sit vobis ac rei publicæ, uti rogas, jubendam²⁰ censeo.⁷

9. Vocare tribus ex templo populus jubebat, apparebatque accipi legem: ille tamen dies est intercessione sublatus.⁴ Postero die, deterritis tribunis,⁸ ingenti consensu accepta est. Pontifices creantur suasor legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilius, M. Livius Denter. Quinque augures item de plebe, C. Genucius, P. Ælius Pætus, M. Minucius Fessus, C. Marcius, T. Publilius. Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus. Eodem anno M. Valerius consul de provocatione legem tulit, diligentius sanctam. Tertio ea tum post reges exactos lata est, semper a familia eadem. Causam renovandæ sæpius

¹ Num aliquando inter hominum colloquia dici audivistis eos primo patricios factos esse, non qui de caelo essent delapsi, sed qui patrem cum honore appellere possent?



Sigon. En Romæ unquam.—19 Al. qui patrem ciere avumque possent. Vid. Not. Var.—20 Al. uti rogati: jub.

NOTÆ

ricus: 'Primus majorum quisquis fuit ille tuorum, Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.' Notat certe idem Dionys. quoties patricii a regibus convocarentur, solitum eorum unumquemque suo ac patris nomine appellari, plebeios vero cornibus advocari. Quod vero in quibusdam additur *avumque*, Sigon. observat hanc vocem non reperiri in veteribus libris, neque vero desiderari.

Qui *patrem ciere possent*] Syllabæ *cius* sunt, ut recte Vossius, productio vocis in *patricius*, ut in 'Ædili-cius,' 'Tribunicus,' 'novicius,' &c. sed Romani analogiæ linguæ suæ non ita periti erant, ut ex Varronia-

nis Etymologiis liquet. *J. Clericus.*

⁵ *Nihil ultra quam ingenuos*] Apparet ingenuos primis temporibus dictos, qui liberis atque honestis parentibus orti essent. At posteriori ævo pro ingenuis habiti sunt quicumque liberi nascebantur, non habita patris aut avi ratione, ut ex jurisconsultis notum.

⁴ *Intercessione sublatus*] Intercedentibus scilicet aliis tribunis plebis, dies illa Ogulniis erepta, dilatatumque negotium in diem sequentem.

⁸ *Deterritis tribunis*] Duo, tresve, qui pridie legi intercesserant, reliquorum consensu deterriti, nuntiaverunt intercessioni suæ.

haud aliam fuisse reor, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant. Porcia tamen lex^{1 x} sola pro tergo civium^y lata videtur: quod gravi pœna, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sauxit. Valeria lex, cum eum, qui provocasset, virgis cædi securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra, quam improbe factum,^{2 z} adjecit. Id (qui tum pudor hominum erat) visum, credo, vinculum satis validum legis. Nunc vix serio^a ita³ minetur quisquam. Bellum ab eodem consule haudquaquam memorabile adversus rebellantes Æquos, eum præter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent, gestum est. Alter consul Appuleius in Umbria Nequinum^b oppidum circumsevit. Locus erat arduus



1 Vet. lib. apud Sigon. *Porcia inde lex.*—2 Conj. J. F. Gronov. *quam improbe facturum.*—3 *Nunc vix servo ita.* Pithœus II. *Advers.* 2. *scrio.* Neutrum placet. Quidam editi, *nunc vix servo suo ita.* Non juvant scripti, nisi quod Flor. *scritos cro.* Helm. et Rott. *nunc vix si summo serio minetur:* unde timide coniciebam, *nunc vix si summas pœnas minetur.* Nempe ipsa lex satis validum vinculum habet. Voss. alter, *nunc vix servata minetur quisquam.* J. F.

NOTÆ

^x *Porcia tamen lex*] Hujus legis nomen non a M. Porcio Catone Censorio, sed a quodam Portio Læca desumptum esse indicat apud Ant. Augustinum denarius nummus, in quo legitur: P. LAECA: et PROVOCO: ea figura, ut civis Romanus a magistratu, cui lictor præsto est, provocare videatur. Læcam vero gentis Porciæ cognomen fuisse ostendit Liv. lib. XXXIII. et alius denarius, in quo est M. PORC. LAECA. De hac Cicero in oratione pro Rabirio perduellionis reo.

^y *Pro tergo civium*] Dicitur etiam 'pro scapulis' apud Festum, laudante Godelev. Plin. 'De jure virgarum' appellasse videtur Sigonio: per hanc enim legem adimebatur jus virgarum in cives, in peregrinos vero permittebatur.

^z *Improbe factum*] In eam vim habebat ut contra bonos mores factum

intelligeretur: quo nihil turpius homini probo; adeo ut apud jurisconsultos conditio aliquid contra bonos mores faciendi non magis obliget, quam quæ per rerum naturam impossibilis est. Ceterum libens Gronovio assenserim, qui *improbe facturum* malle videtur, quam *factum*. Leges enim in futurum feruntur. Cic. lib. II. ad Att. ep. 24. 'qui eum emisset, contra Remp. esse facturum.'

^a *Nunc vix serio*] Illud *serio* a Pithœo est II. *Advers.* c. 2. Vulgaris lectio, *vix servo*. Quid si ex veterum codicum auctoritate legamus, una tantum litera mutata, *nunc vix si summa serio minetur quisquam*: nimirum summa supplicia, ut repetatur, 'ne tunc quidem satis validum fore legis vinculum.'

^b *Nequinum*] Oppidum fuit Umbro- rum in Sabinorum finibus, cui postea Narniæ inditum nomen a Nare fluvio

atque in parte una præceps, ubi nunc Narnia sita est. Nec vi, nec munimento capi poterat. Itaque eam infectam rem M. Fulvius Pætinus, T. Manlius Torquatus, novi consules, acceperunt.* In eum annum cum Q. Fabium consulem non petentem^c omnes dicerent centuriæ, ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi sibi consulatus in bellicosiore annu: eo anno majori se usui rei publicæ fore, urbano gesto magistratu. Ita nec dissimulantem, quid mallet, nec petentem tamen, ædilem curulem cum L. Papirio Cursore factum. Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit; qui eo anno ædiles curules fuisse tradit C. Domitium Cn. F.⁴ Calvinum et Sp. Carviliu Q. F. Maximum. Id credo cognomen^d errorem in ædilibus fecisse; secutamque fabulam mixtam ex ædiliis et consularibus comitiis, convenientem errori. Et lustrum eo anno conditum a P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Saverione⁵ censoribus: tribusque additæ duæ, Aniensis^e ac Terentina.^f Hæc Romæ gesta.

//////////

Gronov.—4 *C. Domitium Cn. F.* Non facile reperies in Domitiis hoc prænomen. Natum est autem Magontiaci. Andreas et ceteri usque ad Ascensium, *Cl. Domitium*, ut et Florentinus. Rott. *C. L. Domitium*. Voss. *L. C. Domitium*. Ergo vel *Cn.* vel *L.* scribendum. *Cn.* mavult Pighius, et esse filium Cn. Domitii Calvini cum A. Cornelio Cosso an. U. C. 421. consulis.⁷ *J. F. Gronov.*—5 *Vulg. Averrione.*

NOTÆ

præterfluente, seu radices montis, cui impositum hoc oppidum, alluente. Situm inter Otriculum et Interamnam. Hodie *Narni*, in Ducatu Spoletano et pontificis ditione.

* A. U. C. 454.

^c *Q. Fabium consulem non petentem*] Ex vetustis codicibus, qui habent *consulem appetentem*, vel *appatentem*, suspicatur Gron. *absentem*. Ita ut intelligatur de absentia, non quidem ab Urbe, sed a Campo Martio, in quem venire potnerit dissuadendis centuriis, ubi audivit consulem se dici.

^d *Id credo cognomen*] Maximi cognomen vult posterioribus historicis

imposuisse, ita ut crediderint ædilitatem infra tanti viri (Q. Fabii) fastigium fuisse, conjecerintque de eo consule potius creando in comitiis actum.

^e *Aniensis*] Tribus Aniensis dicta creditur ab Aniene amne, quo Sabini a Latinis dirimuntur. Fuit hæc trigesima secunda tribus.

^f *Terentina*] Hæc tribus 33. non a Tarento, Lacedæmoniorum colonia, sita in Salentinorum regione, atque extrema Italia, ad sinum sui nominis, sed a Terento dicta putatur, qui locus in ipso Campo Martio erat, ubi ara subterranea Diti sacra. De eo

10. Ceterum ad Nequinum oppidum eum segni obsidione tempus tereretur,⁶ duo ex oppidanis, quorum erant ædificia juncta muro, specu facto ad stationes Romanas itinere occulto perveniunt: inde ad consulem deducti, præsidium armatum se intra mœnia et muros accepturos confirmant. Nec aspernanda res visa, neque incaute credenda. Cum altero eorum (nam alter obses retentus) duo exploratores per cuniculum missi: per quos satis comperta re, trecenti armati, transfuga duce in urbem ingressi, nocte portam, quæ proxima erat, cepere. Qua refracta, consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere. Ita Nequinum in ditionem populi Romani venit. Colonia eo adversus Umbros missa, a flumine Narnia appellata: exercitus cum magna præda Romam reductus. Eodem anno ab Etruscis adversus inducias^g paratum bellum. Sed eos alia⁷ molientes^h Gallorum ingens exercitus, fines ingressus, paulisper a proposito avertit. Pecunia deinde, qua multum poterant, freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur, ut eo adjuncto exercitu cum Romanis bellarent. De societate haud abnuunt barbari: de mercede agitur. Qua pacta acceptaque, cum parata cetera ad bellum essent, sequique Etruscus juberet, infitias eunt, ‘mercedem se belli Romanis inferendi pactos. Quicquid acceperint, accepisse, ne agrum Etruscum vastarent, armisque lacesserent cultores. Mili-



6 ‘Video in duabus bonæ fidei membranis, *tereret*. Forte cum *segnis obsi-*

NOTÆ

Val. Max. lib. II. c. 4. Zosimus ubi de ludis sæcularibus, qui et Terentini ex eo dicti, ab Ausonio: ‘Trina Terentino celebrata trinocia ludo.’

^g *Eodem anno ab Etruscis adversus inducias*] Quærit Glarean. quomodo *adversus inducias*, si eæ in biennium datæ fuerunt a Valerio dictatore, *coss. M. Liv. et M. Æmil.* id est, anno U. 451. ut supra cap. 5. Nunc autem annus agebatur 454. Respondet Sigon. annum, quo datæ sunt in-

ducia, non numerari, atque ita nondum completum fuisse biennium.

^h *Sed eos alia molientes*] Immo nihil aliud moliebantur quam bellum adversus Romanos, cujus Auctor meminit: nisi *alia* referri quis velit ad ea quæ sequuntur, exercitum nempe Gallorum, et cum iis pactam societatem, &c. Non displicet Glareani conjectura, legendum suspicantis *alia* pro *alia*.

taturos tamen se, si utique Etrusci velint; sed nulla alia mercede, quam ut in partem agri accipiantur, tandemque aliqua sede certa consistant.' Multa de eo concilia populorum Etruriæ habita. Nec perfici quicquam potuit; non tam quia imminui agrum, quam quia accolæ sibi quisque adjungere tam essetæ gentis homines horrebat. Ita dimissi Galli pecuniam ingentem sine labore ac periculo partam⁸ retulerunt. Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultus ad bellum Etruscum adjecti: eo minus cunctanter fœdus ictum cum Picenti populoⁱ est.

II. T. Manlio consuli Etruria provincia sorte evenit;⁹ qui, vixdum ingressus hostium fines, cum exerceretur inter equites, ab rapido cursu circumagendo equo effusus, ex templo prope expiravit. Tertius ab eo casu dies finis vitæ consuli fuit. Quo velut omine belli accepto, Deos pro se commisisse bellum memorantes Etrusci sustulere animos. Romæ, tum desiderio viri, tum incommoditate temporis, tristis nuntius fuit; ut Patres ab jubendo dictatore^k consulis surrogandi comitia, ex sententia principum habita,

dio tempus tereret. J. F. Gronov.—7 Pro alia conj. Glarean. *talia*.—8 Al. *paratam*.

⁹ 'Thuan. Rott. Helm. Voss. T. Manlio (quidam Mallio) consuli sorte evenit. Duarum vocum nullum vestigium. Voss. alter, sorte Etruria evenit. Lege, Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultus ad bellum Etruscum adjecti: (eo minus cunctanter fœdus ictum cum Picenti populo est:) T. Manlio consuli sorte evenit. Nempe bellum Etruscum cum tumultu Gallico.' J. F. Gronov.—

NOTE

ⁱ *Cum Picenti populo*] Picentes dicuntur incolæ Piceni, regionis quæ ab Æsi fluvio ad Matrinum protensa, hinc Senonibus Gallis, inde Marrucinis, Vestinis, Umbris cincta fuit. Reliqua mari Hadriatico claudebantur. Eos Strabo lib. v. ex agro Sabino in ea loca migrasse tradit pice ave iter ducibus monstrante; unde nomen genti. At Festus nomen inditum refert, quod Sabini cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum piceus consederit. Silius Italicus a Pico Latii rege conditam finxit Pin-

centium gentem. Sub Augusto quinta hæc fuit Italiæ regio: labante imperio divisum fuit Piceum in Annonarium et Suburbicarium. Hodie in eo tractu est *Marchia Anconitana*, sub pontificis ditione.

^k *Ut Patres ab jubendo dictatore*] Patres a jubendo dictatore non deteruerunt habita comitia; sed primum sententiæ de habendis comitiis consularibus, quos secuti reliqui.

Ut patres] Delet Gronovius *ut*, et legit *deteruerunt*. Videtur majus aliquod mendum latere. J. Clericus.

deterruerint.¹⁰ M. Valerium consulem omnes sententiæ centuriæque dixere, quem senatus dictatorem dici jussurus fuerat. Tum extemplo in Etruriam ad legiones proficisci jussit. Adventus ejus compressit Etruscos, adeo ut nemo extra munimenta¹¹ egredi auderet, timorque ipsorum obsidioni similis esset. Neque illos novus consul vastandis agris urendisque tectis, cum passim non villæ solum, sed frequentes quoque vici, incendiis fumarent, elicere ad certamen potuit. Cum hoc segnius bellum opinione esset, alterius belli, quod multis in vicem cladibus haud immerito terribile erat, fama Picentium, novorum sociorum, indicio exorta est: ‘Samnites arma et rebellionem spectare, seque ab iis sollicitatos esse.’ Picentibus gratiæ actæ, et magna pars curæ Patribus ab Etruria in Samnites versa est. Caritas etiam annonæ sollicitam civitatem habuit; ventumque ad inopiæ ultimum foret, ut scripsere, quibus ædilem fuisse eo anno Fabium Maximum placet, ni ejus viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat, talis domi tum in annonæ dispensatione, præparando ac convehendo frumento, fuisset. Eo anno (nec traditur causa) interregnum initum. Interreges fuere Ap. Claudius, dein P. Sulpicius. Is comitia consularia habuit. Creavit L. Cornelium Scipionem, Cn. Fulvium consules.* Principio hujus anni oratores Lucanorum¹ ad novos consules venerunt, questum, ‘quia conditionibus perlicere se nequiverint ad societatem armorum, Samnites infesto exercitu ingressos¹² fines suos vastare, belloque ad bellum cogere. Lucano populo satis superque erratum quondam: nunc ita obstinatos animos esse, ut omnia ferre ac pati tolerabilius du-



10 ‘Videtur scribendum: *nuntius fuit. Patres ab jub. . . deterruerunt.*’ J. F. Gronov. *Conj. Rupert. et Patres.*—11 *Vet. lib. apud Sigon. munitiones.*—12 *Perspicua magis futura videtur oratio, si post questum scriptum esset, Samnites, quia nequiverint, &c. infesto exercitu ingressos.*

NOTÆ

* A. U. C. 455.

¹ *Oratores Lucanorum*] De hac Lucanorum ad Romanos oratione videan-

— dus Dionys. Excerpt. III. de Legationibus.

cant, quam ut unquam postea nomen Romanum violent. Orare Patres, ut et Lucanos in fidem accipiant, et vim atque injuriam ab se Samnitium arceant. Se, quanquam, bello cum Samnitibus suscepto, necessaria jam facta adversus Romanos fides sit, tamen obsides dare paratos esse.^k

12. Brevis consultatio senatus fuit. Ad unum omnes jungendum fœdus cum Lucanis, resque repetendas ab Samnitibus, censent. Benigne responsum Lucanis, ictumque fœdus. Fetiales missi, qui Samnitum decedere agro sociorum, ac deducere exercitum finibus Lucanis juberent. Quibus obviam missi ab Samnitibus, qui denuntiarent, ‘ Si quod adissent in Samnio concilium,^m haud inviolatos abituros.’ Hæc postquam audita sunt Romæ, bellum Samnitibus et Patres censuerunt,ⁿ et populus jussit. Consules inter se provincias partiti sunt. Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt; diversique, ad suum quisque bellum, proficiscuntur. Scipioni, segne bellum et simile prioris anni militiæ expectanti, hostes ad Volaterras^o instructo agmine occurrerunt. Pugnatum majore parte diei, magna utrimque cæde. Nox incertis, qua data¹³ victoria esset, intervenit: lux insequens victorem victumque ostendit. Nam Etrusci silentio noctis castra reliquerunt. Romanus, egressus in aciem, ubi profectioe hostium concessam vic-

^k *Quamvis fides sua in Romanos jam post susceptum bellum contra Samnites in necessitatem verterit, ita ut integrum ipsis amplius non sit ab ea discedere.*



13 Conj. Stroth. *qua inclinata.*

NOTÆ

^m *Si quod adissent in Samnio concilium*] Non unum itaque totius Samnii concilium fuit, quod certo loco consisteret; sed suum cuique populo sive civitati.

ⁿ *Et Patres censuerunt*] Hinc patet senatum, licet belli sine populo indicendi jus non haberet, potuisse tamen res per fetiales repetere.

^o *Ad Volaterras*] Urbs fuit ex duobus Delphi. et Var. Clas.

decim Etruriæ principibus una, agro peramplo, ad utramque Cæcinæ fluminis ripam, ad mare usque protenso. Sita fuit supra collem excelsum, et undequaque præruptum, plano vertice, in quo urbis mœnia condita: ascensus ad eam est quindecim stadiorum, ab imo usque arduus atque difficilis, Strabone teste, nunc vulgo Volterra, in Tusciæ Ducatu.


Livius.

4 T

toriam videt, progressus ad castra, vacuis cum plurima præda (nam et stativa trepide deserta fuerant) potitur. Inde in Faliscum agrum copiis reductis, cum impedimenta Faleriis cum modico præsidio reliquisset, expedito agmine ad depopulandos hostium fines incedit. Omnia ferro ignique vastantur; prædæ undique actæ: nec solum modo vastum hosti relictum, sed castellis etiam vicisque illatus ignis: urbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Etruscos compulerat. Cu. Fulvii consulis clara pugna in Samnio ad Bovianum haudquaquam ambiguae victoriæ fuit. Bovianum inde aggressus, nec ita multo post Aufidenam vi cepit.

13. Eodem anno Carseolos colonia in agrum Æquicolarum¹⁴ deducta. Fulvius consul de Samnitibus triumphavit. Cum comitia consularia instarent, fama exorta, Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus; palam omnibus conciliis vexari principes Etruscorum,¹ quod non Gallos quacumque conditione traxerint ad bellum: increpari magistratus Samnitium, quod exercitum Lucanum^p hostem comparatum adjecerint Romanis: ¹⁵ ita-

¹ *Conviciis exagitari procures in cunctis conventibus Etruscarum civitatum.*



14 Vet. lib. apud Sigon. *Æquicolarum*.—15 *Quod exercitum Lucanum, hostem (sibi) comparatum, adjecerint Romanis: ita quatuor Mss. probb. Ruben. Stroth. et Doer. ut sensus sit: quod importuna incursione in fines Lucanorum (v. cap. 11.) hos sibi novos hostes paraverint, et hunc exercitum Lucanorum adjecerint Romanis, vel illo auxerint horum vires; itaque suis sociorumque, Lucanorum, viribus consurgere hostes, Romanos, ad bellum. Omnino Samnitium verba videntur itaque suis cet. non, quæ Romæ jactarentur, ut a fama exorta pendeant. Malim tamen delere exercitum, vel pro partic. accipere: exercitum Marte s. bello ejusque artibus, vel laboribus et periculis. Edit. ante Stroth. exhibent quod e. adversus Lucanum h. c. objecerint R. et hoc objecerint legitur in omnibus Mss. præter quatuor illos, at in nullo adversus. Gronovius conj. quod e. in Lucanum h. c. objecerint R. (quod legiones adversus leviolem hostem Lucanum scriptas opposuerint Romanis, et tanto graviore hoste incumbente non novum egerint delectum) vel quod exercitum (laccessitum) Lucanum, hostem tam paratum, adjecerint Romanis.' Rupert. Vid. Not. Var.*

NOTÆ

^p *Quod exercitum [adversus] Lucanum]* Id vitio vertebatur magistratibus Samnitium, quod cum solis legionibus scriptis in bellum contra Lucanos pugnassent adversus Romanos, longe graviore hostes, in quos non nisi auctis copiis decertandum fuerat.

que suis sociorumque viribus consurgere hostes ad bellum, et haudquaquam pari defungendum esse certamine.^m Hic terror, cum illustres viri consulatum peterent, omnes in Q. Fabium Maximum, primo non petentem, deinde, ut inclinata studia vidit, etiam recusantem convertit. ‘Quid se jam senem, ac perfunctum laboribus laborumque præmiis, sollicitarent? Nec corporis, nec animi vigorem^q remanere eundem: et fortunam ipsam vereri,^r ne cui Deorum nimia^s jam in se et constantior,¹⁶ quam velint humanæ res, videatur. Et se gloriæ seniorum succrevisse, et ad suam gloriam consurgentes alios lætum aspicere. Nec honores magis fortissimis viris Romæ, nec honoribus deesse fortes viros.’ Acuebat hac moderatione tam justa studia; quæ verecundia legum restinguenda ratus,ⁿ legem recitari jussit,^t qua intra decem annos † eundem consulem refici non lice-

^m *Subeundum fore Romanis bellum, non simile, sed gravius superiori.*

ⁿ *Quæ studia existimans comprimenda esse, objecto ex legibus pudore.*



—16 ‘Integram lectionem esse in veteribus libris ait Sigonius, *nimum jam in se constantior*. At hoc genus loquendi cui probabit? saltem fecisset *nimio*. Sed videtur errorem aperire Vossianus: *nimum jam in se constantior*. Sic enim ille, sed ut punctis suppositis indicet τὸ *m* in fine τοῦ *nimum* esse supervacaneum. Volunt autem: *nimia jam in se constantiorque, quam velint hu-*

NOTÆ

^q *Nec corporis, nec animi vigorem*] Sic apud Nostrum lib. vi. c. 23. L. Furius Camillo objicit: ‘Juvenibus bella data, et cum corporibus vigere et deflorescere animos.’

^r *Fortunam ipsam vereri*] Non abs re suspecta esse debet prudenti cuique fortuna, quæ, ita volente divino numine, vix unquam iisdem hominibus usque ad exitum favet; sed cum senescentibus quodammodo senescit: ut Mithridatis, Pompeii, Caroli v. aliisque exemplis comprobari potest.

^s *Ne cui Deorum nimia*] Ita existimabant illi veteres invidere Deos nimie hominum fortunæ. Hac de causa Lucius Paullus post subactam Macedoniam dicitur a Velleio Paterculo

lib. i. ‘Deos immortales precatas, ut si quis eorum invideret operibus et fortunæ suæ, in ipsum potius sævirent quam in Remp. Quæ vox, veluti oraculo emissa, magna parte eum spoliavit sanguinis sui.’

^t *Legem recitari jussit*] Lata hæc lex fuerat an. 411. C. Marcio et Q. Servilio coss. ut supra vidimus extremo lib. vii. Ea autem lege adhuc Q. Fabius tenebatur, cum ab anno extremo U. C. 445. quo tertium consul fuerat, ad initium hujus anni 455. nonnisi novem anni effluxissent.

† *Intra decem annos*] Vide lib. vii. cap. 42. Consul postremum fuerat Fabius anno Urb. C. Catoniano 445. Itaque ex Livii calculo, decimus hic

ret. Vix præ strepitu audita lex est: tribunique plebis, 'nihil id impedimenti futurum,' aiebant: 'se ad populum laturos, uti legibus solveretur.' Et ille quidem in recusando perstabat, 'quid ergo attineret,¹⁷ leges ferri,' rogitans, 'quibus per eosdem, qui tulissent,¹⁸ u fraus fieret? Jam regi leges, non regere.' Populus nihilominus suffragia inibat, et, ut quæque intro vocata erat centuria, consulem haud dubie Fabium dicebat. Tum demum consensu civitatis victus: 'Dii approbent,' inquit, 'quod agitis acturique estis, Quirites. Ceterum, quoniam in me, quod vos vultis, facturi estis, in collega sit meæ apud vos gratiæ locus. P. Decium, expertum mihi concordi collegio virum,^o dignum vobis, dignum parente suo, quæso, mecum consulem faciat.' Justa suffragatio visa. Omnes, quæ supererant, centuriæ Q. Fabium, P. Decium consules dixere. Eo anno plerisque dies dicta ab ædilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat,^x agri possiderent. Nec quisquam ferme est purgatus: vinculumque ingens immodicæ cupiditatis^y injectum^y est.

14. Consules novi,* Q. Fabius Maximus quartum et P. Decius Mus tertium, cum inter se agitarent, uti alter Samnites hostes, alter Etruscos deligeret, quantæque in hanc

^o Jam mihi cognitum societate consulatus per summam inter nos concordiam acti.

manæ res.' J. F. Gronov.—17 Scribendum monet J. F. Gronov. *attinere*.—18 Conj. J. F. Gronov. *jussissent*.—19 Idem conj. *cupiditati*.

NOTÆ

agebatur annus, ex quo Fabius consulatu abierat. Ergo videtur plenum decennium elabi debuisse, antequam in comitiis consularibus cujuspian ratio haberi posset. *J. Clericus*.

^u *Per eosdem, qui tulissent*] Quod Gron. legendum potius videtur, *quijussissent*, eam conjecturam ipse allatis exemplis refutat. Licet enim proprie loquendo populus legem non ferat, sed ferente magistratu jubeat, vel accipiat; nihilominus ferre quoque dicitur populus, vel plebs, tum ab Anc-

tore nostro, tum a Justiniano § 14. instit. de lege Aquilia.

^x *Plus, quam quod lege finitum erat*] Plus nempe quingentis jugeribus, qui modus agrorum possessioni positus lege Licinii Stolonis tribuni plebis. Supra lib. vi. cap. 35.

^y *Vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum*] Recte Gronovius intelligit, possessoribus: alioqui legendum esset *cupiditati injectum*.


* A. U. C. 456.

aut in aliam provinciam copiae satis, et uter ad utrum bellum dux idoneus magis esset; ab Sutrio et Nepete et Falerniis legati, auctores, concilia Etruriae populorum de petenda pace haberi, totam belli molem in Samnium averterunt. Profecti consules, quo expeditiores commectus essent et incertior hostis, qua venturum²⁰ bellum foret, Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum agrum, in Samnium legiones ducunt. Ubi in hostium fines ventum est, uterque populabundus effuso agmine incedit. Explorant tamen latius, quam populantur. Igitur non fefellere ad Tifernum¹ hostes in occulta valle instructi, quam ingressos² Romanos superiore ex loco adoriri parabant. Fabius, impedimentis in locum tutum remotis, praesidioque modico imposito, praemonitis militibus adesse certamen, quadrato agmine ad praedictas hostium latebras succedit. Samnites, desperato improvise tumultu,³ quando in apertum semel discrimen evasura esset res, et ipsi acie justa maluerunt concurrere. Itaque et in aequum descendunt, ac fortunae se, majore animo, quam spe, committunt. Ceterum, sive quia ex omnium⁴ Samnitium populis, quodcumque roboris fuerat, contraxerant, seu quia discrimen summæ rerum augebat animos, aliquantum aperta quoque pugna praebuerunt terroris. Fabius, ubi nulla ex parte hostem loco moveri vidit,⁵ M. Fulvium⁶ et M. Valerium, tribunos militum, cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites jubet, et adhortari, 'ut, si quando unquam equestri ope adjunctam rem publicam meminerint, illo die annitantur, ut ordinis ejus gloriam invictam praestent. Peditum certamine immobilem hostem restare; omnem reliquam spem in impetu esse equitum.'⁷ Et ipsos nominatim juvenes, pari comitate utrumque,⁷ nunc laudibus, nunc promissis onerat. Ceterum, quando ne ea quoque tentata vis proficeret, consilio grassandum, si nihil vires juvarent, ratus, Scipionem legatum



20 Al. quo venturum.—1 Al. Trifernum.—2 Al. qua ingressos.—3 Al. Samnites desperantes i. t.—4 Legit Sigon. seu quia ex o.—5 Videt Gronov. Doujat. Crevier.—6⁴ iv. Mss. optimæ notæ Maximum filium, probb. Gron.

hastatos primæ legionis subtrahere ex acie, et ad montes proximos, quam posset occultissime, circumducere jubet; inde ascensu abdito a conspectu erigere in montes agmen, aversoque hosti⁸ ab tergo repente se ostendere. Equites, ducibus tribunis, haud multo plus hostibus, quam suis, ex improvise ante signa evecti, præbuerunt tumultus. Adversus incitatas turmas stetit immota Samnitium acies, nec parte ulla pelli aut perrumpi potuit. Et, postquam irritum inceptum erat, recepti post signa prælio excesserunt. Crevit ex eo hostium animus; nec sustinere frons prima tam longum certamen incrementemque fiducia sui vim potuisset, ni secunda acies jussu consulis in primum⁹ successisset.² Ibi integræ vires sistunt invehentem se jam Samnitium: et tempore improvisa^{10 a} ex montibus signa clamorque sublatus¹¹ non vero tantum metu terruere^b Samnitium animos. Nam et Fabius Decium collegam appro-



Crev. et Stroth.' *Rupert.*—7 Vet. lib. apud Sigon. *utcumque.*—8 Vet. lib. apud eund. *et adverso hosti.*—9 Vet. lib. apud eund. *in primam.*—10 'Helm. et Rott. *eo tempore visa.* Forte, *eodem tempore visa e. m. s.*—11 Omittit Clu-

NOTÆ

² *In primum successisset*] In primum scilicet locum. Hoc loquendi genere sæpius uti Livium, aliosque, observat Gron. non semel. Noster lib. II. c. 20. 'Desiliunt ex equis, provolant in primum, et pro antesignanis parmas objiciunt.'

In primum] Nempe locum. Vide J. F. Gronovium. *J. Clericus.*

^a *Et tempore improvisa*] In quibusdam codicibus, *eo tempore visa*, in Colbertino nno, *et tempore provisiva ex montibus signa*: id est, tempestive, sive opportune visa: (ut apud Cic. III. Offic. 'ad cœnam tempore venit Cannius:') at Memmianus, *tempore improvise*, quod planum. Sed et *improvise* accipere possis pro ex improvise apparentia.

^b *Non vero tantum metu terruere*] Locum corruptum aut certe mutilum

Cluverius censet Ital. antiq. lib. VII. Negat Gronovius, nisi quatenus mutila fecit Cluverius, omittendo vocem *sublatus*; quæ ad signa, et ad clamorem refertur. Auctoris sententia est, non tantum vero metu impletos Samnites, visis Romanorum copiis, in montes clam a Fabio summissorum, auditoque clamore ab iisdem sublato; sed præterea vanum ipsis terrorem adjectum ex falsa opinione adventientis cum novo exercitu alterius consulis.

Non vero tantum metu] Legerim, *non vero tantum motos metu*; hoc est, non usque adeo territos fuisse admoto terrore vero legionum et equitum, quam vano novi exercitus. Vide Artem Criticam p. 3. s. I. c. 5. *J. Clericus.*

pinquare exclamavit, et pro se quisque miles, ' adesse alterum consulem, adesse legiones,' gaudio alacres fremunt; errorque¹² utilis Romanis oblatu^c fugæ formidinisque Samnites implevit, maxime territos, ne ab altero exercitu integro intactoque fessi opprimerentur; et, quia passim in fugam dissipati sunt, minor cædis, quam pro tanta victoria, fuit. Tria millia et quadringenti cæsi, capti trecenti¹³ ferme et triginta: signa militaria capta tria et viginti.

15. Samnitibus Apuli se ante prælium conjunxissent, ni P. Decius consul¹⁴ iis ad Maleventum^d castra objecisset, extractos deinde ad certamen fudisset. Ibi quoque plus fugæ fuit, quam cædis. Duo millia Apulorum cæsa: spretoque eo hoste, Decius in Samnium legiones duxit. Ibi duo consulares exercitus, diversis vagati partibus, omnia spatio quinque mensium evastarunt. Quadraginta et quinque^e loca in Samnio fuere, in quibus Decii castra fuerunt: alterius consulis sex et octoginta. Nec valli tantum ac fossarum vestigia relicta, sed multo illis insigniora monumenta vastitatis circa,^f regionumque depopularum.¹⁵

verius sublatus.—12 Al. *terrorque*. Vid. Not. Var.—13 *Ad trecentos* Gronov. Donjat. Crevier. *Octingenti* Kreyssigiis.

14 Vet. lib. apud Sigon. ni P. Decius consul alter.—15 Vet. lib. apud eund. sed multo i. i. m. vastatis circa regionibus, depopularisque. Conj. J. F. Gronov.

NOTÆ

^c *Errorque utilis Romanis oblatu*] Ita veteres editiones: posteriores *terrorque*. Romanis quidem terror non injiciebatur, sed addebantur animi falsa Fabii affirmatione: et sic Romani, dum se vincere putant, victores revera effecti sunt. Error itaque ille ipsis utilis, Samnitibus formidinis ac fugæ causa fuit: sed et si retineatur ex pluribus scriptis *terrorque*, idem erit sensus: ut terror, qui hinc secutus, utilis dicatur Romanis fuisse, non Romanis oblatu. Simile commentum seu strategema adversus eosdem Samnites narratur, capite 41. hujus libri.

^d *Ad Maleventum*] Quæ urbs postea Beneventum.

^e *Quadraginta et quinque*] Tot diversis locis castra posuisse consules sine ingenti totius regionis damno haud potuere: ea enim mente castra movebant, ut milites modo ex hoc, modo ex illo tractu prædas agerent, proximaque castris omnia diriperent, atque vastarent.

^f *Monumenta vastitatis circa*] Non placet Gronovio quod Sigonius e suis codicibus (quibus et in hoc similem præ manibus habui) reposuit, *vastatis circa regionibus depopularisque*. Conjicit ipse ex aliis manuscriptis, *sed*

Fabius etiam urbem Cimetricam^g cepit. Ibi capta armatorum duo millia quadringenti: cæsi ferme pugnantes ad quadringentos triginta. Inde, comitiorum causa Romam profectus, maturavit eam rem agere. Cum primo vocatæ^h Q. Fabium¹⁶ consulem dicerent omnes centuriæ, Ap. Claudius consularis candidatus, vir acer et ambitiosus, non sui magis honoris causa, quam ut patricii recuperarent duo consularia loca, cum suis, tum totius nobilitatis viribus, incubuit, ut se cum Q. Fabio consulem dicerent. Fabius primo,¹⁷ de se eadem fere, quæ priore anno, dicendo, abnuere. Circumstare sellam omnis nobilitas; orare, ut ex cœno plebeio consulatum extraheret,^p majestatemque pristinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet. Fabius, silentio facto, media orationeⁱ studia hominum sedavit. ‘Facturum enim se fuisse’ dixit, ‘ut duorum patriciorum nomina reciperet, si alium, quam se, consulem fieri videret: nunc se sui rationem comitiis, cum contra leges futurum sit, pessimo exemplo non habiturum.’ Ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus,¹⁸ priore item consulatu inter se comparati.^k Nobilitas objectare Fabio,

^p *Recusabat consulatum Fabius: patricii autem omnes circumstabant ejus sellam, rogantes ut consularem dignitatem, quam plebs invaserat, ex ejusmodi vulgi face eximeret.*

//////////

vastitas circa regionum depopularum.—16 Vett. libb. cum primo vocatum Q. Fabium.—17 ‘Vox primo non est in vett. libb. nec desiderari videtur.’ Sigon.—18 Conj. J. F. Gronov. *consules fiunt.*

NOTÆ

multo illis insigniora mōnumenta; vastitas circa regionum depopularum. Cui Gronovii lectioni stari potest, quanquam nihil video causæ cur quid mutetur.

^g *Urbem Cimetricam*] Bechario *Gimeram*; Colb. *Cunetricam* habet, Memm. *Cinetricam*. Sed qua parte Samnii hoc oppidum fuerit, tacentibus Geographis, ne suspicari quidem licet. *Caletram* quidem invenio, sed et nomen et situs diversus. *Caletra* enim in Tuscia.

^h *Primo vocatæ*] Id est, omnes centuriæ primæ classis, quæ post prærogativam adferenda suffragia primo loco vocabantur: et si omnes in idem consentirent, nihil opus erat ulteriori vocatione; cum hujus solius classis centuriæ sequentium classium centurias numero vincerent, uti lib. 1. dictum est.

ⁱ *Media oratione*] Quæ non magis in patricos quam in plebeios propensa esset.

^k *Priori item consulatu inter se com-*

fugisse cum Ap. Claudium collegam, eloquentia civilibusque artibus haud dubie præstantem.

16. Comitiiis perfectis, veteres consules jussi bellum in Samnio gerere, prorogato in sex menses imperio. Itaque insequenti quoque anno,* L. Volumnio, Ap. Claudio consulibus, P. Decius, qui consul in Samnio relictus a collega fuerat, proconsul idem populari non destitit agros, donec Samnitium exercitum, nusquam se prælio committentem, postremo expulit finibus.¹ Etruriam pulsus petierunt, et, quod legationibus nequicquam sæpe tentaverant, id se tanto agmine armatorum, mixtis terrore precibus, acturos efficacius rati, postulaverunt principum Etruriæ concilium. Quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt. ‘Omnia expertos esse, si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent: tentasse etiam haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petisse pacem a populo Romano, cum bellum tolerare non possent: rebellasse, quod pax servientibus gravior, quam liberis bellum, esset. Unam sibi spem reliquam in Etruscis restare. Scire, gentem Italiæ opulentissimam armis, viris, pecunia, esse: habere accolas Gallos, inter ferrum et arma natos, feroces cum suoapte ingenio, tum adversus Romanum populum: ¹⁹ quem captum a se auroque redemptum,^m haud vana jactantes, memorent. Nihil abesse, si sit animus Etruscis, qui Porsenæ quondam majoribusque eorum fuerit, quin Romanos, omni agro cis Tiberim pulsos, dimicare pro salute sua, non de intolerando

//////////

19 ‘Flor. Romanos populum; super os apposito u cum lineola. An forte, tum adversus Romanos, quem populum?’ J. F. Gronov.

NOTÆ

parati] Comparatos dicit pro conjunctis; quia magistratus virum demonstrat, et qui simul magistratum gerunt, eorum virtutes ac vitia comparari necesse est. Simul autem consulatum gesserant an. 446. Ap. Claudius postea Cæcus dictus,

et L. Volumnius Flamma Violens.

* A. U. C. 457.

¹ Expulit finibus] Propriis, nimirum Samnii.

^m Captum a se auroque redemptum] Ut vidimus lib. v. cap. 41. et 48.

Italiae regno, cogant. Samnitum illis exercitumⁿ paratum, instructum armis, stipendio, venisse: confestim secuturos, vel si ad ipsam Romanam urbem oppugnandam ducant.’

17. Hæc eos in Etruria jactantes molientesque bellum domi Romanum urebat.^q Nam P. Decius, ubi comperit per exploratores profectum Samnitium exercitum, advocato consilio,²⁰ ‘Quid per agros,’ inquit, ‘vagamur, vicatim circumferentes bellum? quin urbes et mœnia aggredimur? nullus jam exercitus Samnio præsidet.’ Cessere finibus, ac sibimet ipsi exilium conscivere.’ Approbantibus cunctis, ad Murgantiam,^o validam urbem, oppugnandam ducit: tantusque ardor militum fuit, et caritate ducis,^r et spe majoris, quam ex agrestibus populationibus, prædæ, ut uno die vi atque armis urbem caperent. Ibi duo millia Samnitium et centum pugnantes circumventi captique: et alia præda ingens capta est.^t Quæ ne impedimentis gravibus agmen oneraret, convocari milites Decius jubet. ‘Haccine,’ inquit, ‘victoria sola, aut hac præda contenti estis futuri? Vultis vos pro virtute spes gerere; omnes Samnitium² urbes fortunæque in urbibus relictæ vestræ sunt; quando legiones eorum, tot præliis fusas, postremo finibus expulstis. Vendite ista, et illicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen. Ego subinde suggeram, quæ vendatis. Ad

^q *Arma a Romanis illata vexabant domi Sannites.*

^r *Præsidio est regioni Samnitium.*

^t *Tum ob amorem, ac studium in imperatorem.*



20 *Concilio Gronov. Doujat. Crevier.*—1 ‘Recidenda pro alienis videntur capta est.’ J. F. Gronov.—2 ‘Vultis vos pro virtute spes gerere; omnes Samnitium cet. Ita interpungendum, et si ante vultis supplendum puto, non signum interrog. post gerere ponendum.’ *Rupert.* Interrogant Gronov. Doujat. Crevier.

NOTÆ

ⁿ *Samnitum illis exercitum*] ‘Samnitum’ adjective sume, quasi dicat, ‘exercitum Samniticum;’ vel, ut postea exprimit, ‘Samnitium exercitum.’ Quod addit, ‘confestim secuturos,’ novum non est, nominibus collectivis singularis numeri adjectiva

in numero multitudinis aptari.

^o *Ad Murgantiam*] Oppidum hoc Samnii creditur idem esse cum eo quod nunc *Morcone* dicitur, in Molisii comitatu, regnoque Neapolitano, inter Bovianum et Beneventum.

Romuleam urbem hinc eamus, ubi vos labor haud major,³ præda major manet.' Divendita præda, ultro adhortantes imperatorem ad Romuleam^p pergunt. Ibi quoque sine opere, sine tormentis, simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris, qua cuique proximum fuit, scalis raptim admotis, in mœnia evasere. Captum oppidum ac direptum est. Ad duo millia et trecenti occisi, et sex millia hominum capta, et miles ingenti præda potitus: quam vendere, sicut priorem, coactus, Ferentinum inde,^q quanquam nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus. Ceterum ibi plus laboris ac periculi fuit. Et defensa⁴ summa vi mœnia sunt, et locus erat munimento naturaque tutus: sed evicit omnia assuetus prædæ⁵ miles. Ad tria millia hostium circa muros cæsa: præda militis fuit. Hujus oppugnatarum urbium decoris pars major in quibusdam annalibus ad Maximum trahitur. Murgantiam ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleamque oppugnatas tradunt. Sunt, qui novorum consulum hanc gloriam faciant. Quidam non amborum, sed alterius, L. Voluminii:⁶ ei Samnium provinciam evenisse.

18. Dum ea⁷ in Samnio, cujuscumque ductu auspicioque, gererentur; Romanis in Etruria iterum bellum ingens⁸ multis ex gentibus concitur; cujus auctor Gellius



vier. Drak. Ernest. Stroth. Kreyssig.—3 Ita optimi codd. inque his Memm. et Colb. *Magnus* Gronov. Doujat. Crevier.—4 Vet. lib. apud Sigon. *nam et defensa*.—5 Conj. Jac. Gronov. *præda*.—6 Al. P. *Voluminii*.

NOTÆ

^p *Ad Romuleam*] Romulea, sive Romula, Hirpinorum oppidum fuit, qui Samnitiū coloni. In tabula itineraria legitur Subromula: sed dividendum est nomen, ut significetur iter esse sub Romula, non per ipsam Romulam, quæ in edito Apennini montis colle posita, nunc *Bisaccia* nuncupatur. Sic in eadem tabula est Sublanubio, pro, sub Lanubio. Et apud Antoninum Submurano, pro,

sub Murano.

^q *Ferentinum inde*] Volscorum initio fuisse Ferentinum, deinde a populo Romano Hernicis attributum, antea monui. An nunc in potestate Samnitiū fuerit, pronuntiare nolim. Fuit et Ferentum, vel potius Forentum, in Apulia Peucetia, et Apulos Samnitiū socios Auctor proximo capite indicavit. At in Samnio ipse Ferentinum invenio nullibi.

Egnatius ex Samnitibus erat. Tusci fere omnes conseiverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos; et Gallica auxilia mercede sollicitabantur. Omnis ea multitudo ad castra Samnitium conveniebat. Qui tumultus repens postquam Romam perlatum est, cum jam L. Volumnius consul cum legionibus secunda ac tertia sociorumque millibus quindecim profectus in Samnium esset, Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam ire placuit. Duæ Romanæ legiones secutæ, prima et quarta, et sociorum duodecim millia. Castra haud procul ab hoste posita. Ceterum magis eo⁹ profectum est, quod mature ventum erat, ut quosdam spectantes jam arma Etruriæ¹⁰ populos metus Romani nominis comprimeret, quam⁴ quod ductu consulis quicquam ibi satis scite aut fortunate gestum sit. Multa prælia locis et temporibus iniquis commissa: spesque in dies graviores hostem faciebat.⁵ Et jam prope erat, ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret. Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas, in trinis annalibus invenio. Piget tamen incertum ponere, cum ea ipsa inter consules populi Romani, jam iterum eodem honore fungentes, discrepatio fuerit: Appio abnuente missas; Volumnio affirmante, Appii se literis accitum. Jam Volumnius in Samnio tria castella ceperat, in quibus ad tria millia hostium cæsa erant, dimidium fere ejus captum:⁷ et Lucanorum seditiones, a plebeis et egentibus ducibus ortas, summa optimatum voluntate per Q. Fabium proconsulem, missum eo cum veteri exercitu, compresserat. Decio depopulandos hostium agros relinquit.

⁴ *Ea res magis profuit ob celerem adventum consulis, quo Romanorum terror coerceret aliquos Tusciæ populos, qui jam ad bellum se comparabant, quam, &c.*

⁵ *Et futuri expectatione formidabiliores subinde Romanis hostes evadebant.*



⁷ *Cum ea* Kreyssigius.—⁸ Al. *interim bellum ingens.*—⁹ Vet. lib. apud

NOTE

⁷ *Dimidium fere ejus captum*] Dimidii tibi prope mille quingenti facti fuerint, nempe numeri cæsorum, ut scilicet ex illis tribus castellis cap-

Ipse cum suis copiis¹¹ in Etruriam ad collegam pergīt: quem advenientem læti omnes accepere. Appium ex conscientia sua credo animum habuisse haud immerito iratum, si nihil scripserat; illiberali et ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem.¹² Vix enim salute mutua reddita, cum obviam egressus esset, ‘Satin’ salvæ,’ inquit, ‘L. Volumni? ut sese in Samnio res habent? Quæ te causa, ut provincia tua excederes, induxit?’ Volumnius in Samnio res prosperas esse ait, literis ejus accitum venisse. Quæ si falsæ fuerint, nec usus sui sit in Etruria, extemplo conversis signis abiturum. ‘Tu vero abeas,’ inquit, ‘neque te quisquam moratur: etenim minime consentaneum est, cum bello tuo forsitan vix sufficias, hic te ad opem ferendam aliis gloriari venisse.’ ‘Bene, Hercules, verteret,’ dicere Volumnius: ‘malle frustra operam insumtam, quam quicquam incidisse, cur non satis esset Etruriæ unus consularis exercitus.’

19. Digredientes jam consules legati tribunique ex Appiano exercitu circumsistunt: pars imperatorem suum orare, ‘ne collegæ auxilium, quod acciendum ultro fuerit,⁵ sua sponte oblatum sperneretur:’¹³ plures abeunti Volumnio obsistere atque obtestari, ‘ne pravo cum collega certamine rem publicam prodat.’ Si qua clades incidisset, de-

⁵ *Ne publicæ rei officiat per importunam cum collega discordiam.*

Signon. eo magis.—10 Al. jam arma in Etruria.—11 ‘Decio populandos hostium agros relinquit: ipse cum copiis. Scripti depopulandos, et cum ipsis copiis: sed legendum, cum suis: ut Vossianus, et edd. ante Modianum jam occuparunt,’ J. F. Gronov.—12 ‘Pro dissimulantem forte leg. dissimulasse, vel potius cum Gron. credo unimatum fuisse: haud i. iratum cet.’ Rupert.

NOTÆ

⁵ *Quod acciendum ultro fuerit*] Recte *acciendum* dicunt cum Appio loquentes, qui negabat accitum a se fuisse Volumnium, quasi scilicet illi fidem habeant.

¹³ *Oblatum sperneretur*] Etsi nemo sperneret præter ipsum Appium, non

idcirco Gronovio assentior, qui mavult *sperneret*, vel *aspernaretur*; mihi melior videtur passiva enuntiatio, quam et vulgata lectio habet, ne tribuni aut legati culpam spreti auxiliii Appio præsentī exprobrare videantur.

sertori magis, quam deserto, noxiæ¹⁴ fore. Eo rem adductam, ut omne¹⁵ rei bene aut secus gestæ in Etruria decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum.^z Neminem quæsiturum, quæ verba Appii, sed quæ fortuna exercitus fuerit. Dimitti ab Appio eum, sed a re publica et ab exercitu retineri; experiretur modo voluntatem militum.^y Hæc monendo obtestandoque, prope restitantes consules in concionem pertraxerunt. Ibi orationes longiores habitæ in eandem ferme sententiam, in quam inter paucos certatum verbis fuerat.¹⁶ ^u Et cum Volumnium, causa superior, ne infacundus quidem adversus eximiam eloquentiam collegæ visus esset; cavillansque Appius, ‘sibi acceptum referre,’¹⁷ diceret, ‘debere, quod ex muto atque elingui facundum etiam consulem haberent; priore consulatu, primis utique mensibus, hiscere eum nequisse, nunc jam populares orationes serere:’¹⁸ ‘Quam mallet,’ inquit Volumnium, ‘tu a me strenue facere, quam ego abs te scite loqui didicissem. Postremo conditionem ferre, quæ decretura sit, non orator, (neque enim id desiderare rem publicam,) sed imperator uter sit melior.^a Etruriam et Samnium provincias esse: utram mallet, eligeret. Suo exercitu se vel in Etruria, vel in Samnio rem gesturum.’ Tum militum clamor ortus, ‘ut simul ambo bellum Etruscum susciperent.’ Quo

^y *Vitio vertendum.*

^z *Sit delegatum, devolutum sit.*

^a *Se Appio electionem dare, ex qua constare possit, uter ipsorum præstantior sit, non orator, sed belli dux.*



13 Conj. J. F. Gronov. *sperneret vel aspernaretur.*—14 Al. *noxæ.*—15 Flor. Rott. Helm. Voss. *omni.* *Omnis* Gronov. Doujat. Crevier.—16 Vet. lib. apud Sigon. *in quam paucis ante certatum verbis fuerat.* Vid. Not. Var.—17 Conj. Rüpert. *referri.*—18 In Gronov. Drak. et Stroth. *post haberent* colon

NOTÆ

^u *In quam inter paucos certatum verbis fuerat]* Vult in concione prolixius ventilata fuisse, quæ paulo antea brevius agitata fuerant apud utrumque consulem a paucis, legatis scilicet et tribunis. Sigonius, cum mentem Livii minus caperet, legendum

censebat, *in quam paucis ante certatum verbis fuerat.* ‘Certare’ autem ‘verbis’ hic oppositum longioribus orationibus; est brevibus dictis alternatim et altercando contendere, seu verbis velitari.

animadverso consensu, Volumnius, ‘Quoniam in collegæ voluntate interpretanda,’ inquit, ‘erravi; non committam, ut, quid vos velitis, obscurum sit. Manere, an abire me velitis, clamore significate.’ Tum vero tantus est clamor exortus, ut hostes e castris exciret. Armis arreptis in aciem descendunt: et Volumnius signa canere, ac vexilla efferri e castris jussit. Appium addubitasse ferunt, cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegæ victoriam: deinde veritum, ne suæ quoque legiones Volumnium sequerentur, et ipsum flagitantibus suis signum dedisse. Ab neutra parte satis commode instructi fuerunt. Nam et Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat, suoque impetu magis milites, quam cujusquam ductu aut imperio, pugnam capessebant; et Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit. Prius concurrat Volumnius, quam Appius ad hostem perveniret. Itaque fronte inæquali concursus est; et, velut forte¹⁹ quadam mutante assuetos inter se hostes, Etrusci Volumnio, Samnites, parumper cunctati, quia dux aberat, Appio occurrere. Dicitur Appius in medio pugnæ discrimine, ita ut inter prima signa manibus ad cælum sublatis conspiceretur, ita precatus esse: ‘Bellona, si hodie nobis victoriam duis, ast ego templum tibi voveo.’ Hæc precatus, velut instigante Dea, et ipse collegæ et exercitus virtutem æquavit.²⁰ Duces imperatoria opera exequantur; * et milites, ne ab altera parte prius victoria inci-



atque post *serere* punctum ponitur.—19 Al. *sorte*.—20 *Adæquavit* nonnullæ

NOTÆ

* *Exercitus virtutem æquavit. Duces i. o. exequantur [adæquavit ducis, imperatoria opera exequitur]* Non video cur hæc non sana Gronovio videantur. Fateor de solo Appio ejusque militibus accipienda; nec tamen idcirco minus cohærent sequentia, Ergo fundunt fugantque hostes; nam ad totius prælii eventum significandum

necessaria sunt, nec opus erat de alterius consulis, alteriusque exercitus, jam satis ex Samniticis expeditionibus cognita virtute, multa verba facere; sed de Appio ejusque exercitu, qui hactenus male rem gesserat. Unum est, quod negotium facessere potest, quod nempe verbum *exequitur* in singulari nusquam legi affir-

piat, annituntur. Ergo fundunt fugantque hostes, majorem molem^y haud facile sustinentes, quam cum qua manus conserere assueti fuerant. Urgendo cedentes insequendoque effusos compulere ad castra. Ibi, interventu Gellii cohortiumque Sabellarum,¹ paulisper recrudit pugna. Iis quoque mox fuis, jam a victoribus castra oppugnabantur; et, cum Volumnius ipse portæ signa inferret, Appius, Bellonam victricem identidem celebrans, accenderet militum animos, per vallum, per fossas irruperunt. Castra capta direptaque: præda ingens parta, et militi concessa est. Septem millia ac trecenti hostium occisi, duo millia et centum viginti capti.

20. Dum ambo consules omnisque Romana vis in Etruscum bellum magis inclinât, in Samnio novi exercitus, exorti ad depopulandos imperii Romani fines, per Vescinos² in Campaniam² Falernumque agrum transcendunt, ingentesque prædas faciunt. Volumnium, magnis itineribus in

//////////

edd. Vid. Not. inf. et Not. Var.—1 ‘All. Samniticarum, ex interpretatione.’ Stroll.

2 Al. Vestinos. ‘Mala manus Sigoniani, Campanum.’ J. F. Gronov.—3

NOTÆ

mat Gron. unde sequitur, ad solum Appium referri non posse. Sed cum in pluribus codicibus sit, *ducis imperatorie opera exercentur*, in aliis *duces imperatoria opera exequentur*, (quorum utrumque ferri potest,) si quid prioribus Auctoris adjicere liceret, ita legendum conjicerem: *et ipse collegæ et exercitus ipsius virtutem adæquavit. Duces imperatoria opera exequentur. Quod autem Gronovio placet, et ipse collegæ et exercitus virtutem æquarunt. Duces, &c. ut comparatio hinc ducum, inde exercituum inter se instituat; quod modestius honestiusque videtur, quam si cum duce comparetur exercitus; egregium esset, nisi de suo proferret, nullius libri adminiculo. Jam quod ad virtutem bellicam et fortitudinem*

attinet, ea non milites minus quam duces oportet præditos esse.

^y *Majorem molem*] Duorum scilicet consularium exercituum, loco unius, cum quo certare soliti.

² *Per Vescinos*] Mirum, quod novus hic Samnitium exercitus per Vescinos, qui inter Lirim fluvium et montem Massieum siti, transcenderit in Campaniam, quæ Samnii finibus propior, et in agrum Falernum, qui inter Massieum et Vulturum Capuæ vicinus; sed nimirum hæ reliquæ Samnitium, digresso in Etruriam majori exercitu, adversus Romanam vim impares, non ultra Volscorum atque Auruncorum confinia progredi ansæ, per hæc Campanum agrum, sociorum nempe populi Romani, vastare, atque in sua redire, meditabantur.

Samnium redeuntem, (jam enim Fabio Decioque prorogati imperii^a finis aderat,) fama de Samnitium exercitu populationibusque Campani agri ad tuendos socios convertit. Ut in Calenum³ agrum^b venit, et ipse cernit recentia cladis vestigia, et Caleni narrant, tantum jam prædæ hostes trahere, ut vix explicare agmen possint.⁴ Itaque jam propalam duces loqui, extemplo eundem in Samnium esse, ut, relicta ibi præda, in expeditionem redeant, nec tam oneratum agmen dimicationi committant. Ea, quanquam similia veris erant, certius tamen exploranda ratus, dimittit equites, qui vagos prædatores in agros palantes excipiant: ex quibus inquirendo cognoscit, ad Vulturnum flumen sedere hostem; inde tertia vigilia^c moturum: iter in Samnium esse. His satis exploratis profectus, tanto intervallo ab hostibus consedit, ut nec adventus suus propinquitate nimia nosci posset, et egredientem e castris hostem opprimeret. Aliquanto ante lucem ad castra accessit; gnarosque Osciæ linguæ,^d exploratum quid agatur, mittit. Intermixti hostibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoscunt, infrequentia armatis signa egressa,^b prædam prædæque custodes exire, ignobile⁵ agmen, et sua quemque molientem,^e nullo inter alios consensu, nec satis certo imperio. Tempus aggrediendi aptissimum visum est: et jam lux appetebat. Itaque signa canere jus-

^b *Armatis paucos sub signis egressos.*



Al. *Calenum*.—4 *Explicari agmen possit* Gronov. Doujat. Crevier.—5 *Vet. lib. immobile. Vere: nam subdit, 'Samnites præda impediti.'* Sigon.

NOTÆ

^a *Prorogati imperii*] In sex nimirum menses, ut cap. super.

^b *In Calenum agrum*] De Calibus, unde ager Caleus, lib. VIII. cap. 16.

^c *Tertia vigilia*] Cum scilicet signum mutandorum tertio vigilam datum esset, seu circa septimam noctis horam.

^d *Osciæ linguæ*] Oscos, sive Opi-Delph. et Var. Clas.

cos, eosdem cum priscis Ausonibus fuisse jam sæpius monui: ab his orti Sabini, quorum progenies Samnites.

^e *Ignobile agmen, et sua quemque molientem*] Sigonius ex quibusdam scriptis, *immobile agmen*; sed melius ex aliis, Gronovii et meo iudicio, *ignobile*, id est, præda magis oneratum, quam ornatum armis, atque ita compositum, ineptumque ad pugnam.

Livius.

4 U

sit; agmenque hostium aggreditur. Samnites, præda impediti, infrequentes armati, pars addere gradum, ac præ se agere prædam, pars stare, incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret, inter cunctationem⁶ opprimuntur. Et Romani jam transcenderant vallum, cædesque ac tumultus erat in castris. Samnitium agmen, præterquam hostili tumultu, captivorum etiam repentina defectione turbatum erat; qui partim ipsi soluti vinctos solvebant, partim arma in sarcinis deligata rapiebant, tumultumque, prælio ipso terribiliorem, intermixti agmini præbebant. Memorandum deinde edidere facinus: nam Staium Minacium⁷ ducem,^f adeuntem ordines hortantemque, invadunt, dissipatis inde equitibus, qui cum eo aderant, ipsum circumstant, insidentemque equo captum ad consulem Romanum rapiunt. Revocata eo tumultu prima signa Samnitium: præliumque jam profligatum integratum est, nec diutius sustineri potuit.^g Cæsa ad sex millia hominum: duo millia et quingenti capti: in eis tribuni militum quatuor; signa militaria triginta: et, quod lætissimum victoribus fuit, captivorum recepta septem millia et quadringenti; præda ingens sociorum: accitque edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque. Præstituta die, quarum rerum non exitit dominus, militi concessæ, coactique vendere prædam, ne alibi, quam in armis, animum haberent.

21. Magnum ea populatio Campani agri tumultum Romæ præbuerat: et per eos forte dies ex Etruria allatum erat, post deductum inde Volumnianum exercitum Etruriam concitam in arma, et Gellium Egnatium, Samnitium ducem,

//////////

—6 In vett. edd. distinguitur *tutius foret*. Inter *cunctationem*.—7 Al. *Staium Minatium*: al. *Staium Egnatium*.

NOTÆ

^f *Staium Minacium ducem*] Samnitium hic dux fuit ab Gellio Egnatio diversus, de quo paulo ante, et paulo post.

^g *Nec diutius sustineri potuit*] Agmen Samnitium, quod primum castris

egressum erat, pugnam quidem, qua profligatum jam fuerat posterius agmen, præda onustum atque incompositum, instauravit; sed in ea durare et Romanorum vim sustinere non potuit.

et Umbros ad defectionem vocari,^h et Gallos pretio ingenti sollicitari.⁸ His nuntiis senatus conterritus justitium indici, delectum omnis generis hominum haberi jussit. Nec ingenui modo aut juniores sacramento adacti, sed seniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati. Et defendendæ Urbis consilia agitabantur; summæque rerum prætor P. Sempronius præerat. Ceterum parte curæ exonerarunt senatum L. Volumni consulis literæ, quibus cæsos fusosque populatores Campaniæ cognitum est. Itaque et supplicationes ob rem bene gestam consulis nomine decernunt. Justitium remittitur, quod fuerat dies decem et octo,⁹ supplicatioque perlæta fuit. Tum de præsidio regionis depopulatæ ab Samnitibus agitari cœptum. Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, quæ Minturnæ^k appellata; altera in saltu Vescino, Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellata. Tribunis plebis negotium datum est, ut plebeiscito juberetur P. Sempronius prætor triumviros in ea loca colonis deducendis creare. Nec, qui nomina darent, facile inveniebantur, quia in stationem se

8 *Vocare . . . sollicitare* legendum monent J. F. Gronov. et Drak. et in textum suum recepit Kreyszigius.—9 Vet. lib. apud Sigon. *per dies decem et octo.*

NOTÆ

^h *Ad defectionem vocari*] Gronovius mavult, *et Umbros ad defectionem vocare, et Gallos pretio ingenti sollicitare; non vocari et sollicitari.* Hæc enim ad Egnatium Samnitium ducem referenda, qui jamdiu defecerat, immo defectionis auctor ceteris erat, supra c. 18. Unde nec vocandus erat ad defectionem, nec pretio sollicitandus. Sed tamen, cum nullius veteris exemplaris auctoritas proferatur, nihil mutandum censeo; nam nec ad Gellium pertinere puto illa *vocari, et sollicitari*; verum de eo quoque accipendum,

quod de Etruria dicitur, ut simul cum Etruscis Samnites, eorumque dux Egnatius, (repetito per Zeugma vocabulo,) *conciti vel concitati* seipsis ad arma intelligantur: et ab utrisque Umbri et Galli ad defectionem vocati ac sollicitati.

ⁱ *Quod fuerat dies decem et octo*] Sigonius inseruerat *per dies*, sed elegantius sine præpositione dici Gronovius probat.

^k *Minturnæ*] De his et de Sinuessa, lib. viii. cap. 10. et 11.

prope perpetuam infestæ regionis,^c non in agros, mitti rebantur. Avertit ab eis curis senatum Etruriæ ingravescens bellum, et crebræ literæ Appii, monentis, ne regionis ejus motum negligerent: 'quatuor gentes conferre arma, Etruscos, Samaites, Umbros, Gallos. Jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit.' Ob hæc, et (jam appetebat tempus) comitiorum causa, L. Volumnius¹⁰ consul Romam revocatus: qui prius, quam ad suffragium centurias vocaret, in concionem advocato populo, multa de magnitudine belli Etrusci disseruit: 'Jam tum, cum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit, fuisse tantum bellum, ut nec duce uno, nec exercitu geri potuerit: accessisse postea dici Umbros, et ingentem exercitum Gallo- rum. Adversus quatuor populos duces consules¹¹ illo die deligi meminissent. Se, nisi confideret, eum consensu populi Romani consulem declaratum iri, qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur, dictatorem fuisse ex- templo dicturum.'

22. Nemini dubium erat, quin Q. Fabius¹² omnium consensu destinaretur; eumque et prærogativæ,¹³ et primo vocatæ omnes centuriæ, consulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit, qualis biennio ante: deinde, ut vincebatur consensu, versa postremo ad collegam P. Decium poscendum: 'Id senectuti suæ¹⁴ adminiculum fore: censura duobusque consulatibus simul gestis expertum se,

^c In stativa fere continua ad præsidium in locis periculosis propter vicinos hostes agitandum.



Conj. Drak. *decem octo vel octodecim.*—10 *Ob hæc (et jam appetebat tempus comitiorum) L. Volumnius Gronov. Doujat. Ob hæc (et jam a. t.) comitiorum causa Crevier. Vid. Not. Var.*—11 *Duos consules Gronov. Doujat.*

12 'Thuan. et Chiff. *quin Fabius quintus.* Et sane quintus hic erat ejus consulatus. Non videtur tamen satis commoda hic ejus rei mentio. Placet potius cum Vossianis, *quin Fabius Quintus.*' J. F. Gronov.—13 *Prærogativa*

NOTÆ

- ¹ *Adversus quatuor populos duces* Volumnius se dictatorem potius quam [duos] consules] In codicibus melioris notæ est, *duces consules*, quod magis convenit cum sequentibus, ubi consulem dicturum fuisse testatur, nisi sperasset optimum ductorem a populo consulem eligendum.

nil concordi collegio^m firmiter ad rem publicam tuendam esse. Novo imperii socio vix jam assuescere senilem animum posse: cum moribus notis facilius se communicaturum consilia.' Subscripsit orationi ejus consul, cum meritis P. Decii laudibus, tum, 'quæ ex concordia consulum bona, quæque ex discordia mala in administratione rerum militarium evenirent,' memorando, 'quam prope ultimum¹⁵ discrimen suis et collegæ certaminibus nuper ventum foret:' admonendo Decium Fabiumque, 'ut uno animo, una mente viverent. Esse præterea viros natos¹⁶ militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes: ea ingenia consularia esse. Callidos solertesque, juris atque eloquentiæ consultos, qualis Ap. Claudius esset, Urbi ac foro præsides habendos, prætoresque ad reddenda jura creandos esse.' His agendis dies est consumtus. Postridie ad præscriptum consulis et consularia et prætorialia comitia habita. Consules creati Q. Fabius et P. Decius: Ap. Claudius prætor; omnes absentes.ⁿ Et L. Volumnio ex senatus consulto^o et scito plebis prorogatum in annum imperium est.

23. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decrevit. Publice vinum ac thus¹⁷ præbitum.^p Supplicatum iere frequentes viri fœminæque. Insignem supplicationem fecit certamen in sacello Pudicitæ patriciæ, quæ in foro boario



Kreyssigins.—14 Vet. lib. apud Sigon. *Hunc senectuti suæ*.—15 Al. *quam prope ad ultimum*.—16 Al. *gnaros*.

17 'Add. *sacrificiis* Sigon. Gronov. Crevier. all. interpretationis causa.'

NOTÆ

^m *Concordi collegio*] Collegium hic est societas inter ejusdem magistratus collegas.

ⁿ *Omnes absentes*] Sive ab urbe, sive saltem a comitiis; nam Fabius et Decius in Urbe erant, Appius vero in Etruria.

^o *Ex senatus consulto*] An non potius senatus auctoritate, quæ leges

et plebiscita præcedere hisce temporibus solebat? Sed hæc sæpe confunduntur.

^p *Publice vinum ac thus* [*sacrificiis*] præbitum] Scripti ignorant τὸ *sacrificiis*, a Sigonio inmissum hand necessario; satis enim apparet hæc ad sacra et supplicationes pertinere.

est ad ædem rotundam Herculis,^q inter matronas ortum. Virginiam, Auli filiam, patriciam plebeio nuptam L.¹⁸ Volturnio consuli, matronæ, quod e Patribus enupsisset, sacris arcuerant.^d Brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarsit; cum se Virginia et patriciam et pudicam in patriciæ Pudicitiae templum ingressam, et uni nuptam,^e ad quem virgo deducta sit, nec se viri honorumve ejus ac rerum gestarum pœnitere, vero gloriaretur.^f Facto deinde egregio magna verba adauxit. In vico Longo, ubi habitabat, ex parte ædium, quod satis esset loci modico sacello, exclusit; ^e aramque ibi posuit; et, convocatis plebeiis matronis,^g conquesta injuriam patriciarum, ‘Hanc ego aram,’ inquit, ‘Pudicitiae plebeiae dedico: vosque hortor, ut, quod certamen virtutis^f viros in hac civitate tenet, hoc pudicitiae inter matronas sit; detisque operam, ut hæc ara, quam illa, si quid potest,^g sanctius et a castioribus coli dicatur.’ Eodem ferme ritu et hæc ara, quo illa antiquior, culta est, ut nulla, nisi spectatae pudicitiae matrona, et quæ uni viro nupta fuisset, jus sacrificandi haberet. Vulgata dein religio a pollutis, nec matronis solum, sed omnis ordinis fœminis, postremo in oblivionem venit.^h Eodem anno Cn. et Q. Ogulnii ædiles curules aliquot fœneratoribus diem dixerunt: quorum bonis

^d Quod patricio genere orta in plebei ordinis domum nuptiis transiisset.

^e Ex ædium parte, quæ vico Longo imminebat, tantum spatii decerpit ac seposuit, quantum ad exiguum sacellum sufficeret.

^f Contentio de fortitudine.

^g Si qua ratione fieri possit.

^h In desuetudinem abiit.



Stroth.—18 L. abest Gronov. Doujat. Crevier.—19 Quidam Mss. matrimoniiis.

NOTÆ

^q Ad ædem rotundam Herculis] In regione Urbis quæ post octava ex Augusti descriptione, atque in foro Boario, fuere tum ædes Herculis Victoris parva et rotunda, tum sacellum Herculis: priori junctum fuit sacellum Pudicitiae patriciæ.

^r Uni nuptam] Hæc vera pudicitia:

iteratae quippe nuptiæ non sine aliqua impudicitiae nota, nec sine aliqua per leges pœna.

^s Vere gloriaretur] Rotundius videtur futurum, vere gloriaretur; quamquam potest accipi vero in auferendi casu, pro re omnino vera, seu qua ex vero gloriaretur.

mulctatis,^t ex eo, quod in publicum redactum est, ænea in Capitolio limina, et trium mensarum argentea vasa in cella Jovis, Jovemque in culmine cum quadrigis, et ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum Urbis sub uberibus lupæ posuerunt; semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Martis^u straverunt. Et ab ædilibus plebeiis, L. Ælio Pæto et C. Fulvio Curvo, ex mulctaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis,^x ludi facti; pateræque aureæ ad Cereris positæ.

24. Q. inde Fabius quintum et P. Decius quartum consulatum ineunt,* tribus consulatibus censuraque collegæ; nec gloria magis rerum, quæ ingens erat, quam concordia, inter se clari. Quæ ne perpetua esset, ordinum magis, quam ipsorum, inter se certamen intervenisse reor: patriciis tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet; plebeiis auctoribus Decio, ut ad sortem revocaret. Fuit certe contentio in senatu; et, postquam ibi Fabius plus poterat, revocata res ad populum est. In concione, ut inter militares viros,^{2o} et factis potius, quam dictis, fretos, pauca verba habita. Fabius, 'quam arborem conseruisset,' sub ea legere alium fructum, indignum esse,' dicere; 'se aperuisse Ciminiam sylvam, viamque per devios saltus Romano bello fecisse. Quid se id ætatis sollicitassent, si alio duce bellum gesturi essent? Nimirum adversarium se, non socium imperii, legisse,' sensim expo-



20 Revocata res ad populum est in concione: ut inter militares viros, &c. distinguunt

NOTÆ

^t *Quorum bonis mulctatis*] De personis magis quam de rebus dicitur mulctari, quod est puniri. Noster hic ne plures auferendi casus conjungeret, scriberetque minus eleganter, *quibus bonis mulctatis*, maluit verbum præter morem ad bona transferre. Erit ergo *mulctatis* pro, publicatis.

^u *Ad Martis*] Cum plures Romæ fuerint Martis ædes, intelligit hoc loco

elegans atque amplum Martis extramuranei templum, in viæ Appiæ ingressu, haud longe ab ipsa porta Capena.

^x *Pecuariis damnatis*] Pecuarii dicuntur mancipes, qui pascendis pecoribus pascua redimunt, quemadmodum Asconius tradit ad Ciceronis *Divinat.* in *Verr.*

* A. U. C. 458.

brat: 'et invidisse Decium concordibus collegiis tribus.' Postremo, 'se tendere nihil ultra, quam ut, si se² dignum provincia ducerent, in eam mitterent: in senatus arbitrio se fuisse, et in potestate populi futurum.' P. Decius senatus injuriam querebatur; 'quoad potuerint, Patres annisos, ne plebeiis aditus ad magnos honores esset: postquam ipsa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset, quæri, quemadmodum irrita sint non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunæ, et in paucorum potestatem vertantur. Omnes ante se consules sortitos³ provincias esse; nunc extra sortem Fabio senatum provinciam dare. Si honoris ejus causa; ita eum de se deque re publica meritum esse, ut faveat Q. Fabii gloriæ, quæ modo non sua contumelia splendeat. Cui autem dubium esse, ubi unum bellum sit asperum ac difficile, cum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro supervacaneo atque inutili habeatur? Gloriarum Fabium rebus in Etruria gestis. Velle et P. Decium gloriarum; et forsitan, quem ille obrutum ignem reliquerit,² ita ut toties novum ex improviso incendium daret, eum se extincturum. Postremo se collegæ honores præmiaque concessurum verecundia ætatis ejus majestatisque; cum periculum, cum³ dimicatio proposita sit, neque cedere sua sponte, neque cessurum; et, si nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe laturum, ut, quod populi sit, populus jubeat potius, quam patres gratificentur. Jovem optimum maximum Deosque immortales se precari, ut ita sortem æquam sibi cum collega dent, si eandem virtutem felicitatemque in bello administrando daturi sint. Certe id et natura æquum, et exemplo utile esse, et ad famam populi Romani pertinere, eos consules



Gronov. Doujat.—1 Vet. lib. apud Sigon. *servisset*.—2 Voss. *uterque*, Rott.

NOTÆ

¹ *Omnes ante se consules sortitos*] Oratorie *omnes* dicit: revera fere omnes.

² *Et forsitan, quem ille obrutum ignem*

reliquerit] Metaphorice incendium dicit pro bello, quod Fabius in Etruria represserit magis, quam profligaverit.

verit.

esse, quorum utrolibet duce bellum Etruscum geri recte possit.' Fabius, nihil aliud precatus populum,⁴ quam ut prius, quam intro vocarentur ad suffragium tribus, Ap. Claudii prætoris allatas ex Etruria literas audirent, comitio abit. Nec minore populi consensu, quam senatus, provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est.

25. Concursus inde ad consulem factus omnium ferme juniorum: et pro se quisque nomina dabant. Tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Qua circumfusus turba, 'Quatuor millia,' inquit, 'peditum et sexcentos equites duntaxat scribere in animo est: hodierno et crastino die qui nomina dederitis,⁵ mecum ducam. Majori mihi curæ est, ut omnes locupletes reducam, quam ut multis rem geram militibus.' Profectus apto exercitu,ⁱ et eo plus fiducia ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat, ad oppidum Aharnam,⁶ unde haud procul hostes erant, ad castra Appii prætoris pergit. Paucis citra milibus lignatores ei cum præsidio occurrunt; qui, ut lictores prægredi viderunt, Fabiumque esse consulem acceperunt, læti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt, quod eum sibi imperatorem misissent. Circumfusi deinde cum consulem salutarent, quærit Fabius, quo pergerent; respondentibusque, lignatum se ire, 'ain' tandem?' inquit, 'num castra vallata non habetis?' Ad hoc cum succlamatum esset, 'duplici quidem vallo et fossa, et tamen in ingenti metu esse;' 'habetis igitur,' inquit, 'affatim lignorum. Redite, et vellite vallum.' Redeunt in castra, terroremque ibi, vellentes vallum, et iis, qui in castris reman-

ⁱ Cum exercitu expedito.



Helm. carent τφ se.—3 Quidam codd. omittunt τδ cum posterius.—4 Voss. *populum romanum*: alter *p̄m*: Rott. *precatus p̄. r̄.*

5 Vet. lib. apud Sigon. *dederint*.—6 Vet. lib. apud eund. *Adharnaham*.—7

NOTÆ

^a *Ad oppidum Aharnam*] Oppidum Ptolemæo, Plinio, aliisque Arna appellatur; indeque Arnates, vel Arnenses. Hodie *Civitella d'Arno*.
quod forte initio Aharna dicebatur;

serant,⁷ militibus, et ipsi Appio fecerunt. Tum pro se quisque alii aliis dicere, ‘consulis se Q. Fabii facere jussu.’ Postero inde die castra mota, et Appius prætor Romam dimissus. Inde nusquam stativa Romanis fuere. Negabat utile esse, uno loco sedere exercitum: itineribus ac mutatione locorum nobiliorem⁸ ac salubriorem esse.^b Fiebant autem itinera, quanta fieri sinebat hyems haud dum exacta. Vere inde primo, relicta secunda legione ad Clusium, quod Camars⁹ olim appellabant,^c præpositoque castris L. Scipione pro prætore, Romam ipse ad consultandum de bello rediit; sive ipse sponte sua, quia bellum ei majus in conspectu erat, quam quantum esse famæ crederat, sive senatus consulto accitus. Nam in utrumque auctores sunt.^k Ab Ap. Claudio prætore retractum quidam videri volunt; cum in senatu et apud populum (id quod per literas assidue fecerat) terrorem belli Etrusci augeret: ‘non suffecturum ducem unum, nec exercitum unum, adversus quatuor populos. Periculosum esse,¹⁰ sive juncti unum premant, sive id diversi gerant bellum, ne ad omnia simul obire^d unus non possit. Duas se ibi legiones Romanas reli-

^k *Scriptores sunt in utramque partem.*

//////////

Remanserunt Gronov. Doujat.—8 ‘Mobiliorem viri docti conjecerunt, quod aptius est; sed in receptam omnes codd. consentiunt.’ Stroth. ‘Mobiliorem edidit Kreyssigius.—9 Camars Doujat. Crevier.—10 Periculum esse conj. J.

NOTE

^b *Nobiliorem ac salubriorem esse*] Hic ego non illibenter *mobiliorem* legerim, id est, magis expeditum et ad bella promptiorem: minus enim ad rem facere videtur *rd nobiliorem*.

Nobiliorem] Lego *mobiliorem*, ob rationes dictas *Artis Criticæ* p. 3. s. 1. c. 4. *J. Clericus*.

^c *Ad Clusium, quod Camars olim appellabant*] De utroque Clusio veteri ac novo actum lib. v. c. 33. Illud, ad Clanim situm, primo Camars appellabatur, nomine imposito ab Umbris priscis conditoribus, qui ante Pelas-

gos hæc loca tenuerant: sed inde pulsi nomen illud Camertium trans Tiberim atque Apenninum transtulere, ubi ad hæc tempora fere remansit in urbe Camerino. Ex antiqua appellatione hi Clusini Polybio lib. 11. de hac ipsa Gallorum et Samnitium in Clusinorum regionem adversus Romanos expeditione agenti vocantur simpliciter *Καυδρῖοι*.

^d *Ad omnia simul obire*] ‘Adire ad illum,’ ‘adire ad causam,’ dicitur non raro: ‘obire ad aliquid,’ non facile, opinor, alibi invenies. Gallice dixe-

quisse; et minus quinque millia peditum equitumque^e cum Fabio¹¹ venisse. Sibi placere, P. Decium consulem primo quoque tempore in Etruriam ad collegam proficisci: L. Volumnio Sannium provinciam dari. Si consul malit in suam provinciam ire, Volumnium in Etruriam ad consulem cum exercitu justo consulari proficisci.' Cum magnam partem moveret oratio prætoris, P. Decium censuisse ferunt, ut omnia integra ac libera Q. Fabio servarentur,¹² donec vel ipse, si per commodum rei publicæ posset, Romam venisset, vel aliquem ex legatis misisset; a quo disceret senatus, quantum in Etruria belli esset, quantisque administrandum copiis, et quot per duces esset.

26. Fabius, ut Romam rediit, et in senatu et productus ad populum mediam orationem habuit, ut nec augere, nec minuere videretur belli famam, magisque in altero assumendo duce aliorum indulgere timori, quam suo aut rei publicæ periculo consulere. 'Ceterum, si sibi adiutorem belli sociumque imperii darent, quonam modo se oblivisci P. Decii consulis¹³ per tot collegia^f experti posse? Neminem omnium secum conjungi malle: et copiarum satis sibi cum P. Decio, et nunquam nimium hostium fore. Sin collega quid aliud malit, at sibi L. Volumnium darent adiutorem.' Omnium rerum arbitrium et a populo, et a senatu, et ab ipso collega, Fabio permissum est: et cum P. Decius se in Sannium vel in Etruriam proficisci paratum esse ostendisset, tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis, triumphusque, non bellum, decretum consulibus videretur. Invenio apud quosdam,

F. Gronov.—11 Vet. lib. apud Sigon. *equitumque mille cum Fabio*.—12 Thuan. duo Pall. *reservarentur*.

NOTÆ

ris, être par tout, se trouver par tout.

^e *Minus quinque millia peditum equitumque*] Erant revera minus quam quinque millia hominum, connumeratis tam equitibus quam peditibus, ut patet ex hujus ipsius capituli initio, ubi Fabius 'quatuor millia peditum

et sexcentos equites duntaxat' se scribere velle testatus est.

^f *Per tot collegia*] Ter enim in consulatu, semel in censura, collegam habuerat Fabius Decium, uti antea vidimus.

extemplo, consulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Deciumque, sine ulla mentione sortis provinciarum certaminumque inter collegas, quæ exposui. Sunt, quibus ne hæc quidem certamina exponere satis fuerit. Adjecerunt et Appii criminationes de Fabio absente ad populum, et pertinaciam adversus præsentem consulem prætoris, contentionemque aliam inter collegas, tendente Decio, ut suæ quisque provinciæ sortem tueretur. Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti ambo consules ad bellum sunt. Ceterum, antequam consules in Etruriam pervenirent, Senones Galli[§] multitudine iugenti ad Clusium venerunt, legionem Romanam castraque oppugnaturi. Scipio, qui castris præerat, loco adjuvandam paucitatem suorum militum ratus, in collem, qui inter urbem et castra erat, aciem erexit.¹³ Sed, ut in re subita, parum explorato itinere ad jugum perrexit, quod hostes ceperant, parte alia egressi.^h Ita cæsa ab tergo legio, atque in medio, cum hostis undique urgeret, circumventa. Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuntius non superesset, quidam auctores sunt; nec ante ad consules, qui jam haud procul a Clusio aberant, famam ejus cladis perlatam, quam in conspectu fuere Gallorum equites, pectoribus equorum suspensa gestantes capita,ⁱ et lanceis infixæ; ovantesque moris sui carmine. Sunt, qui Umbros fuisse, non Gallos, tradant; nec tantum cladis acceptum: et circumventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato Scipionem proprætorem subsidium e castris tulisse, victoresque Umbros, redintegrato prælio, victos



13 Vox consulis nonnihil suspecta Dukero.—14 *In collem . . . aciem erexit*, ut IX. 31. al. pro colle ex 2. Mss. recepi exemplo Crevier. et Stroth. Rupert.

NOTÆ

[§] *Senones Galli*] Qui scilicet jamdiu Umbriæ maritima insederant, Romamque incenderant, ut dictum lib. v.

^h *Parte alia egressi*] Clusio nempe, aut castris suis egressi, aversa a Romanorum castris regione.

ⁱ *Pectoribus equorum suspensa gestantes capita*] Hic mos Germanorum quoque fuit, auctore Diodoro Siculo lib. iv. aliisque, ut hostium caesorum capita ostentarent, sive lanceis affixa, sive equorum pectoribus deligata.

esse, captivosque eis ac prædam ademtam. Similius vero est, a Gallo hoste, quam Umbro, eam cladem acceptam; quod, cum sæpe alias, tum eo anno, Gallici tumultus præcipuus terror civitatem tenuit. Itaque præterquam quod ambo consules profecti ad bellum erant cum quatuor legionibus, et magno equitatu Romano, Campanisque mille equitibus delectis, ad id bellum missis, et sociorum nominisque Latini majore exercitu, quam Romani;¹⁵ alii duo exercitus haud procul Urbe Etruriæ oppositi,¹ unus in Falisco, alter in Vaticano agro. Cn. Fulvius et L. Postumius Megellus, proprætores ambo, stativa in eis locis habere jussi.

27. Consules ad hostes, transgresso Apennino,¹⁶ in agrum Sentinatem¹⁷ pervenerunt. Ibi quatuor millium ferme intervallo castra posita. Inter hostes deinde consultationes habitæ; atque ita convenit, ne unis castris miscerentur omnes, neve in aciem descenderent simul. Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adjecti. Dies indicta pugna: Samniti¹⁸ Gallicisque delegata pugna: inter ipsum certamen Etrusci Umbrique jussi castra Romana oppugnare. Hæc consilia turbarent transfugæ Clusini tres, clam nocte ad Fabium consulem transgressi: qui, editis hostium consiliis, dimissi cum donis, ut subinde, ut quæque res nova decreta esset, exploratam perferrent. Consules Fulvio, ut ex Falisco, Postumio, ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant, summaque vi fines hostium depopulentur, scribunt. Hujus populationis fama Etruscos ex agro Sentinate ad suos fines tuendos mo-

¹ *Objecti adversus Tuscos haud procul Roma.*



—15 Verba *quam Romani* vehementer suspecta erant J. Fr. Gronov. *etiam Romani alii duo exercitus* conj. Jac. Gronov. et *quam Romano* Duk.

16 *Transgresso Apennino*, passive, nisi leg. *transgressos Apenninum* (cum Gron.) vel *Apennino*. Vid. ad v. 35. Duk.—17 *Al. Sentinatum*.—18 *Samniti*.

NOTÆ

^k *In agrum Sentinatem*] Sentinas Gentilitium est, a Sentino Umbriæ in confinio Piceni oppido, sito in Apennini valle ad amnem cognominem, non procul fontibus Æsis fluvii. *Sen-*

tina vulgo nunc dicitur, teste Cluverio. Ferrarius ex ejus ruinis natum auctumque putat oppidum *Susso Ferrato*.

vit. Instare inde consules, ut absentibus iis pugnaretur. Per biduum lacesiere prælio hostem: biduo nihil dignum dictu actum, pauci utrimque cecidere; magisque irritati sunt ad justum certamen animi, quam ad discrimen summa rerum adducta. Tertio die descensum in campum omnibus copiis¹ est. Cum instructæ acies starent, cerva fugiens lupum e montibus exacta per campos inter duas acies decurrit: inde diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit. Lupo data inter ordines via; cervam Galli confixere. Tum ex antesignanis Romanus miles, 'Illac fuga,' inquit, 'et cædes vertit,^m ubi sacram Dianæ feram jacentem videtis. Hinc victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiæ et conditoris nostri admonuit.' Dextro cornu Galli, sinistro Samnites constiterunt. Adversus Samnites Q.¹⁹ Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu; adversus Gallos pro sinistro Decius quintam et sextam instruxit. Secunda et quarta cum L. Volturnio proconsole in Samnio gerebant bellum. Primo concursu adeo æquis viribus gesta res est, ut, si affluisent Etrusci et Umbri, aut in acie, aut in castris, quocumque se inclinassent, accipienda elades fuerit.

28. Ceterum, quanquam communis adhuc Mars belli erat, nec dum discrimen fortuna fecerat, qua datura vires esset, haudquaquam similis pugna in dextro lævoque cornu erat. Romani apud Fabium arcebant magis, quam inferebant, pugnam; extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen: quia ita persuasum erat duci, et Samnites et Gallos primo impetu feroces esse,^m quos susti-

^m Fuga atque occisio hoc velut omine versa est et inclinavit in illam partem, &c.

bus Gronov. Donjat. Crevier.—19 Q. del. iid.

NOTÆ

¹ *Omnibus copiis*] Omnibus hinc Romanorum, inde etiam Samnitium et Gallorum: non omnibus fœdere adversus Romanos junctarum gentium. Nam Etrusci Umbrique aberant.

^m *Primo impetu feroces esse*] Quod hic Fabius Samnitibus Gallisque, idem Germanis quoque Tacitus attribuit initio libri de moribus eorum. 'Magna corpora, et tantum ad impetum valida: laboris atque operum

neri satis sit; longiore certamine sensim residere Samnitium animos: Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque æstus fluere; primaque eorum prælia plus quam virorum, postrema minus quam fœminarum esse. In id tempus igitur, quo vinci solebat hostis, quam integerrimas vires militi servabat. Ferocior Decius et ætate et vigore animi, quantumcumque virium habuit, certamine primo effudit; et, quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat, et ipse, fortissimæ juvenum turmæ immixtus, orat proceres juventutis, in hostem ut secum impetum faciant: duplicem illorum gloriam fore, si ab lævo cornu et ab equite victoria incipiat. Bis avertere Gallicum equitatum. Iterum longius evectos, et jam inter media equitum agmina prælium cientes, novum pugnae conterruit genus: *essedis carrisque*²⁰ *superstans*ⁿ armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque advenit, et insolitos ejus tumultusⁿ Romanorum conterruit equos. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat: sternit inde ruentes equos virosque improvida fuga. Turbata hinc etiam signa legionum; multique impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti antesignani; et insecuta, simul territos hostes vidit, Gallica acies nullum spatium respirandi recipiendique se dedit. Vociferari Decius, ‘Quo fugerent? quamve in fuga spem haberent?’ obsistere cedentibus, ac revocare fusos. Deinde, ut nulla vi perculsos sustinere poterat, patrem P. Decium nomine

ⁿ *Non assuetos huic strepitui.*

NOTÆ

non eadem patientia.’ Sic de Cimbris Teutonicisque Florus lib. III. c. 3. ‘Donec invicta illa rabies et impetus, quem pro virtute barbari habent, consenesceret.’

ⁿ *Essedis carrisque superstans*] *Essedum* Gallici ac Britannici vehiculi genus fuit: carrum quoque currus quatuor rotarum, cujusmodi militibus usui ad vehenda impedimenta. Ex his Galli ceterique Celtæ pugnare

soliti, iisdem tanquam vallo usi muniendis castris: adeo ut Cimbrorum uxores, victis maritis, ipsæ adversus Romanos ex objectis undique plaustris atque carpentis pugnaverint. Hic carrorum usus adhuc tempore Ammiani fuit, et carrago dicta castra sic munita. Haud absimiles Persarum falcati currus, quorum sæpius meminit inter ceteros Q. Curt.

compellans, 'Quid ultra moror,' inquit, 'familiare fatum? ° Datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus. Jam ego mecum hostium legiones mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo.'^p Hæc locutus M. Livium pontificem, quem, descendens in aciem, digredi vetuerat ab se, præire jussit verba, quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret. Devotus inde eadem precatione eodemque habitu, quo pater P. Decius ad Vesperim bello Latino se jusserat devoveri. Cum secundum solennes precationes adjecisset, 'præ se agere sese formidinem ac fugam, cædemque ac cruorem, cœlestium, inferorum¹ iras; contacturum funebribus diris signa,^o tela, arma hostium; locumque eundem suæ pestis et Gallorum ac Samnitium fore;' hæc execratus in se hostesque, qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferensque se ipse infestis telis est interfec-tus.

29. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani, duce amisso, quæ res terrori alias esse solet, sistere fugam, ac novam de integro velle instaurare pugnam. Galli, et maxime globus circumstans consulis corpus, velut alienata mente, vana incassum jactare tela. Torpere quidam, et nec pugnae meminisse, nec fugæ. At ex parte altera pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, jus-

^o *Se tristibus furiis, ac funestis execrationibus invectorum perniciem in signa, &c.*

¹ 20 Malebat Duk. *carpentisque*.—1 Vet. lib. *infernorumque*.

NOTÆ

^o *Familiare fatum*] Vere fatum quoddam fuisse Deciorum ut pro patria certæ morti caput objicerent. Notatur tum ab aliis, tum a Cic. lib. 1. Tuscul. ubi ait, 'Tres Decios fuisse qui pro salute patriæ vitam amittere magno virtutis edito exemplo voluerint: ex quibus pater bello Gallico, filius Etrusco, nepos in bello Pyrrhi, quod pro Tarentinis gessit,

Diis manibus se devoverunt.' Quod Decius pater apud Ciceronem bello Gallico interiisse dicitur, apud Nost- rum ad bellum adversus Latinos refertur. Nunc filius bello adversus Gallos atque Etruscos se devovet.

^p *Telluri ac Diis Manibus dabo*] Hic omnis se devovendi ritus ex lib. VIII. c. 10. repetendus est.

seratque pro prætore esse,² vociferari, ‘Vicisse Romanos, defunctos consulis fato.’† Gallos Samnitesque Telluris matris ac Deorum Manium esse. Rapere ad se ac vocare Decium devotam secum aciem;‡ quæ furiarumque ac formidinis plena omnia ad hostes esse.’ Superveniunt deinde his restituentibus pugnam L. Cornelius Scipio et C. Marcius, cum subsidiis ex novissima acie jussu Q. Fabii consulis ad præsidium collegæ missi. Ibi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen‡ ad omnia pro re publica audenda. Itaque cum Galli structis ante se scutis conferti starent, nec facilis pede collato videretur pugna; jussu legatorum collecta humi pila, quæ strata³ inter duas acies jacebant, atque in testudinem hostium conjecta. Quibus plerisque in scuta, verutis in corpora⁴ ipsa fixis,⁵ sternitur cuneus; ita ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent.

p Morte consulis liberatos ab imminente periculo.



² ‘Jusseratque pro prætore esse. Vulgo proprætorem. Sed Livius amat dicere pro prætore, pro consule, pro quæstore, (xli. 10.) pro dictatore: quæ passim recte restituerunt Gron. et Drak. pro vulg. proconsul cet. quæ tamen forma sæpe etiam in omnibus libris legitur; v. c. xxiiii. 31. xxxvii. 46. xxxix. 29. al. et late defenditur a Manut. ad Cic. ad Div. i. 1.’ *Rupert.* Vid. Not. Var. *Proprætorem* dant Gronov. Doujat. Crevier. Drak. *pro prætore* Stroth. et Kreyssigins.—³ ‘Collecta humi, forte ut ap. Plin. viii. 42. nisi leg. *collecta pila, quæ humi strata cet.*’ *Rupert.*—⁴ ‘In 2. Mss. optimis est *verarisque rutis*, in aliis et edd. antt. *plerisque in scuta, plerisque verutis cet.* unde Stroth. non male dedit *plerisque in scuta, rarisque verutis cet.*’ *Rupert.* Vid. Not. Var.—

NOTÆ

† *Defunctos consulis fato*] Periculo, nempe, defunctos, ac proinde cladi ereptos. *J. Clericus.*

‡ *Devotam secum aciem*] Hostium nempe, quos una secum devoverat Diis manibus.

‡ *Ingens hortamen, &c.*] His verbis continetur ratio felicitis successus ejusmodi devotionum; nam milites ducis, qui se devoverat, infame esse putabant amisso duce vitæ suæ parcere, simulque sperantes sibi affore Deos, multo acrius pugnabant, et victoria sic potiebantur; quæ animis


Delph, et Var. Clas.

militum, non placatæ iræ Deorum, aut Diis in hostes concitatis, debebatur. *J. Clericus.*

⁵ *Plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis*] Quædam editiones inserunt *plerisque verutis*; sed contra scriptorum fidem. Nec vero necesse est bis poni vocem, *plerisque*; satis enim absque eo intelligitur pilorum, seu jaculorum, partem hæsisse Gallorum scutis, partem, quod teretiorum haberent mucronem, ut facilius penetrarent, ad ipsa etiam corpora pertigisse, *veruta nempe.*

Livius.

4 X



Hæc in sinistro cornu Romanorum fortuna variaverat. Fabius in dextro⁵ primo (ut ante dictum est) cunctando extraxerat diem: deinde, postquam nec clamor hostium, nec impetus, nec tela missa, eandem vim habere visa; præfectis equitum jussis ad latus Samnitium circumducere alas, ut signo dato in transversos, quanto maximo possent impetu, incurrerent; sensim suos signa inferre jussit, et commovere hostem. Postquam non resisti vidit, et haud dubiam lassitudinem esse; tum, collectis omnibus subsidiis, quæ ad id tempus reservaverat, et legiones concitavit, et signum ad invadendos hostes equitibus dedit. Nec sustinuerunt Samnites impetum; præterque aciem ipsam Gallorum, relictis in dimicatione sociis, ad castra effuso cursu ferebantur. Galli, testudine facta,⁶ conferti stabant. Tum Fabius, audita morte collegæ, Campanorum alam, quingentos fere equites, excedere acie jubet, et circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem: tertiæ deinde legionis subsequi principes, et, qua turbatum agmen hostium viderent impetu equitum, instare ac territos cedere. Ipse ædem Jovi Victori spoliaque hostium cum vovisset, ad castra Samnitium perrexit; quo multitudo omnis consternata agebatur. Sub ipso vallo, quia tantam⁶ multitudinem portæ non recepere, tentata ab exclusis turba suorum pugna est. Ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit. Compulsi deinde intra vallum Samnites, parvoque certamine capta castra, et Galli ab tergo circumventi. Cæsa eo die hostium viginti quinque millia, octo capta. Nec incruenta victoria fuit. Nam ex P. Decii exercitu cæsa septem millia; ex Fabii mille ac ducenti.⁷ Fabius, dimissis ad quærendum collegæ corpus, spolia hostium conjecta in acervum Jovi Victori cremavit. Consul is corpus eo die,

//////////

5 Add. *cornu* Gronov. Doujat. — 6 A quibusd. interpungitur: *agebatur sub ipso vallo*. Quia tantam.—7 Mille septingenti Kreyssigius.

NOTE

⁶ Galli, *testudine facta*] Non igno- jungendorum scutorum supra capita. tus Gallis usus testudinis, seu con-

quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit. Postero die inventum relatumque est cum multis militum lacrymis. Intermissa inde omnium aliarum rerum cura, Fabius collegæ funus omni honore laudibusque meritis celebrat.

30. Et in Etruria per eosdem dies⁸ ab Cn. Fulvio pro prætore res ex sententia gesta; et, præter ingentem⁹ illam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est: Perusinorumque^t et Clusinatorum caesa amplius millia tria, et signa militaria ad viginti capta. Samnitium agmen, cum per Pelignum agrum fugeret, circumventum a Pelignis est. Ex millibus quinque ad mille cæsi. Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama est, etiam vero stanti.⁹ Sed superjecere¹⁰ quidam augendo fidem;^u qui in hostium exercitu peditum quadraginta millia trecentos triginta, equitum sex millia,¹¹ mille carpentorum scripsere fuisse: scilicet cum Umbris Tuscisque, quos et ipsos pugnae affuisse. Et, ut Romanorum quoque auferent copias, L. Volumnium pro consule ducem¹² consulibus, exercitumque ejus legionibus consulum adjiciunt. In pluribus annalibus duorum ea consulum propria victoria est. Volumnius in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum, in Tifernum montem^x compulsus, non deterritus

⁹ *Etiam si quis iis tantum, quæ vere gesta sunt, inhæreat.*

//////////

8 Al. *per eos dies.*—9 Vet. lib. apud Sigon. *nam præter ingentem.*—10 Scribendum putabat J. F. Gronov. *superavere.*—11 Al. *equitum sex et qua-*

NOTÆ

^t *Perusinorumque*] De Perusia l. ix. c. 37.

^u *Superjecere quidam augendo fidem*] Non improbabilis Gronovii sensus, *superavere quidam, augendo fidem*: sed quoniam codices variare non apparet, standum ejus explicationi, quam velut dubitans proponit: ut sit, *quidam augendo, numerum vel famam, superjecere fidem, id est, jecere res supra fidem.* Adducit ejusdem gene-

ris phrasin ex Seneca III. de Benef. c. 32. ‘Nec beneficia parentum suorum superjaciunt.’ In eandem sententiam Tan. Faber ait metaphoram esse, ut apud Horat. ‘sæpe trans finem jaculo expedito:’ et *superjacere* esse τὸ ὑπερακοντίζειν Græcorum, id est, ultra jaculari.

^x *In Tifernum montem*] De Tiferno monte et oppido lib. ix. c. 44.

iniquitate loci, fundit fugatque. Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruria, suis legionibus deductis ad Urbem, de Gallis Etruscisque ac Samnitibus triumphavit. Milites triumphantem secuti sunt. Celebrata inconditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii, quam mors præclara P. Decii est: excitataque memoria parentis, æquata¹³ eventu publico privatoque filii laudibus.^y Data ex præda militibus æris octogeni bini,[†] sagaque et tunicæ; præmia illa tempestate militiae haudquaquam spernenda.^z

31. His ita rebus gestis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat. Nam, et Perusinis auctoribus, post deductum ab consule exercitum rebellatum fuerat; et Samnites prædatum in agrum Vescinum Formianumque, et parte alia in Æserninum,^a quæque¹⁴ Vulturno adjacent flumini, descendere. Adversus eos Ap. Claudius prætor cum exercitu Deciano missus. Fabius in Etruria rebellante denuo quatuor millia et quingentos Perusianorum occidit: cepit ad mille septingentos quadraginta: qui redempti singuli æris trecentis decem.^b Præda alia omnis militibus con-

//////////

dragintu millia.—12 Vox *ducem* non est in plerisque libris veti.—13 Legendum movet Tan. Faber *æquatis*.

14 Al. *Esctrinum*, *Æserniacum*, *Æserninum*. ‘*Quæque* pro vulg. *quæ* ex optimis Mss. recepi exemplo Crevier. et Stroth. Idem vel *qua adjacet* legen-

NOTÆ

^y *Æquata eventu publico privatoque filii laudibus*] Quod Tan. Faber legendum putat *æquatis*, nihil est necesse quicquam mutari præter manuscriptorum fidem: eademque sententia est; tam enim æquari dicuntur anteriora, aut etiam majora, posterioribus et minoribus, quam contra: ut ‘*æquare*’ sumatur pro comparare.

† *Æris octogeni bini*] Supple, *librales nummi*, hoc est 82. libræ Romanæ æris. J. Clericus.

^z *Præmia ... haudquaquam spernenda*] Asses adhuc librales erant. Duo autem supra octoginta æris libræ secundum computationem nostram va-

lent libellæ monetæ Gallicæ ferme 55.

^a *Parte alia in Æserninum*] Samnii urbs Æsernia ad lævam Vulturni: nunc *Isernia*. Ejus tamen agrum nunc Samnites populantur, quod, a Romanis antea capta, in eorum ditioe esset.

^b *Æris trecentis decem*] Æris scilicet gravis, quale tunc in usu, id est, nostra æstimatione paulo plus 200. lib.

Æris trecentis decem] Hoc est, trecentis decem nummis æreis libralibus. J. Clericus.

cessa. Samnitium legiones, cum partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius pro consule sequeretur,¹⁵ in agrum Stellatam^c convenerunt. Ibi et Samnitium legiones¹⁶ omnes considunt,^d et Appius Volumniusque castra conjungunt. Pugnatum infestissimis animis, hinc ira stimulante adversus rebellantes toties, illinc ab ultima jam dimicantibus spe.^e Cæsa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingenti. Ex Romano exercitu cecidere duo millia septingenti. Felix annus bellicis rebus, pestilentia gravis, prodigiisque sollicitus.^f Nam, et terram multifariam pluisse, et in exercitu Ap. Claudii plerosque¹⁷ fulminibus ictos, nuntiatum est: librique ob hæc aditi. Eo anno Q. Fabius Gurges, consulis filius, aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit.^g Ex quo mulctatio ære Veneris ædem, quæ prope Circum est, faciendam curavit. Supersunt etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen annumque sextum



dam putabat Gronov. *Rupert.*—15 Vett. edd. *proconsul sequeretur.*—16 'Vox legiones abest in quibusdam Mss. apud J. F. Gronovium; et, cum apud eundem pars major libr. script. exhibeat, *ibi ad Samnitium omnes considunt*, acnte Doujatius in voce *Samnitium* nomen loci alicujus latere suspicatus est.' *Doering.* Omisit Kreyssigius. Vid. inf. et Not. Var.—17 Vox *plerosque* sus-

NOTÆ

^c Agrum Stellatam] De illo antea.

^d Ibi et Samnitium legiones omnes considunt] Plerique scripti ignorant vocem, *legiones*, cujus e proximo repetitio minus elegans: magna pars habet *ibi et Samnitium omnes considunt*. Qua forma lib. xxxi. 'Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus, et quibusdam Audriorum, ut manerent, persuasit.' Hæc lectio probatur Gronovio. Nec absurda forte quam Romæ Andreas dedit: *ibi ad Samnium omnes considunt*. Licet enim Stellatam agrum, de quo hic agitur, constet in Campania fuisse, Callicula monte diremtum a Falerno; is tamen non nisi intercurrente Vulturno divide-

batnr a Samnio; et in eo metantes, ad Samnii fines castra habuisse dici possunt.

^e Ab ultima jam dimicantibus spe] Præpositio *a*, vel *ab*, aliquando causam denotat, qua quis ad agendum quippiam impellitur, ut hic et apud Tull. lib. ix. ad Att. Ep. 9. 'Illud certe scio, me, ab singulari amore, quæcumque scribo, tibi scribere.'

^f Prodigiisque sollicitus] 'Annum sollicitum' per hypallagen dicit, pro civitate, seu potius civibus eo anno anxiiis ob frequentia portenta.

^g Ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit] Accusaverat adulterii apud populum, atque ab eo damnari, pecuniaque mulctari, curaverat.

et quadragesimum,^h a M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus: et ne tot annorum clades utriusque gentis laboresque actos nunc referam, quibus nequiverint tamen dura illa¹⁸ pectora vinci; proximo anno Samnites in Sentinati agro, Pelignis,^r ad Tifernum, Stellatibus campis, suis ipsi legionibus, mixti alienis,^r ab quatuor exercitibus, quatuor ducibus Romanis, cæsi fuerant;ⁱ imperatorem clarissimum gentis suæ amiserant; socios belli, Etruscos, Umbros, Gallos, in eadem fortuna videbant, qua ipsi erant; nec suis, nec externis viribus jam stare poterant; tamen bello non abstinebant. Adeo ne infeliciter quidem defensæ libertatis tædebat: et vinci, quam non tentare victoriam, malebant. Quinam sit ille, quem pigeat¹⁹^k longinquitatis bellorum scribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt?

^r In Pelignorum regione.

^k Tum soli ac viribus suis, tum conjuncti cum aliis.

//////////

pecta Strothio.—18 *Duriora* Gronov. Doujat. Crevier.—19 'In eidd. recentt. ante *pigeat* insertum *non*, quod ab antt. et Mss. optimis abest. Expunxit illud Stroth. at, si adsit, fortiorem fere antithesin esse putat: bella, quæ legentes fatigant, gerentes non fatigaverunt. Enimvero recte Doer. monet, Livium, bella Samnitium ulterius persecutorum, vereri, ne tædium tandem illorum longinquitas creet lectoribus, et hinc eorum benevolentiam hoc quasi epiphonemate captare: si bella gerentes non fatigati sunt, sane scribentes et legentes non fatigari debent.' *Rupert.*

NOTÆ

^h *Annunq̄ue sextum et quadragesimum*] Consules fuere M. Valerius Corvus III. A. Cornel. Cossus an. U. c. 410. nunc agebatur annus 458. ex Sigonii rationibus: ergo negliguntur ab Auctore anni duo; primus consulum M. Valerii et A. Cornelii, et ultimus Q. Fabii et P. Decii: alioqui anni essent 48. Hunc quidem annum excludere videtur Livius, cum eum mox *proximum* vocat. Verum ejusdem gesta ut præterita recenset. Unde numerum annorum corruptum esse conjectura est non improbabilis.

Annunq̄ue sextum et quadragesimum]

Inchoatum fuerat anno Catoniano 412. Vide lib. VII. c. 32. *J. Clericus.*

ⁱ *Ab quatuor exercitibus, quatuor ducibus Romanis cæsi fuerant*] Samnites cum Gallis a Q. Fabio et P. Decio, eorumque exercitibus, fusi in Sentinati agro c. 28. et 29. a Volturno in Samnio ad Tifernum c. 30. ab eodem simul et App. Claudio in Stellate agro. Quatuor hic sunt exercitus, ducesque totidem, initio hujus cap. In Pelignis non Romanorum, sed ipsorum Pelignorum armis aut fraude cladem acceperant, c. 30.

^k *Quinam sit ille, quem [non] pigeat*]

32. Q. Fabium, P. Decium, L. Postumius Megellus et M. Atilius Regulus consules secuti sunt.* Samnium ambobus decreta provincia est; quia tres scriptos hostium exercitus, uno Etruriam, altero populationes Campaniæ repeti, tertium tuendis parari finibus, fama erat. Postumium valetudo adversa Romæ tenuit: Atilius extemplo profectus,²⁰ ut in Samnio hostes (ita enim placuerat Patribus) nondum egressos opprimeret. Velut ex composito ibi obvium habuere¹ hostem;¹ ubi et intrare, nedum vastare,^m ipsi Samnitium agrum prohiberentur, et egredi inde in pacata sociorumque populi Romani fines Samnitum prohiberent.² Cum castra castris collata essent, quod vix Romanus toties victor auderet, ausi Samnites sunt (tantum desperatio ultima temeritatis facit) castra Romana oppugnare. Et quanquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit. Nebula erat ad multum diei densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu



20 Al. *Atilius cum exercitu extemplo profectus*. Vid. Not. Var.—1 'Vett. libb. plerique habuit, et recte: refertur enim ad vocem *Atilius*.' Sigon.—2 Al. *Samnites prohiberentur*.

NOTE

Aliud vult, aliud dicit. Miratur vera Samnites non fatigatos fuisse tot bellis gerendis, cum eorum diurnitas tædio sit, tam legentibus, quam sibi scribenti.

Quinam sit ille, quem non pigeat, &c.] Ratio diurnitatis belli hæc videtur fuisse, quod plerisque belli annis exiguis pugnibus et populationibus contenti exercitus victores ac victi domum reducerentur, urbesque præcipuæ incolumes manerent. Alioqui si captis urbibus omnibus aut plerisque præsidia fuissent imposita, diurna esse bella non potuissent. Factor numerum cæsorum non exiguum a priscis historicis edi, sed in hujusmodi rebus auctiora omnia ad nos venerunt. *J. Clericus*.

* A. U. C. 459.

¹ *Obvium habuere hostem*] Qui habuere? Nam paulo ante Atilium solum nominavit; et collegam ægritudo Romæ tenebat. Hinc, opinor, Asulano causa fuit scribendi, *Atilius cum exercitu extemplo profectus*, licet a plerisque abesse illa *cum exercitu* affirmet Gronov. Sed non tantum exercitus nomen collectivum facile plurali numero aptatur; verum et ducis nomine milites intelliguntur; placetque Nostro variatio numeri pluralis et singularis.

^m *Ubi et intrare, nedum vastare*] Eo scilicet loco, ubi, &c. Inducuntur Samnii, et Campaniæ, aliarumque Romanæ ditionis aut societatis gentium confinia, a quorum ingressu Samnites Romanique se mutuo arceant.

modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congregantium inter se conspectu.ⁿ Hac velut latebra insidiarum freti Samnites, vixdum satis certa luce, et eam ipsam premente caligine, ad stationem Romanam in porta segniter agentem vigilias perveniunt. Improviso oppressis nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit. Ab tergo castrorum decumana porta^o impetus factus. Itaque captum quæstorium; quæstorque ibi L. Opimius Pansa occisus. Conclamatum inde ad arma.

33. Consul, tumultu excitus, cohortes duas sociorum, Lucanam Suessanamque, quæ proximæ forte erant, tueri prætorium jubet: manipulos legionum principali via^p inducit. Vixdum satis aptatis armis, in ordines eunt: et clamore magis, quam oculis, hostem nescunt: nec, quantus numerus sit, æstimari potest. Cedunt primo incerti fortunæ suæ, et hostem introrsum in media castra accipiunt. Inde cum consul vociferaretur, 'expulsine extra vallum, castra deinde sua oppugnaturi essent,' rogitans; clamore sublato connisi primo resistunt: deinde inferunt pedem, urgentque, et impulsos semel terrore eodem agunt, quo cœperunt. Expellunt extra portam vallumque. Inde pergere ac persequi (quia turbida lux metum circa insidiarum faciebat) non ausi, liberatis castris contenti, receperunt se intra vallum trecentis ferme hostium occisis. Romanorum stationis primæ, vigilumque, et eorum, qui circa quæstorium oppressi, periere ad ducentos³ triginta. Animos inde Sam-

¹ *Tentorium Quæstoris captum est.*



³ *Ad septingentos Kreyssigiis.*

NOTE

ⁿ *Sed propinquo etiam congregantium inter se conspectu]* Repete *adempto*, ita ut nec e propinquo se conspicerent colloquentes.

^o *Decumana porta]* Præcipua porta castrorum fuit Decumana, in hostes plerumque versa; ad quam prætoris, vel consulis, quæstoris, legatorum

tabernacula. Nunc non in fronte, sed in tergo castrorum, atque aversa ab hostibus, præter morem, fuisse videtur.

^p *Principali via]* Via principalis in castris ea erat, quæ inter prætorium et ceterorum ducum tentoria, interque proximam legionum metatu-

nitibus non infelix audacia auxit; et non modo proferre inde castra Romanum, sed ne pabulari quidem per agros suos, patiebantur. Retro in pacatum Soranum agrum pabulatores ibant. Quarum rerum fama, tumultuosior etiam, quam res erant, perlata Romam, coëgit L. Postumium consulem, vixdum validum, proficisci ex Urbe. Prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire, ipse ædem Victoriæ, quam ædilis curulis ex mulctaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit. Ita ad exercitum profectus, ab Sora in Samnium ad castra collegæ perrexit. Inde postquam Samnites, diffisi duobus exercitibus resisti posse, recesserunt; diversi consules ad vastandos agros urbesque oppugnandas discedunt.

34. Postumius Miloniam⁴ oppugnare adortus, vi primo atque impetu, dein, postquam ea parum procedebant, opere ac vineis demum adjunctis muro cepit. Ibi, capta jam urbe, ab hora quarta usque ad octavam⁵ fere horam omnibus partibus urbis diu incerto eventu pugnatum est. Postremo potitur oppido Romanus. Samnitium cæsi tria millia ducenti: capti quatuor millia ducenti,⁶ præter prædam aliam. Inde Ferentinum⁷ ductæ legiones: unde oppidani cum omnibus rebus suis, quæ ferri agique potuerunt, nocte per aversam portam silentio excesserunt. Igitur, simul advenit consul, primo ita compositus instructusque mœnibus successit, tanquam idem, quod ad Miloniam fuerat, certaminis foret: deinde, ut silentium vastum in urbe, nec arma, nec viros in turribus ac muris vidit, avidum in-

//////////

4 Deinde Gronov. Doujat. Crevier.—5 Vet. lib. apud Sigon. *ab hora quarta diei ad octavam*.—6 *Septingenti* Kreyssigius.—7 Mss. *Feritrum*, *Fertorium*, *Foretrium*, *Feretrum*. Suspiciabatur J. F. Gronov. *Treventinum*. Doujat. conj.

NOTÆ

ram interjacebat: sic dicta a principis, quæ spatium illud medium a tribunis ad legiones comprehendebant.

⁴ *Miloniam*] Alias *Miloniam*. Vide cap. 3. hujus libri.


⁵ *Inde Ferentinum*] In plerisque

Mss. est *Feretrum*. Sigon. *Triventinum* suspicatur, quod est ad Tinium fl. unde Treventinates in Samnio apud Plin. Ego *Forentium* Apulorum conjiciebam, iis de causis quas ante indicavi.

vadendi deserta mœnia militem detinet, ne quam occultam in fraudem incautus rueret. Duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare mœnia, atque explorare omnia jubet. Equites portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes conspiciunt, itineribusque iis vestigia nocturnæ hostium fugæ. Adequitant deinde sensim portis, urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt: ad consulem referunt, excessum urbe; solitudine haud dubia id⁸ perspicuum esse, recentibus* vestigiis fugæ ac strage rerum⁵ in trepidatione nocturna passim relictarum. His auditis, consul ad eam partem urbis, qua adierant equites, circumducit agmen: constitutisque haud procul porta signis, quinque equites jubet intrare urbem, et, modicum spatium progressos, tres manere eodem loco, si tuta videantur; duos explorata ad se referre. Qui ubi redierunt, retuleruntque, eo se progressos, unde in omnes partes circumspectus esset, longe lateque silentium ac solitudinem vidisse; extemplo consul cohortes expeditas in urbem induxit; ceteros interim castra communire jussit. Ingressi milites, refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos inveniunt, relictæque, quæ migratu difficilia essent. Ea directæ; et cognitum ex captivis est, communi consilio aliquot circa urbes conscisse fugam; suos prima vigilia perfectos. Credere, eandem in aliis urbibus solitudinem inventuros.[†] Dictis captivorum fides extitit: "desertis oppidis consul potitur.

35. Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit. Cum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. Ibi ira vires æquavit. Prælium varium et anceps fuit:

⁸ Quæ a captivis relata fuerant, vera inventa sunt.



Forentium.—* Sic tacite Rupert. et Stroth. Al. et rec.—8 Id, sublata distinctione post urbe, del. Gronov. Donjat. Crevier.

NOTÆ

⁵ *Strage rerum*] Strages hic minus usitato sensu dicitur, pro acervis rerum, quæ a fugientibus objectæ fuerant, aut ipsis exciderant, et quibus passim velut stratæ erant viæ.

[†] *Solitudinem inventuros*] Romanos.

tristius tamen eventu Romanis; et quia insueti erant vinci, et quia digredientes magis, quam in ipso certamine, senserunt, quantum in sua parte plus vulnerum ac cædis fuisset. Itaque is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset, insignis accepta clades foret. Tum quoque sollicita nox fuit jam invasurum castra Sannitem credentibus, aut prima luce cum victoribus conserendas manus. Minus cladis, ceterum non plus animorum, ad hostes erat.⁷ Ubi primum illuxit, abire sine certamine cupiunt. Sed via una, et ea ipsa præter hostes, erat: qua ingressi,⁹ præbuere speciem recta tendentium ad castra oppugnanda. Consul arma capere milites jubet, et sequi se extra vallum: legatis, tribunis, præfectis sociorum imperat, quod apud quemque facto opus est. Omnes affirmant, 'se quidem omnia facturos, sed militum jacere animos. Tota nocte inter vulnera et gemitus morientium vigilatum esse. Si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse, ut relicturi signa fuerint: nunc pudore a fuga contineri; alioquin pro victis esse.' Quæ ubi consul accepit, sibimet ipsi circumcundos alloquendosque milites ratus, ut ad quosque venerat, cunctantes arma capere increpabat; 'Quid cessarent tergiversarenturque? Hostem in castra venturum, nisi illi¹⁰ extra castra exissent, et pro tentoriis suis pugnatos, si pro vallo nollent. Armatis ac dimicantibus dubiam victoriam¹¹ esse.¹¹ Qui nudus atque inermis¹² hostem maneat,⁹ ei aut mortem, aut servitatem

^x Erat apud Sannites.

^y Expectet hostes.



⁹ Pro qua ingressi, in multis libris antt. quam i. quod et dat Crevier.—¹⁰ Vet. lib. apud Sigon. nisi ipsi.—¹¹ Emendat Sigon. dimicantibus haud dubiam

NOTE

¹¹ Armatis ac dimicantibus dubiam victoriam] Ex Gronovii sententia, quam ut probem res exigit, male contra omnia scripta exemplaria correxerat Sigonius, haud dubiam victoriam. Satis erat, eo præsertim rerum statu quem in Romano exercitu Li-

vius describit, si sperari victoria posset: neque poterat, tanquam haud dubia, affirmari. Itaque hoc tantum aiebat Atilius, satius esse pugnam capessere, quam inermes hostem expectare: ex pugna quippe spem victoriæ, licet non omnino certam, ex

patiendam.' Hæc jurganti increpantique respondebant: 'Confectos se pugna hesterna esse: nec virium quicquam, nec sanguinis superesse. Majorem multitudinem hostium apparere, quam pridie fuerit.' Inter hæc appropinquabat agmen; et, jam breviori intervallo certiora intuentes, valium secum portare Samnitum affirmant, nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint. Tunc, 'enimvero,' consul,¹³ 'indignum facinus esse,' vociferari, 'tantam contumeliam ignominiamque ab ignavissimo accipi hoste. Etiamne circumsedebimur,' inquit, 'in castris, ut fame potius per ignominiam, quam ferro, si necesse est, per virtutem, moriamur? Dii bene verterent, facerentque,¹⁴ quod se dignum quisque ducerent. Consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adversus hostes: casurumque inter signa Samnitium potius, quam circumvallari castra Romana videat.' Dicta consulis legati, tribunisque, et omnes turmae equitum, et centuriones primorum ordinum, approbavere. Tum pudore victus miles segniter arma capit, segniter e castris egreditur: longo agmine, nec continenti, mæsti ac prope victi procedunt adversus¹⁵ hostem, nec spe, nec animo certio-rem.¹⁶ ^x Itaque simul conspecta sunt



c. c. Vid. Not. Var.—12 Mss. Pall. *iners*.—13 Vett. edd. *Tunc vero consul*.—14 'Copula ineptam videtur reddere sententiam: *Dii bene verterent et facerent, quod quisque eorum, sc. Deorum, se dignum ducerent*. Legerem: *Dii bene verterent, facerent milites, quod cet.*' Duk. 'Recte, opinor, aut leg. quod *Dii bene verterent, facerent, quod cet.*' Drak.—15 *Versus Gronov. Donjat. all.*—16 'Vet. lib. *fortiorem*: egregie: nam de Romanis dixit, 'mæsti ac prope victi,' Sigou. Vid. Not. Var.

NOTÆ

inertia certam mortem aut captivitatem sequi.

Dubiam victoriam esse] Hoc est, posse sperari victoriam; sed ei, qui inermis hostem operiatur, certam mortem aut servitutem esse expectandam. Sic optime Gronovius. *J. Clericus*.

^x *Hostem, nec spe, nec animo certio-rem*] Hic quoque sibi plaudit Sigo-

nus quod τὸ *certiorem* mutaverit in *fortiorem*: egregium hoc quidem si pro scholio sumatur: sed non Livianum, ut ex vetustis codicibus testatur Gronovius. *Certum* quidem pro firmo fortive accipi, probat Cæsaris ac Ciceronis auctoritate. Ille lib. vii. Bell. Gall. 'Generatimque distributi in civitates, omnia vada ac saltus ejus paludis certis custodiis obtine-

Romana signa, extemplo a primo Samnitium agmine ad novissimum fremitus perfertur, 'Exire, id quod timuerint, ad impediendum iter Romanos. Nullam inde ne fugæ quidem patere viam. Illo loco aut cadendum esse, aut, stratis hostibus, per corpora eorum evadendum.'

36. In medio¹⁷ sarcinas conjiciunt; armati suis quisque ordinibus instruunt aciem. Jam exiguum inter duas acies erat spatium, et stabant expectantes, dum ab hostibus prius impetus, prius clamor inciperet. Neutris animus est ad pugnandum. Diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent. Sua sponte inter invitos tergiversantesque segnis pugna, clamore incerto atque impari, cœpit: nec vestigio quisquam movebatur. Tum consul Romanus, ut rem excitaret,² equitum paucas turmas extra ordinem immisit: quorum cum plerique delapsi ex equis essent, et alii turbati; et ab Samnitium acie ad opprimendos eos, qui ceciderant, et ad suos tuendos ab Romanis procursum est. Inde paululum irritata pugna est; sed aliquanto et impigre magis, et plures procurrerant¹⁸ Samnites, et turbatus eques sua ipse subsidia³ territis equis proculcavit. Hinc fuga cœpta totam avertit aciem Romanam. Jamque in terga fugientium Samnites pugnabant, cum consul, equo prævectus ad portam castrorum, ac statione equitum ibi opposita, edictoque, 'ut, quicumque ad vallum tenderet,¹⁹ sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro hoste haberent;' hæc ipsa minitans, obstitit profuse tendentibus suis in castra. 'Quo pergis,' inquit, 'miles? et hic arma et viros invenies; nec, vivo consule tuo, nisi victor castra intrabis. Proinde elige, cum cive, an hoste, pugnare malis.' Hæc dicente consule, equites infestis cus-

² Quo accenderet pugnam.



¹⁷ In medium ex monitu Jac. Gronov. legit Kreyszigius.—¹⁸ Vet. lib. apud Sigon. *procurrerunt*.—¹⁹ *Pergeret* Gronov. Doujat. Crevier. all.—

NOTÆ

bant.' Hic lib. x. ad Att. Ep. 11. crudelior.
 'Et quo ille me certiozem vult esse, ³ Sua ipse subsidia] Eos qui pro-
 eo magis timeo, ne in eum existam currerant ad ferendam ipsis opem.

pidibus circumfunduntur, ac peditem in pugnam redire jubent. Non virtus solum consulem, sed fors etiam adjuvit; quod non institerunt Samnites, spatiumque circumagendi signa vertendique aciem a castris in hostem fuit. Tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inferre; et ostendere suis, paucos et ordinibus incompositis effuse venire hostes. Inter hæc consul, manus ad cœlum attollens, voce clara, ita ut exaudiretur, templum Jovi Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies, redintegratoque prælio cecidisset vicissetque legiones Samnitium. Omnes undique annisi ad restituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumque vis: numen etiam Deorum respexisse nomen Romanum visum. Adeo facile inclinata res, repulsique a castris hostes; mox etiam redacti ad eum locum, in quo commissa pugna erat. Ibi, objacente sarcinarum cumulo, quas conjecerant in medium, hæserè impediti: deinde, ne diriperentur res, orbem armatorum sarcinis²⁰ circumdant. Tum vero eos a fronte urgere pedites, ab tergo circumvecti equites. Ita in medio cæsi captique. Captivorum numerus fuit septem millium ac ducentorum,¹ qui omnes nudi sub jugum missi. Cæsos retulere ad quatuor millia octingentos. Ne Romanis quidem læta victoria fuit. Recensente consule biduo acceptam cladem, amissorum militum numerus relatus septem millium ac ducentorum.² Dum hæc in Apulia gerebantur,² altero exercitu Samnites Interamnam, coloniam Romanam, quæ via Latina est,^a occupare conati, urbem non tenuerunt: agros depopulati cum prædam aliam



20 'Vox sarcinis, quæ modo præcessit, forte delenda, et e marg. irrepsit.' Rupert.—1 Gronov. Doujat. Crevier. all. *trecentorum*.—2 *Septem millia tre-*

NOTÆ

² *Dum hæc in Apulia gerebantur*] Luceria enim, ad quam et ob quam pugnatum, in Apulia Daunia, ut ante diximus.

^a *Interamnam, col. Rom. quæ via Latina est*] Hæc Interamna, sive Inter-

anniom, ad Lirim fluvium fuit, ubi nunc *l'Isola*, Cluv. at Holstenio, ubi *Torre di Ternine*, haud procul Aquino, e regione oppidi *Ponte Corvo*, olim in Volscis, nunc in Terra Laboris et regno Neapolitano.

inde mixtam hominum atque pecudum colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem, ab Luceria redeuntem: nec prædam solum amittunt, sed ipsi longo atque impedito agmine incompositi cæduntur. Consul, Interannam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis,³ et exercitu ibi relicto, comitiorum causa Romam est profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos, et ob amissa tot millia militum, et quod captivos sine⁴ pactione sub jugum misisset.

37. Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, in⁵ Etruriam traducto exercitu, primum pervastaverat Volsiniensem agrum: ^b dein⁶ cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat. Duo millia octingenti⁷ Etruscorum cæsi: ceteros propinquitatis urbis tutata est. In Rusellanum agrum exercitus traductus. Ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum, minus duo millia circa muros cæsa. Pax tamen clarior majorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat, parta est. Tres validissimæ urbes, Etruriæ capita, Volsinii, Perugia, Arretium, pacem petiere; et, vestimentis militum frumentoque^c pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos impetraverunt. Mulcta præsens quingentum millium æris^d in singulas ci-

centi iid.—3 Conj. Duk. *erocatis*.—4 ‘Vox sine perperam omissa in edd. Ernest. 1. et Stroth.’ *Rupert.* ‘Tò sine, quod nescio qua ratione in ed. Strothii omissum est, revocavi: apparet enim hæc præpositio in ed. Drak. ubi ne verbo quidem de lectionis varietate monitum est, et ceteris, quas inspexi, editionibus; nec illa salvo sensu abesse potest. Quodsi enim captivi *pactione* sub jugum missi fuissent, haud in reprehensionem incurrisset consul Romanus.’ *Doering.*

5 Præpositio *in* abest a multis optimisque Mss.—6 *Deinde* Gronov. Dou-

NOTÆ

^b *Volsiniensem agrum*] De Volsiniensibus, Rosellanis, Perugia, et Arretio dictum supra.

^c *Vestimentis militum frumentoque*] Supple, dato, vel promisso.

^d *Mulcta præsens quingentum mil-*

lium æris] Harum trium civitatum mulcta, statim numeranda, hodierna apud nos æstimatione circa trecenta viginti quinque millia librar. Francicarum efficeret.

Quingentum millium æris] Hoc est,

vitates imposita.⁸ Ob hasce res gestas consul cum triumphum ab senatu, moris magis causa, quam spe impetrandi, petisset, videretque alios, quod tardius ab Urbe exisset, alios, quod injussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos, partim collegæ amicos, ad solatium æquatæ repulsæ sibi quoque negare triumphum: ‘Non ita,’ inquit, ‘Patres conscripti, vestræ majestatis meminero, ut me consulem esse obliviscar. Eodem jure imperii, quo bella gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria subactis, victoria et pace parta, triumphabo.’ Ita senatum reliquit. Inde inter tribunos plebis contentio orta: pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet, aiebant; pars auxilio se adversus collegas triumphanti futuros. Jactata res ad populum est: vocatusque eo consul, cum M. Horatium, L. Valerium consules, C. Martium Rutilum nuper, patrem ejus, qui tunc censor esset, non ex auctoritate senatus, sed jussu populi triumphasse diceret, adjiciebat, ‘se quoque laturum fuisse ad populum,⁹ ni sciret, mancipia nobilium tribunos plebis legem impedituros: voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus jussis esse ac futura.’¹⁰ Posteroque die auxilio tribunorum plebis trium, adversus intercessionem septem tribunorum et consensum senatus, celebrante populo diem, triumphavit.^e Et hujus anni parum constans memoria est. Postonium, auctor est Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam compulsus: ab Atilio in Etruria res gestas, eumque triumphasse. Fabius, ambo¹¹

//////////

jat. Crevier.—7 CC. Gronov. Crevier. all.—8 Tres Pall. et duo Voss. et Helm. *æris singulis civitatibus imposita*.—9 ‘*Id ante ad populum supplendum, vel excidit.*’ *Rupert.*—10 *Futuram* Gronov. Doujat. Crevier. all.—11 Al.

NOTÆ

ex calculo Gronoviano, monetæ Hollandicæ florenos 37500.

^e *Celebrante populo diem, triumphavit*] Exemplum habes triumphati acti invito senatu, et intercedente majori parte tribunorum plebis, quod sane

contra leges triumphati; eum enim honorem et a senatu decerni, et populi suffragiis confirmari oportebat; ita ut nemo ex collegio tribunorum intercederet.

consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse, scribit, tractumque in Etruriam exercitum, (sed ab utro consule non adjecit,) et ad Luceriam utrimque multos occisos: inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat,^f sed fanum tantum, id est, locus,^g templo effatus, sacratus fuerat.¹² Ceterum, hoc demum anno ut ædem etiam fieri senatus juberet, bis ejusdem voti damnata re publica, in religionem¹³ venit.^a

38. Sequitur hunc annum et consul insignis L. Papirius Cursor,^{*} qua paterna gloria, qua sua, et bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papirium patrem consulis,¹⁴^h pepererat: et forte

^a *Visum est ad religionem pertinere, ut senatus jussu templum concreteret Jovi Statori, quandoquidem jam bis resp. id obtinuerat cujus causa conceptum fuerat hoc votum, voto ei nuncupato servata erat.*

//////////

ambos.—12 ^c *Sed fanum tantum, id est locus templo effatus, sacratus (al. jam sacratus) fuerat. Totum hoc id est . . . sacratus glossæ speciem habere, saltē sacratus esse glossema τὸν effatus, non male suspicabatur Stroth. Forte etiam leg. Hanc Romulus ante voverat: sed fanum tantum . . . fuerat hactenus. Hoc demum anno cet. Facile ut ex ἡc (h. e. hanc) et ceterum ex hactenus oriri potuit. Rupert. Vid. Not. inf.—13 Ita emendavit J. F. Gronov. pro respublica in r.*

NOTÆ

^f *Ut Romulus ante voverat*] Vide l. 1, cap. 12.

^g *Fanum tantum, id est, locus*] Vides quid distet fanum proprie dictum a templo. Fanum ait locum esse templo ædificando effatum, id est, destinatum. Templum autem ædes est jam constructa et consecrata: quantum fanum latiori significatione plerumque pro æde sacra sumatur. Apud Becharium est, *fanum tantum, id est locus templo jam sacratus, effatus fuerat, inverso ordine, sensu nihil mutato. In Ms. uno Colb. prætermissis adverbio jam, et nomine fanum, sic legitur: Ut Romulus ante voverat. Sed tantum idem locus templo effatus sacratus fuerat. Iisdemque verbis scripta hæc sententia in Memm. qui antiqui-*

or: nisi quod hic pro *tm̄*, habet *tn̄*: ita ut ambiguum videatur legendumne sit *tantum*, an *tamen*.

^{*} A. U. C. 460.

^h *L. Papirium patrem consulis*] Editiones complures *patrem consulem* habent: quidam Mss. *patrem consul*: sed perperam. Certe in Memmiano extat diserte, *præter L. Papirium patrem consulis*: et quamvis verum sit sæpe Samnites et ab aliis consulibus, et ab ipso L. Papirio patre, cum consuli esset, victos fuisse; tamen victoria illa, quam indicat Livius, et quæ præ ceteris, ob hostium arma auro argenteoque insignia, illustris fuit, parta est ab eodem in dictatura, quam gessit an. 444.

eodem conatu apparatuque omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant; et Deorum etiam adhibuerant opes, ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus, delectu per omne Samnium habito nova lege: ut, qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi sacratum esset.¹⁵ ⁱ Tum exercitus omnis Aquiloniam est indictus.^k Ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt. Ibi mediis fere castris locus est conseptus cratibus pluteisque, et linteis contactus,^b patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes. Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum,^c sacerdote Ovio Pactio quodam, homine magno natu, qui se id sacrum petere affirmabat ex vetusta Samnitium religione; qua quondam usi majores eorum fuissent, cum adimendæ Etruscis Capuæ clandestinum cepissent consilium. Sacrificio perfecto, per viatorem imperator acciri jubebat nobilissimum quemque genere factisque. Singuli introducebantur. Erat cum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco circa omni contacto aræ¹⁶ in medio,^d victimæque circa cæsæ, et circumstantes centuriones strictis gladiis. Admovebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps: adigebaturque jure jurando, quæ visa

^b Locum in medio castrorum viminibus textis ac tabulis circumvallarunt, lineaque tela velarunt.

^c *Eo in loco, ex præscripto vetusti libri linteï qui lectus est, factum sacrificium est.*

^d *Erant etiam aræ in medio septi loco, qui totus circum undique opertus.*



14 Vid. Not. inf.—15 Vett. edd. *sacratum erat*.—16 *Forse ara, ex Festo.*

NOTÆ

Caput Jovi sacratum esset] Supplicium devotum, ut ante explicui.

Caput Jovi sacratum erat] Ut impune occidere liceret. Vide ad l. 11. c. 8. *J. Clericus*.

^k *Aquiloniam est indictus*] Hirpinorum olim urbs fuit Aquilonia, quæ Cluverio et Brietio creditur esse nunc

Carbonara: sed Holstenio facile accedo, qui *la Cedogna* omnino esse vult; in cujus nomine vestigia satis perspicua manent prioris appellationis. Et *Carbonara* vicus est, *Laquedonia* civitas Episcopalis: utraque in Principatu ulteriori, regnoque Neapolitano, non procul Aufido fl.

auditaque in eo loco essent, non enuntiaturum. Dein jurare cogebatur diro quodam carmine, in execrationem capitis familiæque et stirpis composito, nisi isset in prælium, quo imperatores duxissent; et si aut ipse ex acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. Id primo quidam abnuentes juraturos se, obtruncati circa altaria sunt: jacentes deinde inter stragem victimarum documento ceteris fuere, ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum,¹⁷ ut vir virum legerent, donec sexdecim millium numerum confecissent. Ea legio linteata¹ ab integumento consepti,^m quo sacra nobilitas erat, appellata est. His arma insignia data, et cristatæ galeæ, ut inter ceteros emerent. Paulo plus viginti millium alius exercitus fuit, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni dispar. Hic hominum numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniam consedit.

39. Consules profecti ab Urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius, superioris anni consul, in agro Interamnati reliquerat, decretæ erant, cum eis in Samnium profectus, dum hostes, operati superstitionibus, concilia secreta agunt, Amiternum oppidumⁿ de Samnitibus vi cepit. Cæsa ibi millia hominum duo ferme atque

Rupert.—17 Vet. lib. apud Sigon. eis edictum.

NOTÆ

¹ *Legio linteata*] Nisi aliam rationem hujus vocabuli Livius ipse redderet, facile in eorum sententiam irem, qui a linteis loriceis linteatæ legionis nomen deducunt; certum enim est ejusmodi thoracum in bello usum apud Veteres fuisse: sed Livio credendum est, et Festo, qui affirmant legionem Samnitium linteatam appellatam, quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circumdatam non cessuros se Romano militi juraverant.

^m *Ab integumento consepti*] Conseptum idem significat quod septum, a

sepiendo deductum: eaque voce præter Livium usi sunt Varro et Columella, ut Sigon. notat.

ⁿ *Amiternum oppidum*] Fuit Amiternum Sabinorum oppidum in Vestinorum confinio, non procul Aterni fluminis fontibus; qui vulgo *Pescara*. Urbis ruinæ ac nomen visuntur juxta oppidulum *S. Vittorino*, 5. circiter miliaribus ab Aquila urbe regni Neap. in Aprutio. Amiternum porro, licet in Sabinorum regione, hoc tempore Samnitibus parebat, ut et alia finitumorum populorum loca.

octingenti: capta quatuor millia ducenti septuaginta. Papius, novo exercitu (ita decretum erat)¹⁸ scripto, Duroniam urbem expugnavit.^o Minus, quam collega, cepit hominum, plus aliquanto occidit. Præda opulenta utrobique est parta. Inde pervagati Samnium consules, maxime depulato Atinate¹⁹ agro,^p Carvilius ad Cominium,^q Papius ad Aquiloniam²⁰ (ubi summa rei Samnitium erat) pervenit. Ibi aliquamdiu nec cessatum ab armis est, neque naviter^r pugnatum: lacessendo quietos, resistentibus cedendo, comminandoque magis, quam inferendo pugnam, dies absumebatur. Quod cum inciperetur remittereturque, omnium rerum etiam parvarum eventus proferebatur in dies. Altera Romana castra viginti millium spatio aberant; et absentis collegæ consilia omnibus gerendis intererant rebus: intentiorque Carvilius, quo majore discrimine res vertebatur, in Aquiloniam, quam ad Cominium, quod obsidebat, erat. L. Papius, jam per omnia ad dimicandum satis

18 Ita decretum fuerat. Vet. lib. ita enim decretum fuerat.—19 *Atinate* legebat Cluver.—20 ^r Vocula ad abest a Flor. Rott. Helm. Voss. Itaque pater ad marginem notavit, vel *Aquiloniæ* consedit, vel *Aquiloniam* concedit.^r Jac.

NOTÆ

^o *Duroniam urbem expugnavit*] Nisi mendum sit, et legendum *Furconia*, quod est Sabinorum, in Vestinorum Marsorumque confiniis, oppidum, non procul Amiterno, quis locus ab Auctore significetur, divinare non possum. Potuit facile in Samnitum ditione, non secus ac vicinum Amiternum, esse *Furconia*, sive *Furconium*, cujus hodie rudera *Forconio* vocantur, ad dextram Aterni ripam, ex adverso Aquilæ, quæ tribus inde milliaribus abest. Holstenius notat, ab Ecclesia Sancti Felicis martyris, quæ in ruinis ejus civitatis extat, loco nomen esse *S. Feli*.

^p *Atinate agro*] Ab urbe Volscorum Atina, quæ adhuc nomen servat, ager hic nomen, opinor, accepit potius quam ab *Atino* oppido Lucaniæ, quod nunc *Ateno*, media syllaba cor-

repta, in dextra Tanagrii fl. ripa; Samnites quippe Volscorum non pauca tenerunt loca, Lucanorum non item, Romanis vim Samnitum in Lucanos arcentibus.

^q *Carvilius ad Cominium*] Livio ipso teste patet Cominium viginti tantum millium spatio abfuisse ab Aquilonia: ex quo sequitur, aut in Samnii orientalis finibus, aut in Hirpinorum regione illud fuisse. Non itaque potest (nisi forte in numero milliarium scribendo error intervenerit) ei respondere locus, quem hodie *Comino* dici ait Scipio Mazella, inter Atinam, Soram, et Lacum Fucinum: id est, in Volscorum, et Samnitum occidentali, ac Sidicinorum confinio; inter hæc enim et Laquedoniam interjacet tota Campania.

paratus,² nuntium ad collegam mittit; ‘sibi in animo esse, postero die, si per auspicia liceret, configere cum hoste. Opus esse, et illum, quanta maxima vi posset, Cominium oppugnare, ne quid laxamenti sit Samnitibus ad subsidia Aquiloniam mittenda.’ Diem ad proficiscendum nuntius habuit: nocte rediit, approbare collegam consulta referens. Papirius, nuntio misso, extemplo concionem habuit; multa de universo genere belli, multa de præsentis hostium apparatu, vana magis specie,³ quam efficaci ad eventum, disseruit. ‘Non enim cristas vulnera facere; et per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum; et candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur, cruentari. Auream oim atque argenteam Samnitium aciem a parente suo occisione occisam; spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma, fuisse. Datum hoc forsani nomini⁴ familiarique suæ, ut adversus maximos conatus Samnitium opponerentur duces; spoliaque ea referrent, quæ insignia publicis etiam locis decorandis essent. Deos immortales adesse propter toties petita fœdera, toties rupta: tum, si qua conjectura mentis divinæ sit, nulli unquam exercitui fuisse infestiores, quam qui, nefando sacro mixta hominum pecudumque cæde respersus, ancipiti Deum iræ devotus,^e hiuc fœderum cum Romanis ictorum testes Deos, hinc juris jurandi adversus fœdera suscepti execrationes horrens, invitus juraverit, oderit sacramentum, uno tempore Deos, cives, hostes metuat.’^r

40. Hæc, comperta perfugarum indicium, cum apud infensos jam sua sponte milites disseruisset, simul divinæ

^e Numinum ultioni obnoxius, quam duplici ex causa meruerit.



Gronov.—1 Al. graviter.—2 Jam omnia ad dimicandum s. p. emend. Jac. Gronov. ad XXI. 30.—3 ‘De præsentis hostium apparatus vana magis specie conj. Gron. Sed vana magis specie q. e. ad e. per appositionem dicta.’ Duk.—4 Vett. edd. Datum hoc nomini.

NOTÆ

^r Uno tempore Deos, cives, hostes metuat] Deos ob rupta fœdera, et execrandum juramentum; cives, festim occisuros quemcumque suorum fugientem vidissent; hostes, Romanos scilicet, quod ab his toties victi essent.

humanæque spei pleni, clamore consentienti pugnam poscunt: pœnitet in posterum diem dilatatum certamen; moram diei noctisque oderunt. Tertia vigilia noctis, jam relatis literis a collega, Papirius silentio surgit, et pullarium in auspiciam mittit. Nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnae: summi infimique æque intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem spectabat. Is ardor omnium etiam ad eos, qui auspicio intererant, pervenit. Nam, cum pulli non pascerentur, pullarius, auspiciam mentiri ausus, tripudium solistimum⁵ consuli nuntiavit. Consul lætus auspiciam egregiam esse, et Deis auctoribus rem gesturos, pronuntiat; signumque pugnae proponit. Exeunti jam forte in aciem⁵ nuntiat perfuga, viginti cohortes Samnitium (quadringenariae ferme erant)^f Cominium profectas. Quod ne ignoraret collega, extemplo nuntium mittit: ipse signa ocyus proferri jubet, subsidiisque suis quæque locis et præfectos subsidiis attribuerat. Dextro cornu L. Voluminium, sinistro L. Scipionem, equitibus legatos alios, Caius Cædicium et Trebonium,⁶ præfecit. Sp. Nautium mulos, detractis clitellis, cum cohortibus

f Cohortes erant hominum unaquaque circiter quadringentorum.



5 Vett. edd. jam in aciem.—6 Vet. lib. ap. Sigon. C. Cadiciam, et C. Tre-

NOTE

⁵ *Tripudium solistimum*] Dicitur voluit *tripudium* quasi *terri-pavium*, quod, cum pulli pascuntur offa, necesse esset aliquid terram pavire, seu cadendo ferire. Sed cum *solistimum* ex eo quoque dicatur quod offa, ejusve pars, ex ore pulli decidens, solum tundat, (adjectivo nomine desumpto a solo, ut a lege legitimum deducimus,) sequetur, utraque origine accepta, bis idem dici. *Tripudium* itaque, a terra pedibus calcanda derivatum, existimem hoc loco dici respectu habito ad motum salientium e cavea pullorum, et quodammodo tripudiantium. *Solistimum* a soli per-

cussione aut sparsione. Vide quæ hic Marcellus Donatus notat.

Tripudium solistimum] Cicero de Divin. l. II. c. 34. 'Cum pascuntur (pulli), necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire: terri pavium primo, post terripudium dictum est, hoc quidem jam tripudium dicitur. Cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiant.' Vide et Festum in 'solistimum.' Non dubito quin sæpe ita decepti et duces et milites, ut fuit Papirius, egregias victorias retulerint, quia animosius pugnarunt. *J. Clericus.*

tibus alariis^{7†} in tumulum conspectum propere circumducere jubet, atque inde inter ipsam dimicationem, quanto maxime posset, moto pulvere ostendere. Dum his intentus imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei, exauditaque ab equitibus Romanis; qui, rem haud spernendam rati, Sp. Papirio fratris filio consulis, ambigi de auspicio, renuntiaverunt. Juvenis, ante doctrinam Deos spernentem natus,[‡] rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad consulem, detulit. Cui ille: 'Tu quidem macte virtute diligentiaque esto: ceterum qui auspicio adest, si quid falsi nuntiat,[‡] in semet ipsum religionem recipit. Mihi quidem tripudium nuntiatum populo Romano exercituique egregium auspiciū est.'⁴ Centurionibus deinde imperavit, ut pullarios inter prima signa constituerent. Promovent et Samnites signa; insequitur acies ornata armataque,^u ut hostium quoque magnificum

[‡] Hoc scilicet tempore natus, quo nondum didicerant homines despiciere res divinas.

⁴ Suscipit in se periculum contentæ religionis. Lætus pullorum tripudiantium pastus mihi renuntiatus præclari auspicii loco est, quod attinet ad populum atque exercitum Romanum.



bonium.—7 Alaribus Gronov. Doujat. Crevier.

NOTÆ

[†] Cohortibus alariis] Equitum ordines alæ dicuntur exercitus, quod circum legiones, dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locentur, ut A. Gell. ex Cincio refert lib. xvi. cap. 4. sub finem. Posset et alia hujus nominis ratio afferri, quod scilicet in equitatu posita sit totius exercitus celeritas, quemadmodum velocitas avium ex alis earum pendet. Hoc tamen loco vereor ne alares cohortes sint pedites sociorum, qui ad latera legionum Romanarum collocari solebant: enimvero cohortium nomen peditatui convenit, ut turmarum equitatu.

[‡] Ante doctrinam Deos spernentem, natus] Æqualis quidem horum temporum fuit Epicurus, sed nondum in

Italiam illata fuerat hæc doctrina. J. Clericus.

[‡] Si quid falsi nuntiat] Sic religionem in rem suam eludebant homines callidi; licet enim mentitus esset pullarius, ejus mendacio mentem Deorum mutatam credere vix ac ne vix quidem poterat. Sed Papirium astutum fuisse liquet, ex morte pullarii, quem telo quasi forte emisso occidi sine dubio curavit, ne animos militum turbaret; quod tamen non sine numine Deorum factum finxit. Vide c. 42. Idem.

^u Acies ornata armataque] Ornatam Glareanus intelligit, phalangem illam linteatam sexdecim millium Samnitium: armatæ autem nomine reliquum exercitum paulo plus viginti

spectaculum esset. Priusquam clamor tolleretur, concurrereturque, emisso temere pilo^x ictus pullarius ante signa cecidit. Quod ubi consuli nuntiatum est, 'Dii in prælio sunt,' inquit; 'habet poenam noxium caput.' Ante consulem hæc dicentem corvus voce clara occinuit. Quo lætus augurio consul, affirmans nunquam humanis rebus magis præsentibus interfuisse Deos, signa canere, et clamorem tolli jussit.

41. Prælium commissum atrox, ceterum longe disparibus animis. Romanos ira, spes, ardor certaminis, avidos hostium sanguinis in prælium rapit: Samnitium magnam partem necessitas ac religio invitos magis resistere, quam inferre pugnam, cogit. Nec sustinuisent primum clamorem atque impetum Romanorum, per aliquot jam annos vinci assueti, ni potentior alius metus insidens pectoribus a fuga retineret. Quippe in oculis erat omnis ille occulti paratus⁸ sacri,⁹ et armati sacerdotes,⁹ et promiscua hominum pecudumque strages, et respersæ fando nefandoque sanguine^y aræ, et dira execratio, ac furiale carmen,^z detestandæ familiæ stirpique compositum. His vinculis fugæ obstricti stabant,^k civem magis, quam hostem, timentes. Instare Romanus a cornu utroque, a media acie, et cædere Deorum hominumque attonitos metu. Repugnatur segniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fuga. Jam

ⁱ Apparatus sacrificii occulte celebrati.

^k Constricti his rebus, quæ velut catenæ fugam prohibebant.



⁸ Apparatus codd. nonnulli.—9 'Forte centuriones, ut c. 38. nisi ibi leg.

NOTÆ

millium. At ego utroque nomine universas indicari Samnitium copias arbitror. Nam nec linteata legio inermis erat; nec alius exercitus apparatu dispar linteatæ legioni, ut Auctor ipse testatur extremo cap. 38.

^x *Emissio temere pilo*] Forte non ita temere, sed jussu ipsius imperatoris; nam pilum proprium Romanorum telum erat; ut appareat mendacem

hunc pullarium a suis, non ab hostibus, interfectum fuisse, et non sine causa videtur imperasse ante prælium centurionibus Papius, ut pullarios inter prima signa constituerent.

^y *Fando nefandoque sanguine*] Indicat fustum permixtumque cruorem, hinc victimarum, inde hominum cæsorum.

^z *Furiale carmen*] De quo cap. 38.

prope ad signa cædes pervenerat, cum ex transverso pulvis, velut ingentis agminis incessu motus, apparuit. Sp. Nautius (Octavium Metium quidam eum tradunt) dux alaribus cohortibus erat. Pulverem majorem, quam pro numero, excitabant: insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant: arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant: ^a post altior densiorque pulvis equitum speciem cogentium agmen dabat. Fefellitque non Samnites modo, sed etiam Romanos: et consul affirmavit errorem,^l clamitans inter prima signa, ita ut vox etiam ad hostes accideret,^{m 10} 'captum Cominium, victorem collegam adesse; anniterentur vincere prius, quam gloria alterius exercitus fieret.' Hæc insidens equo. Inde tribunis centurionibusque imperat, ut viam¹¹ equitibus patefaciant. Ipse Trebonio Cædicioque prædixerat, ut, ubi se cuspidem erectam quatientem vidissent, quanta maxima vi possent, concitarent equites in hostem. Ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt. Panduntur inter ordines viæ: provolat eques, atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit; perrumpitque ordines, quacumque impetum dedit. Instant Volumnius et Scipio, et percussos sternunt. Tum, jam Deorum hominumque victa vi,^b funduntur linteatæ cohortes: pariter jurati injuratique fugiunt, nec quenquam, præter hostes, metuunt. Peditum agmen,¹² quod superfuit pugnae, in castra ad Aquiloniam compulsus est. Nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt: equites eques sequitur, peditem pedes: ac diversa cornua, dextrum ad castra Samnitium, lævum ad urbem tendit. Prior aliquanto Volumnius castra cepit: ad urbem Scipioni majore resis-

^l *Falsam opinionem confirmavit consul tanquam veram.*

^m *Perveniret usque ad hostes.*



circumstantes sacerdotes strictis gladiis. Rupert.—10 *Al. accederet.*—11 *Vias*

NOTE

^a *In primo apparebant*] Id est, in randi religione, quæ linteatos continebat: vim autem hominum, robar

^b *Deorum hominumque victa vi*] omnium Samnitium.

Vim Deorum ait metum ex jureju-

titur vi; non quia plus animi victis est,¹³ sed melius muri, quam vallum, armatos arcent. Inde lapidibus propulsant hostem. Scipio, nisi in primo pavore, priusquam colligerentur animi, transacta res esset, lentiolem fore munitæ urbis oppugnationem ratus, interrogat milites, 'Satin' æquo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse: se victores pelli a portis urbis?' Reclamantibus universis, primus ipse, scuto super caput elato, pergît ad portam: secuti alii, testudine facta, in urbem perrumpunt: deturbatisque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupare. Penetrare in¹⁴ interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent.

42. Hæc primo ignorare consul, et intentus recipiendo exercitui esse: jam enim præceps in occasum sol erat, et appetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat. Progressus longius ab dextra castra capta videt: ab læva clamorem in urbe^c mixtum pugnantium ac paventium fremitu esse. Et tum forte certamen ad portam erat. Advectus deinde equo propius, ut suos in muris videt, nec jam integri quicquam esse,ⁿ quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occasio esset, acciri, quas receperat, copias, signaque in urbem inferri jussit. Ingressi proxima ex parte,¹⁵ quia nox appropinquabat, quieverere. Nocte oppidum ab hostibus desertum est. Cæsa illo die ad Aquiloniam Samnitium millia triginta trecenti quadraginta: capta tria millia octingenti et septuaginta: signa militaria nonaginta septem. Ceterum illud memoriæ traditur, non ferme alium ducem lætiores in acie visum, seu suoapte ingenio, seu fiducia bene gerundæ rei. Ab eodem robore animi ne-

ⁿ *Et rem non esse amplius in integro.*

Gronov. Crevier. all.—12 *Agmen deleri malit J. F. Gronov.*—13 *Esset Gronov. Doujat. Crevier.*—14 *In del. iid.*

15 ^c *Video olim suspecta patri meo fuisse hæc verba: ascripsitque, proxima portæ. Sed legendum: ingressi proxima, ea parte, quia nox appropinquauit.*

NOTE

^c *In urbe] Aquilonia.*

que controverso auspicio ° revocari a prælio potuit; et in ipso discrimine, quo templa Diis immortalibus voveri mos erat, voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum¹⁶ mulsi^d prius, quam temetum biberet, sese facturum. Id votum Diis cordi fuit: et auspicia in bonum verterunt.

43. Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res. Prima luce, ad mœnia omnibus copiis admotis, corona cinxit urbem; subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis opposuit. Jam signum dantem eum nuntius a collega trepidus de viginti cohortium adventu et ab impetu moratus est, et partem copiarum revocare instructam intentamque ad oppugnandum cœgit. D. Brutum Scævam legatum cum legione prima et decem cohortibus alariis¹⁷ equitatuque^e ire adversus subsidium hostium jussit: quocumque in loco fuisset obvius,^f obsisteret ac moraretur; manumque, si forte ita res posceret, conferret: modo ne ad Cominium cœ copiarum admoveri possent. Ipse scalas ferri ad muros ab omni parte urbis jussit, ac testudine ad portas successit. Simul et refringebantur portæ, et vis undique in muros fiebat. Samnites, sicut, antequam in muris viderent armatos, satis animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hostes; ita, postquam jam non ex intervallo nec missilibus, sed cœminus gerebatur res, et, qui ægre succes-

° *Ob auspiciū dubium.*



bat, quievēre. Jac. Gronov.—16 Conj. Rupert. *pocillo.*

NOTE

^d *Pocillum mulsi*] Alias *pauillum mulsi*, eodem sensu. Quid enim aliud pocillum, quam exiguum poculum? Sed num potius *pocillo facturum*, supple, *sacra Jovi Victori*.

Pocillum mulsi] Jocularē votum hominis, cujus animus inani religione præpeditus fuisse non videtur. Attamen Livius hoc in serium vertit. Vide ad c. 40. *J. Clericus*.

^e *Et decem [viginti] cohortibus ala-*

riis [alaribus] equitatuque] Quidam habent, *et decem cohortibus alariis, equitatuque*. Et sane *alarii* Tacito sæpe dicuntur, qui alibi *alares*. Hinc autem apparet cohortes alares peditum fuisse, nihilque hic quidem habere cum equitatu commune, qui ab illis perspicue distinguitur.

^f *Fuisset obvius*] Brutus scilicet legatus cohortibus Samnitium adversus Carviliū missis.

serant^g ex plano in muros, loco, quem magis timuerant, victo, facile in hostem imparem ex æquo pugnabant; relictis turribus murisque, in forum omnes compulsi, paulisper inde tentaverunt extremam pugnae fortunam. Deinde, abjectis armis, ad undecim¹⁸ millia hominum et quadringenti in fidem consulis venerunt. Cæsa ad quatuor millia trecenti octoginta. Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res. Inde medio inter duas urbes spatio, ubi tertia expectata erat pugna, hostes non inventi. Septem millia passuum cum abessent a Cominio, revocati ab suis neutri prælio occurrerunt. Primis ferme tenebris cum in conspectu jam castra, jam Aquiloniam habuissent, clamor eos utrimque par accidens sustinuit:^p 19 deinde e regione castrorum, quæ incensa ab Romanis erant, flamma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit.²⁰ Eo ipso loco prope temere¹ sub armis^h strati passim inquietum omne tempus noctis, expectando timendoque lucem, egere. Prima luce, incerti quam in partem intenderent² iter,ⁱ repente in fugam consternantur, conspecti ab equitibus;³ qui, egressos nocte ab oppido Samnites persecuti, viderant multitudinem, non

^p *Eos suspensos tenuit clamor, qui æqualis ab utraque parte ad illos ferebatur.*

//////////

17 Al. et viginti c. alaribus.—18 Ad quindecim Gronov. Doujat. Crevier. all. Mox m. octingenti octoginta Kreyssigius.—19 Flor. tenuit.—20 ‘Duo Voss. et Thuan. flammæ late fusæ. Fortassis flammæ late fusæ, certius cladis indicium, progredi longius prohibuit.’ J. F. Gronov. Conj. Jac. Gronov. certiori cladis indicio, p. l. prohibiti.—1 Forte temere malchat J. F. Gronov.—2 Al.

NOTÆ

^g *Et, qui ægre successerant*] Repete ex superioribus, et postquam Romani, qui ægre, &c.

^h *Prope temere sub armis*] Gronovius, quia forte temere apud Terent. Ciceronem, Nostrum sæpius legerat, hic quoque suspicatur fuisse forte temere sub armis; quod tamen huic loco minus convenit, quam prope temere: vult enim Livius, has Samnitium cohortes non quidem omnino sine ullo

ordine, sed non adhibitis exacte custodiis militaribus, noctem ibi duxisse.

ⁱ *Quam in partem intenderent iter*] Alias tenderent iter, quod Latinum quidem est et Virgilianum; sed non ideo danandum intenderent. Est enim intendere idem quod dirigere: hoc autem Ciceroni usurpatum: ‘Cum iter ad Mutinam dirigerem.’

vallo, non stationibus firmatam. Conspecta et ex muris Aquiloniæ ea multitudo erat. Jamque etiam legionariæ cohortes sequebantur. Ceterum nec pedes fugientes persequi potuit; et ab equite novissimi agminis ducenti ferme et octoginta interfecti. Arma multa pavidi ac signa militaria duodeviginti reliquere. Alio agmine incolumi, ut ex tanta trepidatione,^{r 4} Bovianum perventum est.

44. Lætitiam utriusque exercitus Romani auxit et ab altera parte feliciter gesta res.^r Uterque ex alterius sententia consul captum oppidum diripiendum militi dedit; exhaustis deinde tectis ignem injecit: eodemque die Aquilonia et Cominium deflagravit. Et consules, cum gratulatione mutua legionum suaque, castra conjunxere. In conspectu duorum exercituum et Carvilius suos pro cuiusque merito laudavit donavitque; et Papirius, apud quem multiplex in acie, circa castra, circa urbem, fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium, fratris filium, et quatuor centuriones, manipulumque hastatorum, armillis aureisque coronis donavit: Nautium propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hostes: juvenem Papirium propter navatam cum equitatu et in prælio operam, et nocte, qua fugam infestam Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit: centuriones militesque, quia primi^s portam murumque Aquiloniæ ceperant. Equites omnes, ob insignem multis locis operam, corniculis armillisque^k

^r Reliqui, quantum ex tanto tumultu fieri potuit.

^r Crevit exercitus Papiriani gaudium, ex eo quod Carvilius quoque rem egrege gesserat, et vice versa.



tenderent.—3 Mallet Donjat. *conspectis equitibus*.—4 Vett. edd. *incolumi vix ex tanta t.*

NOTÆ

^k *Corniculis armillisque*] In quibusdam est, *coronis armillisque*. At *corniculi* nomen plura significat; sed in militia veteri duplex videtur ejus nominis usus fuisse: alterum pro minori cornu, quo milites officii sui admonebantur; alterum, pro militari præmio, quod forma exiguo cornui

simile, aut quod ut cornu eminebat. Quod ad primum attinet, corniculi significatio ex officio cornicularii colligenda est. Sigonius lib. II. de antiq. Jur. Provinc. c. 2. conjicit cornicularium tribuni militaris ministrum fuisse, præsertim ex Frontini l. III. ubi dicitur, ‘tanquam tribuni

argenteis donat. Consilium inde habitum; cum jam tempus esset deducendi ab Sannio exercitus, aut utriusque, aut certe alterius. Optimum visum, quo magis fractæ res Samnitium essent, eo pertinacius et infestius agere cetera et persequi; ut perdomitum Samnium insequentibus consilibus tradi posset. Quando jam nullus esset hostium

NOTÆ

cornicularius vigilias excitavit.' Quasi cornicularius vigilias, tribuni loco, circumierit, atque ejus imperia corniculo ediderit. Hinc cornicularii 'mereri corniculo' dicti sunt, ut a Suet. in lib. de Clar. Grammat. 'Orbilus primo apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo mernit.' At Turnebus l. v. Advers. c. 10. cornicularium dictum putat, quod corniculo tribuni militum præsit: nam 'ut in exercitu,' inquit, 'et acie dicitur cornu, ita in cohortibus tribunorum militum, corniculum; et forte in ordinibus centurionum.' A legionaria militia ad provinciale sub præsidibus, atque ad palatinam translatum deinde cornicularii, ut et commentariensis vocabulum, tradit Asconius, ex similitudine aliqua, ut videtur, muneris. Cujacius ad lib. 11. Cod. de prox. Sacror. Serin. 'Cornicularios,' ait, 'in imperio fuisse officiales qui aderant cornibus secretarii,' sive auditorii judicium, eamque laudat Cassiod. in rem 11. Variar. Alciatus in d. lib. 11. ait cornicularium accipi pro accenso primi scriniorum, vel principis proximorum. Idem, in titulum de cohortalibus et principum corniculariis, intelligit corniculariorum nomine adjutores principis custodiæ, vel officialis. Secundo loco sumitur corniculum pro militari præmio, quod quale sit nemo Veterum explicat. Marcellus Donatus, ex eo quod capitis tegumentum, quo Venetorum duces ornari solent, cornu

appellatur, vulgo *il corno*, existimat corniculum militare fuisse insigne: quo strenuorum militum caput honestarent Romani duces; illudque argenteum, vel aureum fuisse, cui inderentur plumæ: sententiamque suam confirmat ex iconibus galearum militarium, quæ sæpe pennis adornatæ visuntur. Sic in numismatibus argenteis Alexander Magnus capite galeato exhibetur adjectis cornibus; quo insigni eum gavisum constat, ut se Jovis Ammonis (cornuti scilicet Dei) filium indicaret. Unde et apud Syro-Macedonas *Δικέρωτος* nomine, et Chaldaice eodem sensu דלקרניס *dilkarnaim* appellabatur. Nonnulli hodie apud nos magistratus etiam superiores, ut et regii professores, inter insignia sua corniculum quoque numerant: id enim sonat quod vulgo vocamus, *La Cornette*. Id latioris fasciæ genus est, quo caput ita circumvolvebatur, ut in summo nodus instar duorum cornuum emerit; quamvis hodie hoc ornamentum e collo pendeat. An simile quid, an equestre vexillum minus, quod etiam *Cornette* apud nos dicitur, corniculi voce intelligendum sit, quod equitibus tunc præmii loco cesserit, subtilioribus discutendum, aut divinandum relinquo.

Corniculis] Ornamenta fuere militaria, seu essent cassidi imposita, seu aliunde suspenderentur, cornu similia. Glossæ: 'corniculum, *κεράτιον*.' *J. Clericus.*

exercitus, qui signis collatis dimicaturus videretur, unum superesse belli genus, urbium oppugnationes; quarum per excidia militem locupletare præda, et hostem pro aris ac focus dimicantem conficere possent. Itaque, literis missis ad senatum populumque Romanum de rebus ab se gestis, diversi, Papius ad Sæpinum,¹ Carvilius ad Volanam^{6^m} oppugnandam legiones ducunt.

45. Literæ consulum ingenti lætitia et in curia et in concione auditæ; et quadridui supplicatione publicum gaudium privatis⁷ studiis celebratum est. Nec populo Romano magna solum, sed peropportuna etiam, ea victoria fuit; quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos allatum est. Subibat cogitatio animum, quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset, si quid in Samnio adversi venisset; quæ, conjuratione Samnitium erecta, quoniam ambo consules omnisque Romana vis aversa in Samnium esset, occupationem populi Romani pro occasione rebellandi habuisset. Legationes sociorum, a M. Atilio prætore in senatum introductæ, querebantur, uri et vastari agros a finitimis Etruscis, quod desciscere a populo Romano nollent; obtestabanturque Patres conscriptos, ut se a vi atque injuria communium hostium tutarentur. Responsum legatis, 'curæ senatui futurum, ne socios fidei suæ pœniteret: Etruscorum prope diem eandem fortunam, quam Samnitium, fore.' Segnius tamen, quod ad Etruriam attinebat, acta res esset, ni Faliscos quoque, qui per multos annos



5 Legit Jac. Gronov. *militisque, qui primi*.—6 Al. *Vellam, Veliam*. Vid. Not. Var.

7 'Aute supplicatione suppl. in, vel et inserendum ante *privatis*.' Rupert.—

NOTÆ

¹ *Ad Sæpinum*] *Sepinum*, aut potius, ex Ptolemæo, Frontino, et antiqua inscriptione, *Sæpinum*, Samnii oppidum, hodie *Supino* dictum, est sub Apennino ad fontes Tamari amnis, in finibus comitatus Molisii, versus Terram Laboris.

^m *Ad Volanam*] Ut in Samnio vi-

cinove tractu fuisse Volanam oppidum hinc constat, ita qua ejus regionis parte fuerit ignoratur. An legendum *Velina*? ut circa Velini amnis fontes fuerit qui hodie in Aprutio ulteriore. Codex certe Memm. habet *Veliam*.

in amicitia fuerant, allatum foret, arma Etruscis junxisse. Hujus propinquitas populi acuit curam Patribus, ut fetiales mittendos ad res repetendas censerent. Quibus non redditis, ex auctoritate Patrum jussu populi bellum Faliscis indictum est: jussique consules sortiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret. Jam Carvilius Volanam et Palumbinumⁿ et Herculanæum^o ex Samnitibus cepit: Volanam intra paucos dies, Palumbinum eodem, quo ad muros accessit. Ad Herculanæum bis etiam signis collatis ancipiti prælio, et cum majore sua, quam hostium, jactura dimicavit. Castris deinde positis, mœnibus hostem inclusit. Oppugnatum oppidum captumque. In his tribus urbibus capta aut cæsa ad decem millia hominum; ita ut parvo admodum plures^{8 p} caperentur. Sortientibus provincias consulibus, Etruria Carvilio evenit secundum vota militum, qui vim frigoris jam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Sæpinum major vis hostium restitit.⁹ Sæpe in acie, sæpe in¹⁰ agmine, sæpe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum: neque obsidio, neque bellum ex æquo erat:^{11 q} non enim muris magis se Samnites,

8 Vett. edd. ut pavore admodum plures. Sigon. ex suo, ut parvo adm. numero plures.—9 Resistit Gronov. Doujat. Crevier.—10 'Præpositionem in delendam putant Grut. et Drak. Favet certe locus lib. xxix. c. 36. 'agminibus magis quam acie pugnatum est.' Doering.—11 Neque obsidio, sed bellum ex æquo erat Ms. Flor. probb. J. F. Gronov. et Drak. Vid. Not. Var.

NOTÆ

ⁿ Palumbinum] An Palumbini memoriam servet locus duobus millibus passuum supra Capuam novam, qui nunc dicitur Palumbara, a quo vicinæ angustiae vocantur, *il passo di Palumbara*, asseverare non ausim: etsi non ignorem non pauca regionis Campanæ loca Samnitium armis sæpe fuisse occupata.

^o Et Herculanæum] De oppido Campaniæ Herculanæo, quod satis notum, alibi. At in Samnii finibus Herculanæi mentio in tabula tantum itineraria extat, ni fallor, nec sine mendo. Ibi enim sub voce 'Æcas' legitur

Herculus rani. Sive igitur Æcas Veterum pro Troja sive pro *Accadia* hodiernis Apuliæ locis accipias; dicendum erit, Herculanæum hoc in Hirpinis fuisse, ubi nunc Principatus ulterior.

^p Ut parvo admodum plures] Apud Becharium, ita ut pavore admodum plures caperentur. Sigonius ex scriptis, quibus in hoc similis Memmius, legit, *parvo admodum numero plures*: in aliis scribitur, *parvo admodum plures*: eodem exemplo, quo dicimus 'multo plures,' 'aliquanto plures.' Usitatus tamen est paulo plures.

quam armis ac viris mœnia, tutabantur. Tandem pugnando in obsidionem justam coëgit hostes; obsidendoque vi atque operibus urbem expugnavit. Itaque ab ira plus cædis editum, capta urbe: septem millia quadringenti cæsi: capta minus tria millia hominum: præda, quæ plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas, militi concessa est.

46. Nives jam omnia opleverant, nec durari extra tecta poterat; itaque consul exercitum de Samnio deduxit. Venienti Romam triumphus omnium consensu est delatus.¹² Triumphavit in magistratu, insigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho. Pedites equitesque insignes donis transiere ac transvecti sunt:^r multæ civicæ coronæ valla-resque ac murales^s conspectæ. Inspectata spolia Samnitium; et decore ac pulchritudine paternis spoliis, quæ nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, comparabantur.^s Nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducti. Æris gravis transvecta^t vicies centena et ad triginta

^s Comparabantur cum spoliis a Papirio triumphantis patre relatis, quæ satis cognita erant, eo quod sæpe ad loca publica ornanda adhiberentur.

//////////

12 ^r Forte decretus leg. cum Drak. nam Mario, Cæsari, aliisque non peten-

NOTÆ

^a *Neque obsidio, neque bellum ex æquo erat*] Obsidio haud dubie belli pars est: sed bellum hic pro certamine accipitur. Quis tamen sit horum verborum sensus, non facile quis expediat: prima quippe fronte videtur neutro bellandi genere pares Samnitibus fuisse Romanos, contra quam eventus ipse docuit. Lux igitur huic loco quærenda est ex cod. Florentino apud Gronovium in Addendis. In eo legitur *neque obsidio, sed bellum ex æquo erat*: id est, non jam obsideri videbantur Sepinates, sed æquali cum Romanis robore bellum velut libero campo agitare.

^r *Transvecti sunt*] Signatum verbum de equitibus solenni ritu evectis.

Delph. et Var. Clas.

^s *Civicæ coronæ valla-resque ac murales*] De his alibi actum; et videndus Plin. lib. xvi.

^t *Æris gravis transvecta, &c.*] In hujus loci lectione, inque numero æris, mire dissentiant tum libri veteres editique, tum interpretes. Legebatur alias, *Æris gravis transvecta vicies centum millia, et auri triginta millia*. Apud Bechar. est, *Æris gravis transvecta vicies centum millia, et auri triginta tria millia*. Gelen. *Æris gravis transvecta vicies centum millia, et quingenta triginta tria millia*. Quod secutus Vascosanns, auri nulla mentione; ut nec in Colbertino altero. Sigon. et alii habent, *æris gravis magna vis, transvecta vicies centies millies, et*

Livius.

4 Z

tria millia.¹³ Id æs redactum ex captivis dicebatur. Argenti, quod captum ex urbibus erat, pondo millia trecenta triginta, omne æs argentumque in ærarium conditum. Militibus nihil datum ex præda est: auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in stipendium militum



tibus triumphus quidem oblatu est, sed nemini, quod sciam, his temporibus.' *Rupert.*—13 *Vicies centies millies et quingenta triginta tria millia* Gronov. Cre-

NOTÆ

quingenta triginta tria millia. Verum hanc lectionem duplici ex capite impugnat non immerito Gron. Primo quidem, quod verba illa, magna vis, a libris melioris notæ absunt. Deinde quod summa illa adeo immodica sit, ut tunc nullo ex triumpho sperari potuerit. Etenim *vicies centies millies centena millia æris gravis*, Gall. *Deux cens milliards de sols de cuivre d'une livre Romaine chacun.* Prætermittis quæ excurrunt, efficerent hodie ex ipso æris pretio fere decies ac tercenties millies centena millia librarum Francicarum, *cent trente milliards de livres.* Quid si ad hæc adjicias auri triginta millia pondo? id est, habita ratione æstimationis qua apud nos est aurum monetale, circiter centies et sedecies centena ac tria et quingenta librarum millia, Gall. *Seize millions cinq cens trois mille livres.* Quid si et argenti addatur quantitas, (licet in æris comparatione satis exilis,) pondo nempe *mille trecenta ac triginta?* id est, nostratis pecuniæ quadraginta septem millia cum octingentis atque octnaginta libris, *quarante sept mille huit cens quatre-vingt livres.* In quantum excrescet illa jam adeo immanis summa? Ego ut credam auri nihil ex hac victoria ad quæstorem pervenisse, facile adducor duabus de causis: tum quod tantillum argenti redactum video, quo carius rariusque semper aurum ubique fuit; tum quod mox, cum militibus nihil datum dica-

tur ex præda, in ærarium tamen non nisi *as argentumque conditum* narratur. Eos itaque tum manu tum typis exaratos codices libens sequar, qui æris tantum atque argenti meminere: legerimque ex Thuan. cod. *Æris gravis transvecta vicies centum millia, et ad triginta millia:* ubi præpositio *ad*, queniadmodum et Gronov. observat, idem proculdubio est ac 'circiter,' sive 'plus minus.' Summa, ad nostram rationem, reddet præter propter librarum Francicarum decies ac ter centena viginti millia: *treize cent mille livres*, aut paulo plus. Quæ summa redacta fuerat ex ære gravi quo venierat captivi. Huic addita pecunia ante memorata ex argento in urbibus capto, exhibit paulo minus decies et quater centenis millibus librarum: *près d'un million quatre cens mille livres:* præter spolia quæ hic describuntur. Ut autem hæc quantitas, direptis pluribus opulentæ gentis urbibus, haud ægre redigi potuit, ita pro illis temporibus non exigua fuit.

Vicies centies, &c.] Recte ex vestigiis vet. Mss. conjicit Gronovius, *vicies centena et ad triginta tria millia*, hoc est, Philippi viginti millia, trecenti triginta, seu circiter sexaginta millia florenorum. Pecunia millia 330. conficiunt, eodem calculo, Philippos tredecim millia trecentos, seu florenorum triginta novem millia et trecentos. *J. Clericus.*

collatum est; cum, si spreta gloria fuisset captivæ pecuniæ in ærarium illatæ, et militi tum dari ex præda, et stipendium militare præstari potuisset. Ædem Quirini, quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio, (neque, Hercule, tam exiguo tempore perficere potuisset,) ab dictatore patre votam, filius consul dedicavit, exornavitque hostium spoliis. Quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur, sed sociis etiam colonisque finitimis, ad templorum locorumque ornatum, dividerentur. A triumpho exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hybernatum duxit. Inter hæc Carvilius consul, in Etruria Troilium¹⁴ primum oppugnare adortus, quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimisit: ceteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit. Inde quinque castella, locis sita munitis, expugnavit. Cæsa ibi hostium duo millia quadringenti; minus duo millia capti.¹⁵ Et Faliscis pacem petentibus annuas inducias dedit, pactus centum millia gravis æris,^x et stipendium ejus anni militibus. His rebus actis ad triumphum decessit, ut minus clarum de Samnitibus, quam collegæ triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli æquatam. Æris gravis tulit in ærarium trecenta octoginta¹⁶ millia:^y de reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis^z facien-

//////////

vier. all. Vid. inf. et Not. Var.—14 Alii conj. *Trossulum*.—15 Vet. lib.

NOTÆ

^u *Troilium*] Mentionem Troilii nullibi reperi. Scripserat forte Liv. *Trossillum*, sive *Trossulum*, quod Tuscorum esse oppidum jam antea vidimus. Id autem Cluver. putat esse, *Monte Fiascone*: sed probabilius Holstenius ejus loci vestigia superesse addit dubios inde milliaribus, et nomen aliquatenus retinere vulgo *Trosso*.

^x *Centum millia gravis æris*] Sunt juxta pretium æris hodiernum apud nos quinque fere ac sexaginta millia

librarum Francicarum.


Centum millia æris gravis] Pondo, nempe duodecim unciarum. *J. Clericus*.

^y *Trecenta octoginta [nonaginta] millia*] Id est, 253500. librarum nostræ monetæ.

^z *De manubiis*] Notat Godelevæns ex Gellio manubias a præda ita distingui solitas apud Veteres, ut præda sit proprie in corporibus ipsarum rerum quæ capiuntur, manubiæ au-

dam locavit, prope ædem ejus Deæ ab rege Ser. Tullio dedicatam.^{17 a} Et militibus ex præda centenos binos asses, et alterum tantum centurionibus atque equitibus (malignitate collegæ gratius accipientibus munus) divisit. Favor consulis tutatus ad populum est L. Postumium legatum ejus; qui dicta die a M. Cantio¹⁸ tribuno plebis, fugerat in legationem¹⁹ (ut fama ferebat) populi judicium: jactarique magis, quam peragi, accusatio ejus poterat.

47. Exacto jam anno, novi tribuni plebis magistratum inierant: iisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii suffecti. Lustrum conditum eo anno est a P. Cornelio Arvina, C. Marcio Rutilo, censoribus: censa capitum millia ducenta sexaginta²⁰ duo trecenta viginti duo. Censores vicesimi sexti a primis censoribus; lustrum undevicesimum^b fuit. Eodem anno coronati primum, ob res bello bene gestas, ludos Romanos spectaverunt: palmæ-



apud Sigon. *capta*.—16 *Nonaginta* Gronov. Doujat. Crevier. all.—17 Conj. Rupert. *prolapsa æde, eidem Deæ . . . dedicata*. *Eidem* dant Gronov. Doujat. Crevier.—18 *Al. Scantio*.—19 ‘Potius leg. in legatione cum Perizon, vel, quod malim, per legationem.’ Rupert. *In legatione* malit Doering.

20 ‘Et Liviani, et Epitomarum manuscripti libri, septuaginta habent.’

NOTÆ

tem in pecunia quæ ex illis redacta est.

^a *Ejus Deæ ab rege Ser. Tullio dedicatam*] Sigonius observat, Plutarchum, in lib. de Fortuna Romanorum, cum multarum ædium Fortunæ a Serv. Tullio dicatarum meminisset, nullam tamen sub titulo *Fortis Fortunæ* ab eo dedicatam referre: fateatur nihilominus de ea scriptum esse apud Varronem. Sed quamvis nihil ejusmodi inveniretur, sufficeret ædem *Fortis Fortunæ*, a Carvilio nunc dedicatam, vicinam fuisse ædi Fortunæ a Ser. Tullio, licet non sub *Fortis* nomine dicatæ; hoc enim tantum videtur velle Livius.

^b *Lustrum undevicesimum*] Sigonius observat, hoc lustrum in Capitolinis

fragmentis tricesimum numerari. Et facile potuit in his numeris error incidere, ut pro XXX. scriptum fuerit apud Livium XIX. Idem Sigonius varietatis causam hanc affert, quod Livius decem lustra, ante censores creatos a regibus aut consulibus acta, præterire videatur. Hinc sequetur, ab aliquot paribus censorum neglectam ejus rei curam, non tamen ab omnibus, qui eo munere functi non sunt. Quoniam quoties censorum unus magistratu moriebatur, ejus collegam magistratu quoque abire necesse erat, nec superstes lustrum condebat. Incuria quidem Auctoris in tradendis ad summum quemque annum his magistratibus a plerisque interpretibus non injuria notatur.

que tum primum, translato e Græcia more,^c victoribus datæ. Eodem anno ab ædilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est.² Comitia consularia L. Papirius habuit: creavit consules Q. Fabium Maximi filium Gurgitem et D. Junium Brutum Scævam. Ipse Papirius prætor factus. Multis rebus lætus annus vix ad solatium unius mali, pestilentiae urentis simul urbem atque agros, sufficit; portentoque jam similis clades erat. Et libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur. Inventum in libris, Æsculapium^d ab Epidauro^e Romam arcessendum. Neque eo anno, quia bello occupati consules erant, quicquam de ea re actum; præterquam quod unum diem Æsculapio supplicatio habita est.



Sigon.—1 'Forte leg. ludos Romani spectaverunt. Mox verba Eodem anno parum venuste repetuntur.' *Rupert.*—2 'Damnatis aliquot pecuariis, ex muleta via ad Bovillas silice perstrata est a Martis, num templo? an campo? an jugenda a Martis silice? Nihil horum satis probandum, et mendosa forte vox Martis. Interpretes tacent.' *Idem.*

NOTÆ

^c *Translato e Græcia more*] Apud Græcos nec iidem Iudi, aut iisdem Diis celebrabantur, nec palma victorum præmium erat. Hoc itaque tantum a Græcis mutuati sunt Romani, quod victores fronde in coronam plexa donandos censuerunt.

^d *Æsculapium*] Medicorum hic Deus habitus propter summam ejus ar-

tis peritiam: filius Apollinis fuisse dicitur, alium Mercurii fratrem ferunt, qui fulmine ictus fuerit.

^e *Ab Epidauro*] Tres fuere ejus nominis urbes. Hic ea intelligitur quæ in Argolide sita, ubi Æsculapius colebatur sub forma serpentis: ideo serpens Epidaurius vocatur.

SUPPLEMENTORUM
L I V I A N O R U M

LIBRI DECEM,

AB UNDECIMO AD VICESIMUM:

AUCTORE J. FREINSHEMIO.

EX EDITIONE CREVIERIANA.

SERENISSIMÆ POTENTISSIMÆQUE

PRINCIPI AC DOMINÆ DOM.

C H R I S T I N Æ,

DEI GRATIA SUEBORUM,

GOTTHORUM, VANDALORUM,

CONTRIBUTARUMQUE PROVINCIARUM

REGINÆ AC DOMINÆ,

DOMINÆ SUÆ CLEMENTISSIMÆ,

JOANNES FREINSEMIUS S. P. D.

DOMINA,

PERQUAM evenit commode, quod duobus e capitibus, quæ in dedicationibus librorum paginam utramque faciunt, alterum mihi supervacaneum in tantæ Majestatis fastigio pariter admirabilis humanitas Tua et eruditio fecit. Tot enim causas, cur tibi Supplementum istud inscribam, exequendas habeo, ut, si etiam argumentum opusculi, et quo fine quoque modo sit concinnatum, exponere necessum foret, non nisi longissima possem epistola defungi. Nunc autem duæ virtutum Tuarum, quas dixi, ista me necessitate liberant: quando humanitas Tua effecit, ut opusculum, dum nascebatur, perlegere velles; eruditio, ut quid adesset ei, quidve deesset, plenius intelligeres, quam aut ego potuissem ostendere, aut quisquam. Itaque nec ingenii mei, nec eruditionis mediocritatem accusabo, remque nullam criminabor, quod institutum istud meum non felicius cessit. Brevitatem temporis, negotiorum impedimenta, valetudinis incommoda excusent, qui aliam quam

Hæc Epistola præfixa fuit a Freinshemio primæ Supplementorum Livianorum editioni, quæ decem tan-

tummodo libros, ab undecimo ad vicesimum, continebat. *Crevier.*

obsequii gloriam quærant: mihi conscientia suffecerit, quod et scribendo ista, studiorum Tuorum commodis, et edendo voluntatis Tuæ significationi sum obsecutus. Quippe cum ad Historiæ Livianæ committendas reliquias, in quibus eo tempore studiose versaberis, hunc velut tumultuarii operis pontem construxissem, pro eximia illa Orbique nota bonitate Tua, placere Tibi conatum meum testata es, ad eum finem, ut, tanquam Tibi profuisset, ad aliorum etiam utilitatem publici juris fieri oportere judicares. Qua in re nonnullum et prudentiæ Tuæ et benignitatis specimen visus sum animadvertere: hujus in eo, quod volebas omnium servire rebus, quæ proprie in Tuos erant nata; prudentiæ, quod in recentibus his literarum incrementis, quæ Tua opera Tuoque exemplo Septemtrio Tuus feliciter et cupide accipit, provocabas ingenia diligentiamque hominum, limata et erudita scripta promte edituris auctoribus, si etiam inculta ista et horrida clementer accepta fuisse didicissent. Cum igitur videam non eos modo qui Tuum ad obsequium nati sunt, sed ex diversissimis hominum atque populorum generibus permultos, mandata Tua cupidissime suscipere et exequi; ego in obediendo segnis sim, qui in tanto fidelissimorum addictissimorumque famulorum numero, aut solus, aut inter paucos certe, peculiari quodam modo me Tuum esse intelligo? Sum ego quidem ejusdem, cujus sunt et omnia: nec aliunde veram felicitatem et sine fine duraturam opperior: neque minores plerumque quam pro tanta spe animos gero. Sed quantum ad hujus vitæ officia pertinet, uti certissimis, nec Tibi ignotis, argumentis deprehendi, ab eo Tibi sum donatus. Unde mihi constans certusque vivendi scopus est; (quem si non, uti vellem deberemque, consequor, sequor certe,) in iis quorum jussus vetitusve modus est, neminem præter DEUM, in arbitrariis autem actionibus, neminem præter Te respicere, idque maxime conari perficere, quod Tibi maxime placere animadverto. Atque hoc satis firmum erat obedientiæ venerationisque vinculum, etiamsi præterea nullis aut virtutibus alliceres animos, aut meritis obligares. Jam vero in utrisque tantum est, ut difficile dictu sit, plusne ob illas inservire Tibi velim, an ob ista debeam. Sentio incidisse me in locum ancipitem, et utrimque perplexum. Sive enim, quod cupio, quodque justum est, dico quæ constitui, Tibi fiam injucundus, quæ lubentius virtutem et merita præstas, quam audis præstitisse; sive aliquid ex ea commemoratione detraho, detraho aliquid officio meo debitoque, detraho Tuis laudi-

bus, quas etiam ardens desiderio, et favore quantovis adjutus, et liberis permissis spatiis, nedum in unius epistolæ coactus angustias, pro dignitate nequirem exequi. Confido tamen temperamentum rei, quod neque Tu vituperes, cum ex instituto præsentis, tum ex moribus utriusque fore. Nam et ego profecto adulationem omnem Tecum detestor, neque sane suavius loquar aliquid assentatorie, quam Tu audias. Et pro acumine iudicii Tui non ignoras, me hoc esse ingenio, (quod pauci privati præstare, et pauci Reges ferre possunt,) ut, si detur optio, prodesse Tibi cum periculo offensionis, an placere per adulationem malim, citra magnam hæsitationem illud videar electurus. Itaque secura hanc in partem peccari non posse, ne intercedas desiderio meo. Liceat fateri quæ patimur, et, si miseros plerumque nemo queri vetat, cur nos Te Principe felices vetes modeste gloriari? Perire certe non debet aut Tibi recte factorum sola merces, aut nobis grati animi fructus. Iterum accipimus beneficia, dum accepta prædicamus. Sed video quid accidat: dum impetro scribendi veniam, amitto spatium et locum. Quod igitur unum superest, quicquid eram prolaturus, id omne in paucas periodos congeram, ex unoquoque genere summa tantum capita delibando. Ergo quod ad virtutes illas Tuas, quibus hoc imperium magnifice illustratur, attinet, ut breviter de iis quæ sentio demonstrarem, aliquid a Tacito nostro mutuandum esse video. Scis apud illum auctorem C. Cæsarem a Tiberio increpari, quasi qui nullam ex L. Syllæ virtutibus esset habiturus, et omnia vitia. Ego vere puto in Te hoc inverti posse, ut omnes prædecessorum Tuorum habeas virtutes, vitiis, si quæ fuerunt, relictis; atque adeo ut pristina illarum decora novis et antehac regno huic incognitis virtutibus augeas. Equidem prioribus etiam sæculis non defuisse præclaros Reges arbitror: sed tamen nescio quomodo rem Sueticam nunquam ad celebrem aliquam durabilemve magnitudinem evexerunt. Laus ista tota GUSTAVIDARUM est, quorum nemo sine ingenti aliqua patriæ utilitate regnavit. Nam et errores quorundam profuerunt: Ericique et Sigismundi casus, quid offendere Reges possint, documento sunt; quemadmodum et alios, quam sit intutum proritare Principis iracundiam, Caroli severitas admonuit. Duos vero GUSTAVOS, et eorum immortalia beneficia, quis calamus, aut quæ oratio satis celebret? quorum uterque tantus fuit, ut si cum aliis contendas, facile præferas; sin compares inter se, facilius dicas et hunc et illum fuisse maximum, quam uter major

fuerit definitas. Neque enim parum fallax et obnoxium errori est, amplitudinem Regum ex rerum gestarum externo splendore arbitrari. Nam has qui solas respiciunt, eos ad vera iudicia cæcutire necessum est. Evenit enim interdum in his quæ terram illustant sideribus, non secus atque in cœlestibus, ut alia majora sint, alia videantur. Hoc tamen apparet, per duos maxime Principes omnem hujus Regni gloriam extollere Deum constituisse, GUSTAVUM MAGNUM, et CHRISTINAM GUSTAVI FILIAM. Sed illi quidem bellicas magis virtutes tribuerat, ut tamen, quoties per bella posset, domesticas quoque res accuratissime peritissimeque tractaret. Te vero, DOMINA, quoniam ad majus opus, pacem videlicet reducendam, stabiliendam, perornandam servabat, sic instruxit, ut his tantis rebus esses modis omnibus aptissima; et nihilominus, donec bellandum fuit, nihil etiam in isto negotio ad summam laudem desiderari in Te paterere. Cum enim in corpore sit minimum, omnes eæ virtutes, quibus summorum Imperatorum animi censentur, Tibi superfluere; consilium in dubiis, constantia in adversis, moderatio in prosperis, labor, prudentia, fides in omnibus. Ita factum est, ut per multas ac illustres victorias, primo regni tui anno, cum Daniæ rege, quarto, cum Imperatore Romano pacem longe gloriosissimam et utilissimam Tibi Tuisque comparares. Quam quibus exornare modis institueris, quis queat in transcurso dicere? Nominabo tamen Urbem crescentem, oppida constituta, justitiam firmatam, levatum oneribus populum, mores emendatos, studiorum honorem et fructus auctos, locupletatas Academias, erecta Gymnasia, mercaturam invalescentem, opificia multa recens introducta, agrum supra veterem simplicitatem excultum, curam Tuam ad commoditatem itinerum, demensionem viarum, constructionem diversoriorum, denique ad ea omnia quæ videmus, quæ sentimus, quorum utilitate fruimur, prolatam: ut merito beatos dicere possim populares illos meos Germaniæ populos, qui Tua sub tutela in posterum acquiescent. Quos mecum et cum universis subditis Tuis sic existimare velim, propitii aut irati DEI non temere signum certius habituros esse, quam prout Te talem Principem tarde celeriterve Tuis adimet. Quod si quidam vel miseria præteriti temporis oculos attollere non ausi, vel objectu nubecularum impediti, serenum illud sidus intueri, et exbilarari aspectu ejus, refoverique calore nondum potuerunt; eos læta et optata omnia ex propinquo sperare, non magnitudo solum

tam benignæ lucis, sed etiam constantia jubet. Non enim illi tanquam lychno aut faeulæ ascititius fulgor est, quo deflagrante fœdus appareat, quicquid relictum est; sed ad Solis exemplar purus et proprius, qui neque consumatur tempore, neque casuum injuria evanescat. Quem ego certum habeo jamjam longissime quibusque dissitis notissimum fore, omnesque illas quæ visui eorum officiant nebulas ita discussurum, ut neminem reperire aut tam cæcum possis, qui lucem illam videre nequeat, aut tam impudenter existimationis suæ prodigum, qui videre se ueget. Ceterum ego, licet sane molestum est a cogitatione tam pulchra jucundaque animum abducere, tamen virtutum istarum commemorationem justis voluminibus, sæculis gentibusque debitam, hujus chartæ, temporis, ingenioli spatiis iniquis coercere desino. At in Tuis erga me beneficiis commemorandis, quando neque tam nota sunt omnibus, et ad causas hujus dedicationis propius pertinent, præterea virtutum Tuarum non indigna scitu monumenta sunt, audebo esse prolixior. Sed prius DEI nostri deprædicanda mihi providentia est, quam in omni isto negotio præsentissimam semper manifestissimamque cognovi. Cum enim ex ea vivendi formula, quam certas ob rationes sequi constitueram, per aliquot annos in Germania sederem, uti nullius functionis appetens, ita suscepturus quamlibet, si legitime oblata fuisset; toto illo tempore nemo libertatem meam ullo vocationis nexu occupavit. Ego interim otium illud non sequitè contrivi, sed illis operatum habui studiis, quibus me ab ineunte ætate fuisse destinatum, ex iis quæ postea evenerunt, evidentius intellexi. Maturuit interea tempus, quo Tuo ministerio debebar, **DOMINA**, venitque Argentoratum **BENEDICTUS SKYTTE**, quem Tu multis beneficiis, et postremo Senatoria dignitate, per justissimum favorem decorasti. Sic vocatus, in Academiam Tuam accessi: ubi juventutem Tuam cum fide et cura docens, quanquam arderem Te videndi desiderio, dulcedini felicitatis nondum debitæ præsentis muneris necessitatem anteposui. Cum ita tertium jam annum alloquio Tuo caruissem, suscepta nuper administratione regni Tui, per occasionem exequiæ Ubsaliam Te contulisti. Atque ex eo tempore collata proprie in me beneficia numerare ordiar. Supremus enim honor habebatur Patrono olim meo, **JOANNI SKYTTE** Senatori, cujus eximias laudes oratione, quæ tum ex professionis meæ debito habenda fuit, celebrare sum conatus. Atque hæc prima fuit orationum, quas te audiente habui: quo tempore

cum serenissimi vultus hilaritate, te et intelligere omnia quæ dicerentur, et favere dicenti testareris, adeo sum voluptate et admiratione captus, ut exinde non jam ut meam tantummodo regnorumque Tuorum, sed ut omnium virtutum ingeniorumque Principem, colendam esse statuerem. Atque eundem sequenti biennio favorem sum expertus, quoties Ubsaliam regressa, de rebus quas mandaveras verba facientem audivisti. Subinde vero majoribus me cumulaturatione beneficiis, nihil tale non sperantem modo, sed ne cogitantem quidem, in aulam evocasti: ubi quæ statim, aut mox a te acceperim, vix longo sermone possem enumerare. Præfecisti me Bibliothecæ Tuæ, qua nulla sub initia statim sua fuit locupletior, cujusque auxilio etiam in his concinnandis Supplementis maximopere sum adjutus. Historiographi titulum imposuisti, ut res nostra memoria gestas gerendasque, cum Tibi videretur, posteritati traderem. Habitationem in Regia Tua, non commodissimam modo, sed etiam (quod magis, ut in loco celeberrimo, mirum est) tranquillissimam; salarium, ut re ipsa experior, invidiosum, tribuisti. Et cum hæc longe maxima viderentur, effecisti ut præ illis, quæ secuta sunt, possint leviora censeris. Cum enim Græcarum literarum amore flagrares, sensus eminentissimorum in civili sapientia hominum ab ipsorum ore cupiens haurire, nescio quomodo ignarum quid ageretur, sed sensim irretitum, ad istud magisterium ita propulisti, ut tum demum me serio docere intelligerem, cum Te jam multa serio viderem didicisse. Ista Tua arte factum est, ut eo tempore, quod intra proximum biennium Regina regnans, et belligerans, et Comitia saepe, et Senatum quotidie, et negotia alia plurima indesinenter habens, huc impendere potuisti, jam eo processeris, ut post experimenta in Polybio, in Plutarcho facta, Platonem (at quem virum!) ita legas, ut operæ meæ vix leviter egens, cursim exponas elegantia Latinitate verbisque significantissimis: adeoque nonnunquam vitia versionis, ab eruditissimis hominibus magno labore procuratæ, per Te animadvertas, atque veris rationibus coarguas. Quibus ex rebus omnibus tantum tamque varium purissimæ voluptatis fructum capio, ut apud intimos familiarium simpliciter fateri solem, me, si quid ad officium istud impendi temporis, aut laboris, aut denique cogitationum et fidelis curæ, (molestias enim, conscientiam testor, sensi nunquam,) id omne mihi cujuslibet horæ pretio, quam apud te exigere licuit, abunde pensatum arbitrari. Ut enim alia taceam, quantum in hoc uno est, Clarissimæ Regum adesse quoti-

die, apud Te conspici, a Te respici, familiaris speciem, locum, gratiam obtinere? Certe tanta mihi felicitas mea visa est, ut non injuria timere jam ipsam inciperem. Quanquam enim per gratiam DEI quotidie me his omnibus exspolio, deserere haud descri certus, tamen imbecillitate animi, et felicitate nimia poteram insolescere, nisi certis argumentis in tempore docuisses, tantam fortunam non tam alieni meriti, quam Tuæ voluntatis et gratiæ donum esse. Ceterum in hoc ipso, quod tantum esse dixi, quot sunt eximia et propria? Tantum vocationi meæ et studiis mancipatus, hoc est, ut qui optimo jure, liber, nullis ab officio meo alienis ministeriis deteror: nec tempori modo valetudinique, sed etiam modestiæ ac pudori meo consulis. Non appareo, nisi cum studia tractantur: ne ad hæc quidem injussus irrumpto, ut otiosus et mutus spectator astem, cum temporis deperditi detrimento subiturus etiam ludibrium stolidæ ostentatæ familiaritatis. Nec operam meam vilem habes. Nihil tractamus quod tegi, nihil quod excusari sit opus. Dignas eas curas homine, dignas Rege, fateri cogitur, quisquis non mavult imperitiam suam incitiamque confiteri. Atque hæcenus eorum retuli partem, quæ mihi præstitisti. Sed urgent locumque residuum postulant quæ cum in alios contuleris, tanto magis in me collata esse judico, quod etiam pro aliis meæ preces valuerunt. Qua in confessione profecto subvereor, non modo ne mihi possit esse invidiosa, sed etiam ne Tuam quoque Majestatem incessere audeant homines, quasi ad concedenda, quæ peterentur, æquo fueris indulgentior. Quibus respondeo, me haud dubie agnoscere et mirari bonitatem Tuam, quæ meritis meis longe majora tribuerit; sed tamen illos etiam facile æqualia aut potiora impetraturos, si respicere velint, quæ ego respexi. At quænam ista sunt? Primum, ne quid peterem, quod in se non esset æquum: alterum, ne, quod officio Majestatique Principis meæ non congrueret: tertium illud erat, quod per omnia ista commoda, quæ aliis impetravi, ne unius quidem, quod sciam, oboli pretio factus sum locupletior. Ceterum in his angustiis, ubi cogitare plura quam scribere licet, multa veniunt in mentem, quæ cogor prætermittere. Hoc tamen dicam, me dubitare, utrum ob parva beneficia, quæ me deprecante hominibus tribuisti, an ob magna plus Tibi debeam. Nam ut in his pretium rerum, ita in illis humanitatis majus est, quod animum istum quantælibet magnitudinis capacem interdum ad tam exigua demisisti. Regem fuisse accepimus, qui, philosopho petente drachmam, conveniens hoc Regi munus esse negave-

rit; atque, eodem mox petente talentum, negaverit hoc conveniens esse philosopho. Tu eodem illo sophismate magnificentius usa es: in parvis, quæ me deceret accipere respiciens; in majoribus, quæ Te dare. Ergo pari clementia et miserorum aliquot hominum (quos ob hoc ipsum Tibi commendavi, quod quia miseri erant, eorum nemo miserebatur) habuisti rationem: et id fecisti, quod adhuc vix proferre audeo, tum ob magnitudinem rei, tum ob magnitudinem gratiarum, quas Tibi, cum debeam amplissimas, in præsentia minime possum explicare. Sed fortassis ego sum ineptus, qui Tua beneficia putem ullius oratione disertius, quam Tuis factis operibusque laudari posse; aut mea egere commendatione, quod Vangionum urbi majorem pecuniæ, in militum stipendium debitæ, partem clementissime remisisti. Quo beneficio conservatam illam esse reor, et rite atque ordine facturam, si Te tanquam alteram conditricem suam, in omne deinceps ævum, quam poterit exquisitissimis honoribus colendam arbitretur. Habebis igitur et Vangionum Rempublicam, et me privatim, in perpetuum hac obligatione devinctos, et in solidum debendi reos. Nec enim dicere queam, uter majori Tibi jure omnia debeat, quæ accepit hoc beneficium, an qui impetravit. Potestne adhuc superesse quicquam, quod his omnibus, quæ dicta sunt, æquandum, aut etiam præferendum videatur? Est certe. Meliorem enim me facere promisisti, non modo ut omnes, legibus moribusque; neque ut multos, exemplo; sed, ut neminem adhuc alium, quadam quasi conversandi sollicitudine curaque. Spondidisti namque mecum inquisituram, hoc est, ostensuram, quales oporteat esse viros prudentes, quibusque possint vestigiis deprehendi. Hoc autem cum didicero, multo me quam sim in præsentia meliorem fore confido. Istud igitur promissum tanti facis? inquires. Tanti, DOMINA, ut isthac obligatione Te ne regni quidem accepta parte cupiam liberare. Neque vero Tibi, quandocumque jusseris, mentem illam veris clarisque rationibus approbare defugio. Atque hoc Tibi præstare neque injucundum erit, ut conjicio, neque difficile, quæ ad ejus prudentiæ fastigium eniteris, qualem inter eos, qui volunt eruditi videri, facilius invenias, qui doceant, quam qui noverint. Hac igitur re merito glorior, qua non alios modo hominum felicitate videor supergredi, sed Salomonis etiam ministros, quos ob auditam Regis sapientiam merito beatos prædicari sentio, beatiores tamen futuros, si etiam peculiari quadam cura, quod non legitur, instituere ipsos ac edocere

voluisset. Verum, ut animadverto, quem mihi nec animus, nec argumentum fecisset, eum charta facit scribendi modum. Desinam igitur, DOMINA, cum Tuam Majestatem suppliciter fuero veneratus, ut non tam libellum istum Tibi dedicari putes, quam totum meum animum, affectum, studium, quicquid denique sum, et possum, et habeo, ut Tua causa simpliciter velim omnia, nulla cum exceptione cujusquam rei, nisi quæ vel conscientiam meam læderet, vel vires egrederetur. SERENISSIMA. ET. OPTIMA. REGINA DEUS. TE. SERVET. INCOLUMEM! Vovebam Holmiæ, A. D. XV. Kal. Decembres, Anno Christiano MDCXLIX.

LECTORI BENEVOLO S. P.

CAUSA mihi scribendi, justæ VOCATIONIS officium, et voluntas ejus, cui post DEUM obedire maxime debeo. Materia, vetus Romana Historia, quatenus a Livio quondam exposita, post ple-ramque Auctoris ejus partem deperditam, in multis aliis Anti- quorum libris varie dispersa, latuit verius, quam extitit. Hanc ego pro virili parte erui, contexui, etiam expolivi: hactenus utique, ut situs atque squalor detergeretur: festinanter certe, quartum decimum intra mensem, postquam iterum Bibliothecæ meæ copia facta, libris effectis quadraginta quinque; quanquam impedirent morbi, curationes, molestiæ negotiorum, calumniæ litium, quarum rerum nunquam lætior seges fuit. Adhibuî tamen diligentiam et judicium quod potui. Et tibi quidem judicare licet, Benigne Lector; me vero non piget confiteri de animi mei sententia, me neutiquam metuere, ne quis ex omnibus his scriptoribus, qui sunt in hominum manu, aliquid efficiat in hoc genere concinnius, copi- osius, verius. Neque tamen is sum, qui me nusquam erravisse putem. Sed sicubi impegi, rem ita comparatam intelliges fuisse, ut non sine ratione quadam erraverim; hoc est, ut errorem esse hominis, non pecudis, appareat. Monitus autem gratanter emen- dabo quod opus fuerit; et, si tibi studium meum probari cognovero, posteriorem quoque Tomum, quamprimum ejus rei facultas dabitur, extrudam. Vale. Dab. Vormatiæ, ex Museo meo, A. D. IV. Kal. Septembr. Anno Christiano MDCLIV.

Hoc monitum præfixum reperitur editioni Supplementorum Livianorum anni 1662. Argentorati et Franco- furti, quæ præter decem libros jam ante Holmiæ editos continebat ad- huc supplementa quinquaginta Livii

librorum, nempe a libro XLVI. ad xcv. In illa editione monitum hoc carebat nota loci et temporis, quæ postea adjecta in Donjatiana est. *Crev.*

M O N I T U M

CREVIERII.

AMICE lector, quo facilius Auctorum in ora libri hic allegatorum testimonia possis, si animus ferat, cum ipsis conferre fontibus, hæc observes velim.

I. Numerus Romanus semper notat librum, vel majorem aliquam divisionem operis; numerus Arabicus minutas sectiones. Sic ubi reperis Liv. XXVIII. 28. intellige allegari Livium, libro vigesimo octavo, capite itidem vigesimo octavo.

II. Ubi nudum nomen alicujus scriptoris expressum est, non indicata parte operis in qua reperiatur id cujus ille testis citatur, recurrendum est ad superiora, donec tibi occurrat cum nomine auctoris etiam libri vel operis nota. Zonaras tamen ubique fere sic nude nominatur, quia ex ipsa historiae, quam ille perpetuam contexit, serie facile intelligitur locus ad quem referri quidque debeat.

III. In Cicerone, Freinshemium secuti, majorem distinctionem a Grutero ortam indicamus.

IV. Denique raro paginas librorum notavimus. In Strabone tamen, ubi earum mentionem fecimus, respeximus editionem Parisiensem anni 1620. ab Isaaco Casaubono curatam.

 CATALOGUS AUCTORUM

 QUORUM FIDE HI DECEM SUPPLEMENTORUM LIBRI
 NITUNTUR.

A. Gellius.	Henrico Valesio.
Ammianus Marcellinus.	Aristoteles.
Ælianus.	Athenæus.
L. Ampelius.	Auctor de Viris Illustribus.
Appianus, et ejus Excerptæ Legationes a Fulvio Ursino editæ, tum Excerpta de virtutibus et vitiis, ab	Augustinus.
	Barclaius.
	Berneggerus.

- Bongarsius.
 Casaubonus.
 Cassiodorus.
 Cato.
 Censorinus.
 Cicero.
 Claudianus.
 Cluverius.
 Cornelius Nepos.
 Curtius.
 Dio, et ejus Excerpta, tum a Fulvio
 Ursino, tum ab Henrico Valesio
 edita.
 Diodori Excerpta, et Eclogæ.
 Dionysii Excerpta.
 Dionysii Periegetes.
 Ennius.
 Etymologici Auctor.
 Eusebins.
 Eustathius.
 Eutropius.
 Fasti Capitolini.
 Fazellus.
 Festus.
 Florus.
 Frontinus.
 Gotefridus Viterbiensis.
 Herodotus.
 Hieronymus.
 Historia Miscella, sub nomine Pauli
 Diaconi.
 Horatius.
 Joannes Antiochenus.
 Joannes Sarisberiensis.
 Julius Hyginus.
 Julius Obsequens.
 Justinus.
 L. II. § 30. ff. de O. J. id est, *Lege*
 secunda, paragrapho trigesimo, *Di-*
 gestis, de Origine Juris.
 L. I. § 5. ff. de postul. lib. III. tit. I.
 id est, *Lege prima*, Paragrapho
 quinto, *Digestis*, de postulando,
 libro tertio, titulo primo.
 L. XVII. ff. de legation. id est, *Lege*
 decima septima, *Digestis*, de Lega-
 tionibus.
 L. XXIX. et seq. *Digestis*, de Legi-
 bus, lib. I. tit. 3.
- L. I. *Digestis*, de Verborum signifi-
 catione, lib. L. tit. 16.
 L. II. *Digestis*, Paragrapho 32. de
 Origine Juris.
 Livius, et ejus Epitomæ.
 Lucanus.
 Lycus.
 Macrobins.
 Marianus Scotus.
 Martianus Capella.
 Matthiolus.
 Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴ, sive Ἱστοριῶν
 συναγωγὴ, opus Jos. Scaligeri.
 Omphrius Panvinius.
 Orosius.
 Otto Frisingensis.
 Ovidius.
 Pænius.
 Pausanias.
 Pighii Annales Romanorum.
 L. Piso.
 Plinii Historia Naturalis.
 Plutarchus.
 Polyænus.
 Polybius, et ejus Excerpta.
 Pomponius Mela.
 Propertius.
 Quintilianus.
 Sex. Rufus.
 Sallustius.
 Seneca.
 Servius.
 Sigonius in Fastos.
 Silius Italicus.
 Sinius Capito.
 Solinus.
 Strabo.
 Suetonius.
 Suidas.
 Tacitus.
 Thucydides.
 Tubero.
 Tuditannus.
 Valerius Maximus.
 Varro.
 Vegetius de re militari.
 Velleius.
 Virgilinus.
 Zonaras.

SUPPLEMENTUM

LIBRI XI.

HISTORIARUM

T. LIVII PATAVINI.

1. **F**RACTÆ jam multis præliis Samnitium opes erant; ^a neque dubium habebatur, quin bello finis imponi posset, si perculso et debilitato hosti quam minimum ad confirmandos animos spatii relinqueretur. Igitur Q. Fabius consul, ardens juvena, et confecti belli gloriam sibi comparare certus, delectu haud segniter acto, protinus in Campaniam cum exercitu profectus est. Samnites enim, dura gens, et ad desperationem potius quam timorem tot cladibus acta, quod superioris anni consules ad triumphum suum legiones deduxerant, occasione temporum usi, non pœnitendas copias ex reliquiis priorum pugnarum et novis delectibus coëgerant: et, quoniam pestilentia Romanos urgeri sciebant, præterea consules, nec experientia bellorum, nec auctoritate magnopere metuendos, cum in annum factos esse audiverant; in spem erecti, Campanos semper spretos, tum autem, ut auctores periculorum malorumque suorum, inviosiores, populationibus et vastatione agrorum lacescebant.

Zonaras
tom. II.

Liv. VII. 31.
Zonaras.

2. Erat in duce Romano par dignitati Fabiæ domus

^a A. U. C. 460. A. C. 292. Q. Fabio, D. Junio Coss. Hic annus est Freinshemio 461. ab Urbe condita. Sed nos Dodwellum sequimur, ut monimus in Præfatione. Ejus autem ratio-

nes, hic et per totam reliqui temporis historiam, a fastis Capitolinis, quos Freinshemius sequitur, uno anno discrepant. *Crev.*

animus : sed contentus toties a suis victæ gentis, et rei gerendæ cupiditas, consilium eripuerant. Raptim ad hostes exercitu ducto, cum præmissos ab imperatore Samnitium speculatores vidisset, qui conspecto Romanorum agmine se recipiebant ad suos, universam hostium multitudinem fugere arbitratus, non locorum, non hominum explorato habitu, tanquam omnis victoriæ spes in celeritate posita esset, quanta maxima festinatione poterat, signa inferri jussit. Apud Samnites a suis præmonitos omnia circumspicienda aeta sunt : præcipi opportuna loca, strui acies, alloquiis ducum accendi militis animi potuerunt. Igitur eventus prælii qualis esse debuit fuit. Fessos ex itinere et cursu, turbatis ordinibus, tanquam ad prædam magis quam pugnam venientes, instructus paratusque miles haud magno negotio pepulit : Fabius, desideratis suorum millibus tribus, majore etiam numero sauciorum, quominus omnem exercitum amitteret superventu noctis defensus est.

Eutrop. 1.
11. Suidas in
Φάβιος Μά-
ξιμος.

3. Tum loco paulo æquiore capto, quantum in illa trepidatione fieri potuit, castra communita sunt : in quibus haud multo melior quam in ipsa acie aut facies rerum, aut fiducia animorum fuit : non requies fessis, non cibus esurientibus, non fomenta saucii suppettebant : tantum cum armis egressi, prioribus in castris impedimenta omnia reliquerant. Igitur inter gemitus morientium et querelas superstitum tota nox exacta est, omnibus imminem diem cum horrore ac desperatione, ut supremam, opperientibus. ‘ Neque enim laboribus fessos, exhaustos vigiliis, vulneribus debiles, percussos infelici prælio, numero etiam multum imminuto, resistere posse hostibus, quos incolumis adhuc, integris animis corporibusque, et optima spe incensus, exercitus sustinere nequivisset.’ Rebus conclamatis, uti solet, remedium ab hostis errore fuit. Ille venientis alterius consulis fama ^b perterritus, ne, si oppugnare castra Fabiana

Zonaras.

^b *Venientis alterius consulis fama*] Zonaras, quem hic auctorem allegat Freinshemius, patris Fabii, quem prope esse putabant, metum recessisse Samnites scribit, quia nimirum jam inde ab initio anni legatum fuisse filio patrem tradidit, et relictum

in urbe prælio non affuisse. At Fabii Rulli mentionem hoc loco facere non poterat Freinshemius, qui in iis quæ præcedunt alios auctores secutus, post cladem demum Romani exercitus, et Samnitium victoriam, legatum filio ivisse Rullum me-

adortus esset, recentium copiarum adventu a tergo circumveniretur, rerum supra spem felicitum successu contentus, motis castris iter alio convertit. Digressis hostibus, Romani quoque ad tutiora loca se receperunt.

4. Postquam ista Romam allata sunt, magis ignominia quam accepto detrimento mota civitas molestissime tulit, temeritate consulis effectum, ut bellum, quo diuturnius nullum fuerat, cum jam in exitu esset, nova spe repletis Samnitium animis, formidabilius iterum, quam a longo tempore fuisset, renasceretur. Neque tribuni modo plebis, quorum hae propriae artes erant, frequentibus ad populum concionibus invidia et odio cuncta repleverant; verum etiam apud Patres agitata re atroces sententiae dicebantur: factumque senatusconsultum est, quo 'certum ante diem Fabius consul ad dicendam Romae causam adesse' jubebatur. Venientem magna vis accusatorum adorta est: neque defendi factum quibat, et, quod unum maxime prodesse debebat reo, Fabii senis gratia, in contrarium verterat. Minus enim ignoscendum ei putabant, qui a praestantissimo viro genitus, et inter paternos triumphos educatus, non modo Romanum nomen, sed suae quoque familiae laudes, et partas a majoribus victorias, per tantam imprudentiam accepta clade fœdavisset.

Liv. Epit.
XII.
Dio apud
Valesium.

5. Exulcerati animi, et defensionem paranti reo vix aequas aures praebituri, Fabii patris insigni pietate primum, mox etiam oratione leniti sunt. Is enim veritus, ne propter rem male gestam filius ab exercitu removeretur, ab ipsa quidem culpa purganda penitus abstinuit; sed sua et majorum merita modeste commemorans, 'tam acerbam sibi jam seni, tam ignominiosam genti Fabiae notam' deprecabatur. 'Neque tamen se postulare, ut ceteris tot Fabiis, qui ab ipsis prope urbis primordiis Romanam rem virtute consilioque auxissent; ut trecentis etiam illis, qui rempublicam sua et tantum non universi nominis Fabii interneccione texissent, error unius condonetur; si immedicabilis ille sit, majusque commodum ex poena filii sui quam incolumitate proventurum esse videatur: se enim caritatem pa-

morat. Ideo videtur patri Fabio, quem Zonaras appellat, consulem alterum in sua narratione substituisse. *Crev.*

triæ affectibus aliis omnibus anteferre satis didicisse. Verum enimvero, quicquid in hoc adolescente metuendum fuit transactum est; bona autem, quæ mens illius indolesque, ac sub me non ineptissimo magistro, uti vobis visus sum, instituta et exercita virtus pollicentur, adhuc expectari possunt, nisi spem istam, non quidem iniqua, sed tamen intempestiva severitate præcidimus. Multis initio rerum gerendarum impegisse, ad prudentiam et cautionem profuit: qui erroris admoniti, mediocria saepe damna ingenti utilitate redemerunt.

6. ' Et nescio an non ad fortunæ potius invidiam, quam hominis cujusquam peccatum referri verius sit, quod et reipublicæ nostræ, et Fabiæ gentis diuturna felicitas mediocri detrimento castigata est: quanquam benevolentia magis hæc Deorum, quam invidia vocanda sit, cujus beneficio adversus exitiabilem superbiam, quæ res nimium secundas sequi solet, non tam damnosa civitati clade, quam ad documentum efficaci, conditionis humanæ admonemur. Quicquid id est, Quirites, mihi certe sinistri aliquid præsagebat animus, cum die comitiorum solícite vobiscum agerem, ne filium meum consulem faceretur. Cum enim patrem meum, avum, proavum, alios majores meos sapissime, adhæc meipsum quinquies hoc magistratu functum esse cogitarem, incipiebam vereri, ut eadem in gente summos honores continuari, vel Dii, vel homines, animo satis æquo paterentur. Atque utinam vel isto tempore preces meæ valuissent; vel vobis beneficium vestrum tueri placeret! ne quod honoris causa, me recusante, tribuistis filio meo, inauditæ hactenus ignominie occasio utrique fieret; vosque temeritatis argueremini, quos, si priorem de Q. Fabio sententiam alio judicio rescinditis, aut dedisse imperium sine causa, aut abrogasse, posterii credent.

7. ' At si mitiora decreveritis, et vestra vobis auctoritas, et Fabiæ gentis existimatio salva erit, errorque juvenilis, uti cum aliquo reipublicæ damno commissus est, ita majore cum ejus emolumento emendabitur. Sed quis spondere hoc ausit? Ego, Quirites; ego pro filio meo sponsorem me reipublicæ dabo: et, quod senatui populoque Romano, deinde nostræ domui felix faustumque sit,

Polyæn.
Strateg.
VIII. 15.

Val. Max.
IV. 1. 5.

Val. Max.
V. 7. 1.

consuli legatus ibo, particeps futurus omnis fortunæ, quam aut invenire dabitur, aut facere. Viget adhuc animus; neque, ut in hac ætate, virium corporis pœnitet: possum perferre militiæ labores, possum in acie stare, et, si nihil aliud, memoria veterum pugnarum terrere hostes, alacritatem augere nostrorum; et, quod caput est, possum adolescentiam consulis, quæ sola rerum secius gestarum causa est, regere consilio, et ætatis præfervidæ impetus senili cautione temperare. Nisi filii ingenium tenerem, eumque recte monenti morem esse gesturum confiderem, nollem in fine prope vitæ sine dedecore actæ, post tot consulatus ex sententia mea vestraque gestos, post ingentes victorias et illustres triumphos, tot annorum laboribus periculisque partam belli domique gloriam, unius juvenis inconsultæ temeritati corrupendam permittere.'

8. Huic orationi nec ad movendos præsentium animos pondus, nec ad sponsonem melioris eventus fides defuit. Summo omnium consensu legatione decreta, rebus omnibus intentissima cura provisus, non minore favore speque profectus consul est, quam paulo ante conviciis et indignatione redierat. In itinere deinde et castris nihil non ex disciplina veterisque imperatoris artibus curatum est: et socii, quos Q. Fabius pater multis beneficiis et virtutis admiratione devinxerat, ad omnia quæ imperabantur, præsto fuere. Milites etiam ipsi, delendæ ignominie cupidus, confisque consiliis ejus ducis, sub quo eandem illam gentem a se patribusque suis sæpe fusam fugatamque meminerant, copiam cum hoste confligendi dari votis omnibus desiderabant. Neque minores a recenti victoria Samnitibus animi erant: ita cum hi partum decus retinere, illi recuperare amissum niterentur, summis utrimque viribus concursus est.

Dio apud
Vales.

9. Et jam deteriore loco res Romana esse cœperat, consulemque ipsum dux hostium C. Pontius Herennius cum delecta manu circumveniebat; cum, animadverso filii periculo, Maximus in confertum Samnitium agmen admissis equo se intulit. Secutus est equitum globus, supra solitam alacritatem pudore accensus, si tot florentissimi juvenes animis et robore a sene vincerentur. Hic impetus totius prælii fortunam traxit. Sustinuere primum Roma-

Oros. III.
22.

næ legiones hostem, equitatus audacia animatæ, mox impulerunt; frustra obnitente Herennio, qui omnibus boni et ducis et militis muneribus eo die functus, dum redintegrare ordines, retinere fugientes, obsistere ingrumentibus tendit, neque inhibere fugam suorum potuit, et opportunitatem evadendi ipse amisit. Capta cum duce millia Samnitium quatuor: ad millia viginti prælium et fuga hauserunt. Etiam castra hostium in potestatem redacta sunt, cum ingenti præda, quam statim agri hostium late vastati, passimque expugnata, aut dedita oppida luculenter auxerunt. Tanta rerum commutatio accessione unius hominis facta est, ut paulo ante victor exercitus a victo cæderetur: et cum imperatorem, a quo fusus fugatusque consul fuerat, ipse nunc captivum abduceret, ingens populo Romano spectaculum, et ornamentum triumphi sui: quem anno sequente ad urbem reversus summa omnium voluntate impetravit.

Zonar.

Eutrop. 11.

Zonar.

10. Dum hæc a Fabiis in Samnio administrantur, etiam alter consul, D. Brutus, cui Falisci provincia evenerat, prosperis rebus usus est. Quippe adjutus a Sp. Carvilio legato, (nam et Bruto legatum adjungi placuerat,) viro bellorum et hostis gnaro, adversus quem superiore anno consul rem feliciter gesserat, et ceteræ Etruriae partem non exiguam perpopulatus est, et Faliscos occurrere ausos prælio vicit. His rebus in urbem nuntiatis, cum tempus comitiorum venisset, consulesque a rebus gerendis avocari parum e republica videretur, interregnum est initum.

Liv. xxvii.
6.

Liv. III.35.

Interrex L. Postumius Megellus, comitiis quæ ipse habebat, consul declaratus est: nullo ad eam diem exemplo, præterquam Appii Claudii, quod bonus nemo probaverat.

Dionys. ap.
Vales.

11. Sed Postumius ^c non minore arrogantia magistratum gessit, quam acceperat. Jam primum nobilitate generis, et tertio tum consulatu inepte ferox, collegam ejus anni C. Junium Brutum, plebeium hominem, ut se longe inferiorem, olim habebat despectui. Ut vero de provinciis agi cœptum est, neque comparare cum Bruto, neque sortiri voluit, administrationem Samnitici belli extra ordinem ^d poscens,

^c A. U. C. 461. A. C. 291. L. to Coss.
Post. Megello III. C. Jun. Bru-

‘tanquam sibi debitam,’ quod ‘duobus prioribus consulatibus res sese magnas adversus eundem illum hostem gessisse’ diceret. Multis in senatu contentionibus jactato negotio, cum C. Junius se hominem novum^d adversus gratiam et potentiam collegæ jus suum obtinere non posse videret, ad extremum, ‘ne discordia consulum bono publico fraudi esse, sponte se cedere’ testatus est.

Liv. IX. 41.
x. 33.

Suidas in
Πιστοθύμιος.
Dionys.

12. Premebat adhuc urbem agrosque pertinax contagionis malum; quod tertium jam annum expertis omnia, neque divina ope ulla, neque humana pelli potuerat. Igitur sive Sibyllinis ex libris, sive Delphici oraculi admonitu (nam hoc quoque traditur) decem legati missi sunt, qui Æsculapium ab Epidaurio, qua in urbe natus esse credebatur, Romam arcesserent. Quanquam enim perplexum satis responsum erat, neque providere eventum rei Patres poterant, obsequendum tamen Diis statuerunt; ipsos viam explicaturos esse rati, qua possent eorum fata procedere. Res inde mira dictu sequitur, sed multis fidisque auctoribus, ipsaque structura ædis, quæ tum in Tiberis insula facta dedicataque est, compertæ veritatis. Cum apud Epidaurios mandata legati Romani edidissent, excepti quidem benigne, sed quia parum liquebat quid concedi posset, ut ipsi deportarent, quicquid ex usu videretur, in templum Æsculapii deducti sunt.

Val. Max.
I. 8. 2.

Ovid. Met.
xv.

Pausan. II.
Ovid.

Val. Max.

13. Apud Græcos ferme locis apricis excelsisque numinis istius constitutæ sedes sunt. Epidaurii quoque quinque millibus passuum ab urbe distans templum habebant, celeberrima iis temporibus fama, donisque hominum, qui valetudinem credebant ibi recepisse, prædives. Huc adducti, dum ingentis molis simulacrum, Thrasymedis Parii nobili ingenio fabrefactum, admirantur, ingens repente serpens^e ex ipsis adytis prolapsus animos omnium horrore

Plut. Q.
Rom. 94.
Liv. XLV.
25.

Pausan. II.

^d C. Junius se hominem novum] Hunc C. Junium Dionysius quidem dicit fuisse τῶν νεωστὶ παρελθόντων εἰς γῶσιν. Sed hæc verba benigna interpretatione mollita possunt ita accipi, ut C. Junius ex ea domo ortus fuisse dicatur, quæ non ita pridem ad honores pervenisset. At vero

homo novus is est qui nullas imagines habet, cujus majorum nemo honores gessit. C. Junius autem patrem habuisse videtur C. Junium Bubulcum Brutum, ter consulem, censorem, dictatorem, et bis magistrum equitum. Crev.

^e Repente serpens] Qua arte

Auct. de summo et religione perfudit. Sacerdotes enim venerabundi,
vir. illustr. 22. ipsum in hoc angue numen esse, et nonnunquam hac
Ovid. Val. forma conspici, salutari semper ostento,' clamitabant.
Max. Biduo conspectus in templo serpens, deinde iterum recon-
Paul. Diac. ditus est: tertio die per medios spectantium venerantium-
Hist. Misc. que cœtus recta perrexit ad portum ubi Romana triremis
11. 11. stabat; quam ingressus, in tabernaculo Q. Ogulnii, qui
Val. Max. princeps legationis erat, multiplici spirarum orbe se com-
Liv. Epit. posuit. Ferebatur antiquitus fabula, eundem illum Æs-
XI. culapium, forma serpentis indutum, aliquando Epidauro
Auctor de Sicyonem mularum jugis deportatum fuisse, Nicagora
vir. illustr. Pausan. quadam, Echetimi uxore, deducente.

14. Læti ergo prodigio Romani, tanquam præsentem
Deum veherent, vela dedere, paucisque diebus interjectum
Auctor de mare permensi prosperrimo cursu Antium tenuerunt. Ibi
vir. illustr. cum inhorrescens mare navigationem impediret, prorepens
Ovid. ex navigio serpens, qui totum per iter quietus ibi se tenu-
erat, in vestibulum fani, quod ea urbe celeberrimum erat,
Val. Max. allabitur, eoque loco tres continuos dies exigit, magno cum
metu legatorum ne avelli inde non posset, quod toto eo
tempore ad consuetos cibos non reverterat; donec navigio
Ovid. redditum magna cum alacritate Romam detulerunt. Ad
spectaculum incredibilis rei tota effusa civitate, passim in
ripa fluminis quo subvehebatur positæ aræ sunt, accensique
odores, et victimæ cæsæ. Jam ad eum locum perventum
erat, ubi divisus modico intervallo Tiberis insulam efficit;
Sueton. cum relicta nave serpens eam insulam, quæ post Æscu-
Claud. 25. lapii vocata est, natatu petens, cerni ulterius ab homi-
nibus desiit. Patres delectum a Deo locum interpretati,
Liv. Epit. decreverunt, 'ut eadem in sede templum Æsculapio strue-
XI. retur.' Morbi, sive illa ope, sive quod alioquin desituri
Tabul. mar- fuerant, cessavere. Templum mox insignibus donariis, et
mor. apud hominum, qui remediis salutaribus ab eo numine se adjutos
Mercurial. ferebant, prædicatione nobilitatum est.
de Arte
Gymnast. 15. L. Postumius consul superbiam, in urbe adversus
1. 1. collegam suum exercitam, etiam in provinciam detulit.
Dionys. ap. Cum enim Q. Fabius Gurges, qui priore anno consul
Vales.

fieri hoc sine numine ullo Deo- Lucianus in Alexandro, sive
rum potuerit, egregie docebit Pseudomanti. Clericus.

fuerat, ex senatusconsulto proconsule res in Samnio gereret, scripsit ad hunc Postumius arroganter, excedere jubens provincia sua: 'se administrando ei bello sufficere.' Obtendente jussa Patrum Fabio, 'neque integrum sibi deserere negotium quod senatus imposuisset;' cum Romam nuntiata res esset, metus incessit, ne per discordiam imperatorum respublica detrimentum caperet. Quare mitti ad consulem legatos placuit, qui verbis senatus peterent, ut Fabium ad exercitum et in Samnio esse pateretur. Cum alias absurdum et præfractum fuisse responsum ferunt, tum etiam vocem adjectam singularis perviciacæ: 'Non se senatui, quamdiu consul esset, sed senatum sibi dicto audientem esse oportere.' Neve locutus esse ferocius, quam fecisse videretur, protinus dimissis legatis Cominium (eam tum urbem Fabius obsidebat) cum exercitu progreditur, si alia ratione amoliri æmulum non posset, bello certaturus.

Dio apud
Vales.
Dionys.

16. Fœdum spectaculum præbuisent hostibus Romana arma, si pari stoliditate, quam petebatur, resistere Fabius voluisset. Sed ille, natura et consiliis paternis moderatior, 'non furori consulis, sed utilitati reipublicæ cedere' præfatus, provincia excessit. Cominium post paucos dies a Postumio expugnatum est. Inde Venusiam ductus exercitus: hac quoque capta circumlatum ad alia oppida bellum: quorum complura, partim vi, alia deditone, in potestatem venerunt. Hostium in ea expeditione decem millia cæsa sunt: sex millia ducenti traditis armis fidei victoris se permiserunt.

17. Non erant spernendæ res quas bello gesserat consul, sed gratiam earum superbia contumaciaque corruperat. Itaque cum ad Patres missa epistola de rebus suis perscripsisset, Venusinamque urbem et agrum deducendæ colonix accommodatissimum esse monuisset; accepta quidem res est, sed præterito auctore victoriæ consiliique ab aliis deducta sunt colonorum millia viginti: (sic enim apud scriptores minime contemnendos reperio:) ingens numerus, et prope excedens fidem, nisi quod videri potest inter gentes indomitas, communi adversus Apulos Lucanosque præsidio, collocari validam manum placuisse.

Horat. Sat.
II. 1.

18. Ceterum importunitas **L. Postumii**, quemadmodum ipsi supra veteres offensas ingentem conflavit invidiam, ita **Q. Fabio** ad favorem omnium valde profuit: eique, postquam ad urbem venit, deque rebus a se gestis disseruit, triumphus haud aegre decretus est. Triumphavit proconsule de Samnitibus qui ‘**Pentri**’ cognominantur, Kalendis Sextilibus. Currum equo secutus est senex **Fabius**: quem non adiutorem magis victoriae, quam auctorem, spectantium deducennumque voces celebrabant. Ipse summam rei bene gestae gloriam ad consulem populi Romani trahens, sicuti nomine legati, sic etiam modestia utebatur; haud minori cum voluptate honores filii intuitus, quam cum adhuc parvulum in cursu suo circumtuleraat, cum ipse triumpharet. Ceterum praedae partem militibus consul dedit: reliqua in aerarium relata. **C. Pontius Samnis** in triumpho ductus, mox securi percussus est: vir acer et memorabilis, qui vim Romanam iis temporibus diu sustinuit, cladesque non contemnendas, sed ignominiam multo maximam ad **Caudinas Fureulas** intulit: quem aiunt dicere solitum: ‘Si in ea tempora natus esset, quibus munera accipere Romani didicissent, se illos diutius imperare non fuisse passurum.’ Ita tum fortuna civitatis non armorum magis industria, quam innocentia morum stetit.
19. **L. Postumius** interea non minus honoribus qui amulo concessi, quam qui sibi negati fuerant, fremens, per impotentiam animi, cum auctoritate Patrum contumacia certando, neque mederi acceptis vulneribus potuit, et ultro irritavit iras, quas modestia sermonum factorumque mitigare debuisset. Quippe non querelis adversus inimicos, non conviciis in ipsos ordines abstinens, quo Patribus aegre faceret, praedam omnem militibus distribuit, exercitumque, priusquam successor mitti posset, dimisit. Triumphum etiam contra voluntatem senatus actum, quanquam ad secundum ejus consulatum relatus sit, ad haec potius tempora pertinere crediderim: idque scriptores diligentiae fideique non postremae in historiis suis prodiderunt. Ob haec facta recentioribus odiis petitus est: eumque simul atque magistratu abiit duo tribuni plebis corripuerunt, die ad populum dicta. Praeter ea quae memoravimus, crimini
- Fasti Capit.
Plut. Fab. 43.
Dio apud Vales.
Val. Max. s. 7. 1.
Zonar.
Liv. Epit. xi.
Cic. de Off. l. ii, c. 21.
Dionys. ap. Vales.
Liv. x. 37.
Dionys.

dabatur, ‘quod priusquam paludatus ex urbe exiret, ex legionibus suis delectos milites, ad duo hominum millia, in agrum suum ad saltum repastinandum miserat: eosque in opere isto per multos dies detinuerat, immemor, non mancipia sibi, sed milites; neque ut suum agrum excoleret, sed ut publicum extenderet, datos.’ His criminibus accusatus atrociter, frustra tentata defensione, suffragiis omnium tribuum damnatus, eique lis ducentis millibus nummum^f aestimata est.

20. Jam P. Cornelius Rufinus, M. Curius Dentatus novi consules^g magistratum inierant. Hi, cum suis quisque legionibus, Samnium populationibus agrorum et ruinis urbium fæde vastavere; Samnitesque multis locis congregi ausos ingentibus cladibus ad pacem fœdusque petendum compulerunt. Cum enim tot præliis juventutem pleramque, capto autem C. Pontio, consilium etiam et ducem amisissent; missis ad consules, et horum assensu Romam, legatis, ut fœdus cum ipsis quarto renovaretur, impetrarunt: credo, Romanis etiam vincendo fessis, cupientibusque bellum difficile, ipsisque sæpe calamitosum, tandem aliquando certæ pacis tranquillitate componere. Illata primum Samnitibus arma M. Valerio tertium, A. Cornelio Cosso consulibus reperio: quæ ad quartos et quinquagesimos inde consules vario Marte exercita, aut fœderibus parum diuturnis suspensa, populum utrumque occupatum sollicitumque habuerunt.

21. An ex hoc bello triumphaverit Cornelius, in obscuro est: de Manio non ambigitur; cuius fortuna eo fuit illustrior, quod aliis subinde victis hostibus, bis eodem in magistratu triumphavit. Quippe Sabini, valida gens, et longa tum pace opulenta, sive precibus Samnitium et propinquitatis misericordia commoti, sive, victis vicinis, ad se quoque perventuro incendio volentes obsistere, armata juventute

^f *Ducentis millibus nummum*] Sestertios intelligi voluit Freinshemius, cum Dionysius habeat *πέντε μυριάδας ἀργυρίου*, id est, drachmarum quinquaginta millia. Sed Romanis nulladum signata erat ex argento pecunia. Itaque mulcta illa fuerit Postu-

mio dicta ‘quingentum millium æris.’ Porro asses 500000. sive drachmæ aut denarii 50000. sive sestertii 200000. æquant marcas argenti Parisienses 781. cum duabus unciis. *Crev.*

^g A. U. C. 462. A. C. 290.

- Romani juris loca quaedam invaserunt. Adversus hos egressus cum exercitu Curius, ut diduceret hostes, simul ne Sabinorum agri cladium bellicarum expertes haberentur, occultis itineribus copiarum partem misit, datis mandatis, 'ut quam latissime possent, terrorem ubivis vastitatemque facerent.' Ea necessitas, ad sua tuenda diversis abeuntibus agminibus, formidabile Sabini exercitus robur solvit, facilemque adversus dispersos victoriam consuli præbuit.
- Frontin. Strateg. 1.8. ne Sabinorum agri cladium bellicarum expertes haberentur, occultis itineribus copiarum partem misit, datis mandatis, 'ut quam latissime possent, terrorem ubivis vastitatemque facerent.' Ea necessitas, ad sua tuenda diversis abeuntibus agminibus, formidabile Sabini exercitus robur solvit, facilemque adversus dispersos victoriam consuli præbuit.
- Flor. 1. 15. 22. Hac expeditione usque ad Adriaticum mare perventum est : agrorum hominumque tanta vis in potestatem venit, ut celebrata deinde fuerit Curii vox, qui pro temporum illorum disciplina factis quam verbis promptior, cum explicare singula nequiret, 'Tantum,' inquit, 'agrorum cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum etiam hominum cepissem : tantum autem hominum, ut interituri fame fierent, nisi tantum cepissem et agrorum.' Sabinis pacem orantibus, veteris sub Tatio affinitatis memoria, et quia minime gravibus odiis certatum fuerat, etiam civitas, sed sine suffragio, data est. Consulatus, quem anno sequente^a M. Valerius Corvinus cum Q. Cædicio Noctua gessit, tenuis admodum ad nos fama pervenit : nisi quod sub idem tempus colonias deductas esse reperio Castrum, et Adriam, unde mari nomen,ⁱ et Senam in Gallico agro. Verumtamen nondum eo usque pacatis illis regionibus, magis est, ut accedam auctoribus aliis, qui coloniarum istarum originem ad inferiora tempora retulerunt.
- Oros. Flor. Auct. de vir. illustr. 33. explicare singula nequiret, 'Tantum,' inquit, 'agrorum cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum etiam hominum cepissem : tantum autem hominum, ut interituri fame fierent, nisi tantum cepissem et agrorum.' Sabinis pacem orantibus, veteris sub Tatio affinitatis memoria, et quia minime gravibus odiis certatum fuerat, etiam civitas, sed sine suffragio, data est. Consulatus, quem anno sequente^a M. Valerius Corvinus cum Q. Cædicio Noctua gessit, tenuis admodum ad nos fama pervenit : nisi quod sub idem tempus colonias deductas esse reperio Castrum, et Adriam, unde mari nomen,ⁱ et Senam in Gallico agro. Verumtamen nondum eo usque pacatis illis regionibus, magis est, ut accedam auctoribus aliis, qui coloniarum istarum originem ad inferiora tempora retulerunt.
- Flor. Velleius 1. 11. minime gravibus odiis certatum fuerat, etiam civitas, sed sine suffragio, data est. Consulatus, quem anno sequente^a M. Valerius Corvinus cum Q. Cædicio Noctua gessit, tenuis admodum ad nos fama pervenit : nisi quod sub idem tempus colonias deductas esse reperio Castrum, et Adriam, unde mari nomen,ⁱ et Senam in Gallico agro. Verumtamen nondum eo usque pacatis illis regionibus, magis est, ut accedam auctoribus aliis, qui coloniarum istarum originem ad inferiora tempora retulerunt.
- Liv. Epit. 21. tempus colonias deductas esse reperio Castrum, et Adriam, unde mari nomen,ⁱ et Senam in Gallico agro. Verumtamen nondum eo usque pacatis illis regionibus, magis est, ut accedam auctoribus aliis, qui coloniarum istarum originem ad inferiora tempora retulerunt.
- Vell. 23. Sed in urbe coercendis quæ increbuerant maleficiis novus magistratus institutus est, qui vinculis sontium servandis, et, cum animadverti oporteret, supplicio sumendo auctores atque moderatores præessent : triumviri capitales appellati. Legis a L. Papirio tribuno plebis eo de negotio lata hæc verba invenio : 'Quicumque prætor posthac factus erit, quei inter cives jus dicet, tresviros capitales populum rogato : iique tresviri, quicumque facti erunt, sacramenta exigunto judicanteque, eodemque jure sunt,

^a A. U. C. 463. A. C. 289.

ⁱ Unde mari nomen] Ambigitur, utrum ab hac Adria in Piceno, an ab alia in Venetis Adria,

mare nomen traxerit. Vid. Cellar. Geogr. Ant. lib. II. c. 9. Crev.

utci ex legibus plebei que scitis exigere, judicare, esseque oportet.' Quo capite mulctarum quoque exigendarum potestas ipsis data videtur: 'sacramentum' enim iis temporibus vocari solebat, quod pœnæ nomine pendebatur æs, quoniam illud ob sacrorum publicorum multitudinem, et angustias ærarii, sacrificiorum impensis destinari consueverat. Census quoque eo anno acti memoria non alia superest, quam quod civium capita ducenta septuaginta tria millia censa dicuntur. Principem senatus ab his quoque censoribus lectum fuisse Q. Fabium Maximum certa conjectura est, quod aliunde scimus ex ea gente continuum eum honorem tribus mansisse, ut Maximus acceptum ab Ambusto patre mox ad Gurgitem filium transmiserit.

Liv. Epit.
xi.

Plin. Hist.
Nat. vii. 41.

24. Interea, cum foris res satis lætæ essent, gravibus domi discordiis seditionibusque laboratum est. Plebs ære alieno oppressa novas tabulas flagitabat, rem veterem, et ab ducentis amplius annis varie jactatam, ut turbulentus aliquis tribunus ad commovendos multitudinis animos stimulum eum admoverat, aut improbitate fœneratorum populi indignatio exarserat. Sed sub prioribus aliquot consulibus morborum aut hostium metus remissiores in urbe contentiones fecerat. Q. Marcio Tremulo, P. Cornelio Arvina consulibus,^k deinde proximo anno,^l cum M. Claudius Marcellus, C. Nautius Rutilus magistratum gererent, majores aliquanto motus extiterunt: ad quos comprimendos, magis quam ullius alterius negotii bellive causa, dictatorem fuisse dictum existimem Appium Claudium, qui deinde Cæcus est cognominatus, quem dictatorem fuisse in antiquis monumentis reperio.

Liv. Epit.
xi.
Zonar.
Flor. i. 23.

Tabula marmor. apud Onuphr. in Fastos, et ap. Pigh. an. 461. Val. Max. vi. 1. 9. et Dionys. ap. Vales.

25. Sane præter acerbitatem iniquissimi fœneris, etiam nefaria C. Plotii libido ægris jam hominum animis, ut citius atque vehementius exardescerent, subjecit faces. Huic T. Veturius, filius ejus Veturii, qui consul ob turpe fœdus Samnitium populo deditus fuerat, cum ob calamitatem domesticam ad æs alienum compulsus solvendo non esset, in nexum se dedit lubens, omniaque servilia ministeria patienter executus est. Plotius adolescentulum, forma liberali, ex magna spe consularis familiæ ad infimæ fortunæ

^k A. U. C. 464. A. C. 288.

Delph. et Var. Clas.

^l A. U. C. 465. A. C. 287.

Livius.

sordes depressisse non contentus, etiam pudicitiam extorquere instituit, cui jam et rem familiarem omnem, et libertatem ipsam eripuerat. Deinde Veturium aspernantem, et quidvis potius quam tantum flagitium pati paratum, verberibus crudelissimis lacerat. Ille in publicum se proripiens, et ad consulum tribunal ab accurrente multitudine deductus, de intolerabili crudelitate et libidine creditoris queritur: et apparebant vibices, verberumque recentes notæ. Consules igitur, rem non negligendam rati, de ea retulerunt ad senatum: dictisque sententiis Plotius in carcerem duci jussus, omnesque per totam urbem, quotquot aris alieni causa nexi erant, lege de eo negotio lata, liberati sunt.

Dionys.

26. Non sum nescius, pro T. Veturio ab aliis Publium quendam, tribuni, qui inter Caudinæ pacis auctores fuisset, filium, memorari: sed et anno ante hæc tempora quadragesimo simillimam ob causam lex de nexis lata fertur.

Liv. VIII.
28.

Ceterum nihil vetat, ut plurium feneratorum ea improbitas fuerit; et priori lege, ut fit, etiam per debitorum patientiam inter angustias rei familiaris nihil recusantium, sensim neglecta, ejusdem exempli recens factum admonerit, ut in posterum ea de causa plenius atque diligentius caveretur. Sed populo non modo nexu, verum etiam fœnoris sævitia liberari cupienti, gratæ licet ultionis legisque impetratio non satisfacit. Verum, ut in morbis quibusdam acrioribus, remediorum diligentia cum mitigatus videri potest, magis accenditur dolor; non multo post adeo exulcerata res est, ut, cum tribuni plebis legem de novis tabulis summo nisu perferre contenderent, neque minoribus aut copiis aut animis a creditoribus resisteretur, plebes, exem-

Zonar.

Liv. Epit.
XI.

plo majorum urbe relicta, trans amnem in Janiculum montem secederet: obstinato consilio, nisi re impetrata, ad penates suos non redeundi.

Liv. Epit.
XI.

27. Cum parum adversus hæc opis in consulibus esset, (M. Valerium Potitum, C. Ælium Pætum * fuisse conjiciunt,) ad ultimum arduis temporibus remedium deventum est, ut dictator diceretur. Dictus est Q. Hortensius. Is, adhibitis quæ tempus et causa postulabat fomentis, cum eo

* A. U. C. 466. A. C. 286.

maxime distineri pacem civitatis intelligeret, quod scita sua contemni, legemque Publiliam sperni, plebs indigne ferret, quanquam multis reluctantibus, cedendum temporibus esse censuit: novaque lege in Æsculeto * lata iterum accuratius sanxit, 'ut, quod plebes jussisset, omnes Quirites teneret.' His aliisque lenimentis revocata ad concordiam et lares suos plebe, dictator, sive morbi subita vi, sive curis et laboribus oppressus, quod antea nemini contigerat, in magistratu mortuus est. Inde minor aliquamdiu ordinum in urbe dissensio fuit: sed imperii sensim deformata dignitas, cum plebe ad ambitiosorum hominum fraudes parum cauta, et, vel potestatis exercendæ causa, quibuslibet rogationibus accipiendis facili, multa sciscerentur, quæ reipublicæ decus, et ad extremum ipsa fundamenta convellerent: documentum insigne res regentibus, ne vulgus, si re familiari commoda uti possit, majora non cogitaturum, injuriis opulentiorum ad cupiditatem potestatis, qua uti non didicit, adigi patiantur.

28. Legem quoque de suffragiis circum hæc tempora latam esse crediderim, qua Patres in comitorum incertum eventum auctores fieri cogebantur. Hactenus enim eo jure utebantur, uti magistratum gerere non posset, cui populi suffragiis datus esset, nisi Patres auctores fuissent facti. Continebantur interdum hoc vinculo improvida plebis studia: et quanquam raro reprehenderent comitia Patres, tamen, quia jus ipsis erat, tanquam reprehensuri metuebantur. Tum vero ferente legem tribuno plebis Mænio populi quidem aucta potestas; sed eadem opera salubris et reipublicæ decora comitorum severitas debilitata est.

29. Q. Hortensio dictatore mortuo, creatum alium, quidam auctores sunt, rei gerendæ causa, Q. Fabium Maximum, cujus tertia hæc dictatura fuerit. Ei L. Volumnius C. F. C. N. Flamma Violens magister equitum fuisse dicitur. Bellum enim ea tempestate cum Volsiniensibus erat, Etrusca gente. Id opportunum fuit, ad exhauriendum quicquid in urbe novis rebus primum, ac superioris discordiæ nimium memor esset. Accessit etiam

* Æsculeto] Locus fuit æsculis consitus, intra urbem, ut apparet ex eo Plinii loco quem margino indicat. Tum enim 'sylvarum insignibus' urbs 'distinguebatur.' Id. ibid. Crev.

Liv. viii. 12.

Plin. xvi. 10.
A. Gell. xv. 27.

Aug. de Civit. Dei, iii. 17.

Liv. i. 17.

Cic. pro Planc. c. 3.

Cic. in Bruto, c. 14.

Pigh. in Annal. Rom. anno 466.

Liv. Epit. xi.

nova bellandi cum Lucanis causa: qui Thurinos, Italia,
 qua magna Græcia est, civitatem, prægraves accollæ
 multis injuriis ad fidem Romanorum confugere compule-
 rant: bellumque adversus Lucanos C. Ælio tribuno plebis
 rogante populus sciverat. Educti igitur exercitus, et
 utrobique res gestæ sunt, quarum memoria, cum auctorum
 qui eas perscripserant annalibus, amissa est. Thurini C.
 Ælio statuam et coronam auream dono dederunt. Consu-
 latus C. Claudii Caninæ, M. Æmilii Lepidi^m nulla re
 memorabili, quæ tradita reperiatur, insignis sequitur; nisi
 quod Etrusca et Lucana bella tum etiam gesta videntur.
 Manii etiam Curii de Lucanis reperitur ovatio: quæ et
 inter quatuor ejus triumphos, toties enim triumphasse
 illum invenio, numeranda est. Sed quo anno, quoque in
 magistratu aut imperio res eas gesserit, ignoratur.

Auct. de
 vir. illust.
 33.
 Fasti Capit.

30. Major inde moles et clade non contemnenda nobilis
 exorta est, bello cum Senonibus, Gallica gente, contracto.

Polyb. 11.
 19.

Hi sæpe bellum cum populo Romano, sæpe pacem habue-
 rant; jamque decimum ferme annum post cladem in agro

Liv. x. 29. Sentinati acceptam, cum Decio se devovente magnus
 eorum numerus cæsus est, quieverant; nisi quod juventu-

tem suam adversus Romanos mercede ab Etruscis conduci
 paterentur: tum vero majore cum manu, quam aliquot ab

annis suevissent, in Etruriam progressi, Arretium obside-
 bant. Arretini fœdus a Romanis et antea petierant: sed

Polyb.
 Liv. x. 37. eo negato, impetraverant inducias, quarum tempus nondum
 exierat. Ceterum major in eo spes erat venturi auxilii,

quod arma Gallica nunquam concuti sciebant, quin eam
 rem magnopere ad se pertinere Romani arbitrarentur.

Itaque missis in urbem legatis, ut sibi subveniretur adver-
 sus communem hostem, petebant. Interea se circumegit

annus,ⁿ quo C. Servilius Tucca, L. Cæcilius Metellus
 consules fuerunt. Pro Cæcilio Cælium annales quidam

memorant. Sed Cæliæ gentis inferior nobilitas ante annum
 ab urbe condita sexcentimum sexagesimum consularem

imaginem nullam habuisse creditur.

Sigon. in
 Fastos.

^m A. U. C. 467. A. C. 285.

ⁿ A. U. C. 468. A. C. 284.

SUPPLEMENTUM

LIBRI XII.

HISTORIARUM

T. LIVII PATAVINI.

1. **P. CORNELIO DOLABELLA**, Cn. Domitio Calvino consulibus,^o cum iterum Gallici belli terror se commovisset, multosque Tuscorum arma cum Senonibus sociare nuntiaretur, Arretinorum periculum sibi minime negligendum esse Patres censuerunt. Sed quia neque Dolabella ex Volsiniensi agro, neque ex Lucania Domitius exciri sine rerum gerendarum incommodo poterant; **L. Cæcilium Metellum** prioris anni consulem, tum prætura fungentem, ad Arretinos obsidione liberandos quamprimum coactis copiis exire senatus jussit. Ne tamen temere sumtum esse bellum videretur, præmitti legatos placuit, nuntiaturos ‘Arretium in fide Romanorum esse: justiusque facturos videri Gallos, quando fœdus cum Romano populo habeant, si adversus amicos atque socios juventutem suam conduci non patiantur.’ Hæc legatio cum pagos Senonum circumiret, Britomaridis quidam regii generis ferox adolescens, cujus pater inter Etruscorum auxilia cæsus a Romanis fuerat, insana vindictæ cupiditate flagrans, non homines modo comprehensos, sed et ipsa sacrosancti muneris insignia, minutatim dissecuit sparsitque.

2. Rei tam atrocis fama cum hinc in urbem, inde in castra Dolabellæ consulis accidisset, irritatis vehementer

Oros. III.
22.
Marian.
Scotus.
Polyb. III.
19.

Liv. Epit.
XII.
Polyb.

Appian.
apud Fulv.
Ursin.

Liv. Epit. animis, bellum Senonibus indictum est: statimque missos
 xii. fecit Etruscos Dolabella, magnisque itineribus cum exerci-
 Appianus. tu per Sabinum ac Picenum agrum ad fines Senonum
 contendit. Senones subito hostium incursu, et absente
 copiarum suarum robore, cum paucis et inconditis occur-
 rentes facile profligantur. Consul nullo dato victis spatio

Dionysius exurit vicos, ædificia omnia diruit, vastat agrum omnem:
 ap. Fulv. denique puberibus occisis, imbelli mulierum et puerorum
 Ursin. multitudine abducta, quam paucissima potest humani cul-
 tus vestigia in locis relinquit. Britomaris captus, et vario
 Appianus. cruciatuum genere tortus, ad triumphum servatur. Per

Hist. Mis- eosdem dies haudquaquam pari fortuna res apud Arretium
 cell. ii. 13. gestæ. L. Cæcilius prætor ante ipsum oppidum cum Se-
 Polyb. ii. nonibus Etruscisque adverso Marte confligit. Septem
 19. tribuni militum, multique præterea insignes viri cum ipso
 Aug. de prætore cæsi sunt: ex legionibus et auxiliis hominum mil-
 Civ. Dei, lia plus minus tredecim desiderata.
 iii. 17. 22.

Appianus. 3. Sed minor apud Gallos hujus victoriæ lætitia, quam
 cognito patriæ excidio luctus atque consternatio fuit. Con-
 tractis qui ubique per Etruriam militabant popularibus, ho-
 mines iræ ac doloris pleni, consilii speique inopes, cum sedes,
 quibus reciperentur, nullas usquam haberent, quasi fato
 quodam ad exitium eos trahente, Romam pergendi capiunt
 Eutrop. i. impetum: 'non aliter patriæ suæ vastatoribus rependi
 11. vicem posse, quam si urbem ipsorum simili clade affectam
 intueri cogerentur. Neque minoribus animis viribusque,
 causis etiam acrioribus, ab Arretio Romam petere, quam
 majores sui, ab ejusdem Etruriæ oppido Clusio profecti,
 eandem illam urbem occupassent.' His inter se vocibus
 instincti, ruunt: natura impatientes moræ, et tum, ut
 Appianus. incautos hostes opprimerent, etiam consilio properi. Sed
 per hostilem regionem ducentibus varia impedimenta ob-
 jecta sunt: spatiumque fuit, quo provideri adversus hunc
 tumultum posset.

4. Ita rejecti, dum per ignota et infesta omnia nulla
 certa destinatione vagantur, in Domitium consulem inci-
 dunt: protinusque cum eo conserunt manus. Sed adver-
 sus rationem atque disciplinam infelix temeritas fuit.
 Occisis in prælio multis, reliqui, desperatione atque rabie

accensi, ferrum, quod frustra in hostes strinxerant, suis corporibus admoverunt. Ita florentissimam modo nationem ob scelus interfectorum legatorum tam velox tamque vehemens ultio comprehendit, ut, aliquot mensium intervallo penitus excisa, inter gentes, quarum jura violaverat, numerari desierit. Nam et parvæ Senonum reliquiæ, quæ ad Boios, vicinam et consanguineam gentem, se receperant, eodem anno a Dolabella consule interneccione deletæ Flor. i. 13. sunt. Cum enim atrocitate cladum suarum, et ejusdem calamitatis metu, Boios Etruscosque concivissent, ad lacum, qui Vadimonis appellatur, pugna commissa, magnus Etruscorum numerus cæsus est, Boii perpauci effugerunt, Senonum omne nomen ita periit, ut nemo superesse putaretur ex ea gente, quæ Romam urbem incenderat. Sub Polyb. 11. 20. id tempus Senam coloniam deductam esse vero propius Flor. videtur; quo, Romanis universa regione potitis, nomen Polyb. 11. 19. Senonum in ea parte Italiæ funditus interiit. Plin. 111. 15.

5. Etrusci tamen Boiique, sequente statim anno,^p cum ex iis, qui puberes interea facti fuerant, exercitum supplementissent, iterum fortunam pugnae tentare sunt ausi. Tum igitur a Q. Æmilio Papo victos fuisse crediderim. Hujus enim et C. Fabricii consulatus primus eum in annum incidit, Papoque provinciam Etruriam obvenisse constat. Sed in plerisque annalibus, qui adhuc leguntur, rerum istarum memoria majorum interventu oblitterata est. Quod enim tot continuis bellis atque victoriis maxima virtutis et potentia incrementa Romanus populus quotidie caperet; adductæ in metum, quæ adhuc per Italiam sui juris erant civitates gentesque, maximum atque periculosissimum conflavere bellum: junctis, tanquam ad communes omnium hostes prædonesque opprimendos, consiliis et viribus. Neque differri arma visum est, donec adhuc Boiorum Etruscorumque reliquiæ distinendis Romanorum copiis sufficerent. Polyb. 11. 20.

Dionys. ap. Fulv. Ursin.

6. Primi Samnites, fracto rursus fœdere, cum Lucanis Bruttisque palam sociantes consilia, proruperunt. Sed Liv. Epit. XII. hos C. Fabricius consul compluribus præliis vicit: uno Dionys.

Plin. maxime memorabili, cum, Thurinam urbem iterum pre-
 xxxiv. 6. mente Statio Statilio, signis collatis dimicatum est; fusi-
 Val. Max. que magna cum strage hostibus, ipsa etiam castra expug-
 i. 8. 6. et nata captaque. Memoriae proditum est, cum strenue
 Ammian. castra defenderentur, scalas afferente quodam vasti corpo-
 Marcellin. ris juvene, Romanos animatos plenam victoriam reporta-
 xxiv. 15. visse. Casa dicuntur in prælio et castris hostium millia
 viginti: quinque millia cum ipso imperatore signisque
 militaribus viginti capta sunt. Postero die cum donaret
 eos consul, quorum insignis opera fuerat, vallaremque
 coronam ei se daturum dixisset, qui castra hostium primus
 transcendisset, quæsitus ingenti studio reperiri non potuit;
 si miles fuisset, ultro se oblaturus huic tanto honori.
 Creditum igitur vulgatumque est, Martem ipsum auctorem
 ejus operis causamque victoriæ fuisse: consulisque edicto
 supplicatio ei est habita, militesque laureati magna cum
 lætitia supplicatum ierunt.

Zonaras. 7. Conspirantes adversus Romanum populos nullis
 adhuc auxiliis publice Tarentini juverant: qui præcipui
 fœderis istius auctores, tamen aliorum laboribus quam suo
 discrimine lacessi Romana arma, bellique eventum præ-
 tentari, sapientius arbitrabantur. Sed minime diu tenuit
 ista dissimulatio, quin casu quodam insanæ plebis temeri-
 tatem provocante, civitatis consilia nudarentur. Jam tum
 ea Italiæ ora, consuetudine Græcorum, a quibus Tarentus
 ceterarumque urbium pars pleraque conditæ fuerant, deli-
 cius spectaculorum atque histrionum immodice gaudebat:

Strabo, l. præcipua Tarentinorum luxuria, quos adeo corruptis mori-
 vi. p. 280. bus egisse memorant, ut plures epulas ludosque solennes
 Flor. i. 18. recipere, quam anni dies essent. Forte in theatro majore
 Zonaras. juxta portum sito ludos spectabant; cum L. Valerius, (alii
 Appian. ap. Fulv. Ursin. Cornelium nominant,) duumvir navalis, decemque Romanæ
 naves portum introituræ se ostendunt: pernicioso utrisque

Zonaras. errore, cum ignari rerum omnium Romani tanquam amicum
 et hospitale litus peterent; Tarentini, conscientia vecor-
 des, classem hostili animo consilioque missam esse inter-
 pretarentur.

Appi nus. 8. Adest Philocharis, quem ob turpitudinem vitæ cives
 sui Thaidem appellabant. Is, veterum quorundam fœ-

derum illata mentione, fas esse Romanis negat Lacinium promontorium præternavigandi: 'obviam iri stolide ferocibus barbaris, superbiamque malo coerceri,' jubet. Acclamat temeraria multitudo, præ continua crapula non bene mentis compos. Hominiis fœdissimi de tanta re sententia omnium assensum accipitur: nec mora, decurritur ad arma navesque. Romani, nullam ad rem minus quam ad pugnam parati, fugæ se committunt. Sed celeriter insequentibus Tarentinis evadunt naves quinque: totidem a pluribus circumventæ in portum rediguntur: ex his deprimuntur cum ipso duumviro quatuor; una capitur: homines ætate et robore militari interficiuntur; cetera turba in servitutum venditur. Mox ab eadem animi levitate bellum Thurinis inferunt, criminantes 'eorum opera Romanum ea in loca venisse, qui, Græci cum essent, barbaram gentem, quam cognatos vicinosque Tarentinos, dubiis rebus defensores habere maluissent.' Urbs in potestatem redacta diripitur: ejiuntur principes: præsidium Romanum pacis incolumitate dimittitur.

Dio apud
Fulv. Ursin.
Appian.
Oros. iv. l.
Zonar.
Appian.

9. Romæ re audita, erat quidem pro magnitudine injuriæ non levis indignatio: sed bellum novum ea tempestate sumi non placuit. Legatio, quæ de injuriis quereretur, decreta, mandatque legatis, 'ut captos restitui, Thurinis res ablatas aut æstimationem justam reddi, exules reduci, rerum istarum auctores populo Romano deducere postularent.' More Græcarum urbium in theatro concionem populi cogere Tarentini solebant. Huc ægre admissi legati turbam ebrietate et otio lascivientem repperunt: nam tum quoque dies festus agebatur. Ibi cum legationis princeps L. Postumius verba facere orsus esset, ludibriis petulantissimæ multitudinis exceptus, multo etiam aciores odiorum causas retulit Romam, quam extulerat. Quippe tam contemptim habuerant eum, ut sermoni ejus de cetero quidem attenderet nemo; sed quoties aliquid ut ab homine Romano parum Græce prolatum esset, tota concio solveretur in risum; barbarum increpantes conviciarentur; cultum legatorum, nam togati aderant, exploderent; postremo etiam theatro extruderent, jura gentium nequicquam invocantes. Fœdum inde dictu, sed ad

Dio.

Liv. Ep.
xii.
Appianus.

Dio ap.
Fulv. Ursin.
Zonar.

Oros.

Dionys. ap.
Fulv. Ursin.

Dio.

Dionys.

licentiæ popularis coërcendam temeritatem utile exemplum traditur. Abeuntibus legatis inter confertam Tarentinorum turbam, quæ in ipso theatri exitu constiterat, scurra quidam Philonides (nam hoc quoque moribus suis corrupta civitas debet, ut celebrata sint annalibus scurrarum nomina, Tarentinorum principum ignorentur) sacra legatorum vestimenta, canis impudentis instar, urina respersit. Unius spurci et furiosi hominis ea noxa videri potuisset, nisi protinus agnovisset temulenta civitas, risuque et plausibus factum illud comprobantium totum theatrum insonuisset. Postumius hac voce edita, 'Accipimus omen, o scurra, quando et ea nobis datis, quæ non petimus,' conversus ad multitudinem, vestemque ignominia affectam ostentans, ubi redintegratis cachinnis etiam versus in populum Romanum contumeliosos cani saltarique videt, 'Ridete,' exclamat, 'ridete, Tarentini, dum licet: nam postea quidem large flebitis.' Iratis ad hæc Tarentinis, 'Et quo magis,' inquit, 'stomachemini, prædico vestem istam sanguine multo vobis eluendam esse.' Post hæc, nullo alio accepto responso, abnavigarunt.

Dio et Zonar.
Dionys.
Appian.

Dionys.

10. Jam Romæ magistratum oceperant L. Æmilius Barbula, Q. Marcius Philippus consules.⁷ His senatum habentibus, cum et prætextam (nam, uti erat fœdata, eam attulerant legati) cernerent, et ipsis exponentibus ceterum injuriæ tam multiplicis ordinem discerent Patres, commotis majorem in modum animis omnium, dubium non erat, quin armis vindicari contumeliam oporteret. Sed quia tot aliis adversus validissimas gentes bellis districtæ vires erant, statimne, an postea, contra Tarentinos mittendus exercitus esset, parum expediebant: multosque per dies ab orta luce ad occasum solis re in senatu disceptata, cum alii 'nihil tentandum priusquam ceteræ civitates, aut saltem quæ finitimæ Tarento essent pacarentur,' alii 'sine mora decernendum esse bellum' pugnarent; postremo numeratis sententiis senatusconsultum factum est, 'ut de bello Tarentinis inferendo ad populum ferretur.' Id cum populus consensu jussisset, ad Æmilium consulem, qui jam in Samnium ad exercitum profectus fuerat, scriptæ

⁷ A. U. C. 471. A. C. 281.

sunt literæ, ‘ut omissis præsentibus castra in Tarentino Appianus. agro poneret, et, nisi de illatis injuriis satisfaceret populus Zonaras. Tarentinus, eum justo pioque bello persequeretur.’

11. Tarentini, non amplius cum paucis et inermibus hominibus, sed instructo exercitu negotium sibi futurum esse cernentes, tanquam ex diuturna crapula expergefacti, jam serio quid faciendum esset consultabant: bellum Appianus. accipere periculosum; imperata facere servile videbatur: neque vitari utrumque poterat. Variantibus igitur sententiis, exurgens quidam, ‘Quid frustra dies altercando terimus,’ inquit, ‘Tarentini? Venerunt tempora, quæ facta magis quam verba postulent: sed ad quæ ex usu publico administranda consiliis rectis opus sit, et ore libero. Neque sane moveor, quod antehac communi quodam liberarum civitatum morbo, dictis ad gratiam Eclogæ ex Diodori lib. compositis, etiamsi crebro nocerent, estis oblectati: tum xx1. enim, ut fit inter res prosperas, quid potissimum reipublicæ conduceret, parum animadvertebatis. Jam autem in finibus nostris exercitus Romanus, et ante ipsas portas hostilis terror est: eo magistro profutura jucundis facile discetis antepondere.

12. ‘Neque sic accipiatis, tanquam exprobraturus præterita surrexerim: nam veterem quidem culpam intempestive objicere, inimici et alienis erroribus petulanter insultantis animi est: probi viri et salutis communis studiosi, peccata civitatis tegere, aut excusare maluit, nisi quoties ad calamitatem publicam amoliendam præteritarum offensarum recordatio grande momentum habet. Nam ab errore quidem omni, homines cum simus, immunes haberi velle, nimium et superbum: sed ad eundem lapidem crebro impingere, neque saltem eventu temeritatem castigante ad cautionem erudiri, id vero jam vix bene humanum est. Ad unius hominis vocem naves Romanas depressimus: mox Thurios, cognatam gentem, hostilibus odiis vexavimus, quod ab Romanis defendi, quam a Lucanis Bruttiiisque diripi maluerunt: legatos Romaorum per turpem dictu contumeliam violari tulimus. Bellum igitur, quo carere potuimus, et grave bellum, et periculo- Flor. I. 18. sum, et improvisum, alienissimo tempore nostro attractum

est. Denique jam in agro Tarentino Romana castra sunt : et nos adhuc incerti omnium, bellum formidabile an pacem indecoram satius sit accipi, deliberamus.

13. ' Atque utinam nunc demum obliti blanditiarum, obliti privatorum commodorum, dignitatem utilitatemque publicam spectantes in commune consuleremus! Esset unde vel fœdera honeste, vel arma tuto sumerentur. Nunc in duas vos abire partes, et propemodum factiones video, non judiciis, aut ex conditione rerum sumto consilio; sed suis quisque causis ducitur. Cur enim tam paucos juvenes et pauperes in ea sententia esse video, quæ pacem laudat? aut cur nemini fere divitum et seniorum bellum placet? An alia tam æqualiter divisæ civitatis causa est, quam quod hi rebus quietis fœnore suo agrisque frui volunt; illi, si bellum conflatum sit, in imperiis, aut ex licentia prædæ compendium sperant? Etiam olim hoc morbo laboramus, neque a longo jam tempore respublica nostra hominibus caruit, qui domesticas opes augere studerent, etiam cum periculo et detrimento civitatis.

14. ' Quibus omnibus occurrere poteritis rectissime, (dicendum enim est quod ex præsentibus utilissimum esse censeo,) si neque pacem ematis ea conditionum vilitate, quæ jura liberæ civitatis minuat, neque vestras tantummodo vires belli tam difficilis terroribus opponatis. Sape a majoribus copiarum nostrarum imperium externis ducibus commissum est. Archidamum, Agesilai filium, postea Cleonymum, mox Agathoclem, Peloponneso aut Sicilia evocavimus. Memoria nostra, cum finitimorum armis infestaremur, Alexandrum Epirensem patres nostri acciverunt. Eo consilio non solum ipsi commodis rebus usi sunt, sed etiam nobis florentes reliquerunt. Est eadem hodie inter nos et Epirotas amicitia: neque illi hodie exercitu ac duce minus valent. Et recens beneficium nostrum Pyrrhus habet, quem Coreyraeos oppugnantem jûsta classe juvimus. Ergo non meum hoc, sed, qui ante nos rempublicam hanc felicissime rexerunt, hominum sapientissimorum consilium esse existimatote: quod vel ideo sequi debetis, quia in priore exemplo quasi totam ejus rationem cum eventu ipso perspicere potestis.

Zonar.

Diodor.

Appian.

Strabo, l. vi.
p. 280.

LIV. VIII.
24.

Pausan. l.
1.

15. ‘Sed tamen etiam alioquin argumenta magna sunt et evidentiâ. Nemo inter nostros ita excellit, ut ei æquo animo parituri sint ceteri: quæ vero sint æmulationis pericula, quoties acri et potente cum hoste res est, scitis. Et quemcumque faceretis imperatorem, vel nimio pacis studio, vel cupiditate gerendi belli, detrimentum vestris rebus afferre posset. Taceo adversum Romanos, gentem armis induratum, non quolibet duce bellum tuto geri. Verum enimvero, quemadmodum nemo dubitat, virtute et consilio militari ante Pyrrhum nemo est. Sed venire forsitan nolet. Immo vero, quia rerum gerendarum cupidissimus bellum in præsentia nullum aliud habet, non modo veniet ipse lubenter, sed etiam adducet copias validas et præfiorum non rudes. Et ne ab ipso libertati nostræ metuamus, iis cum eo conditionibus transigetur, quibus respublica in tuto sit. Hac ratione fiet, ut bona cum spe sumere bellum, et vel impetrare pacem commodam, vel etiam dare gloriosam possimus: quanquam hoc potius eventurum non improbæ spei est, ut prius Romani nobiscum æquis legibus transigant, quam hoc rerum statu Pyrrhum accipiant in Italiam, qui quondam ex eadem Epiro minoris aliquanto gloriæ potentiæque regem tinuerunt.’

Plut. in
Pyrrho, 25.

16. Hoc consilium non eo tantum vicit, quod publicæ salutis viam haud aspersionem aperuisse videbatur; sed etiam contrarias in opiniones divisa concione, cum neutra pars, obsistente altera, pertendere posset, quod proximum erat, sententiam, quæ media quodammodo videbatur, universi prætulerunt. Ferunt, vulgato per civitatem rumore, decretum de Pyrrho acciendone factum esse, Metonem quendam, hominem frugi, sumpta corona marcida et facula, ebriorum more, cum tibicina theatrum intravisse: populum Tarentinum, solita lascivia, jussisse, ‘ut progressi in medium, ille voce, muliercula tibia canerent.’ Tum Metonem, facto silentio, dixisse: ‘Bene facitis, Tarentini, quod saltandi canendique copiam præstatis quibus libet: nam Pyrrho in urbem admissus vix erit, ut liceat amplius nostro nobis arbitrato vivere.’ Moto ad hæc populo, atque orto murmure, veriti qui auctores injuriarum adversus Romanos

Plut. in
Pyrrho, 26.

fuerant, ne pacificis consiliis valentibus ad supplicium ipsi dederentur, increpito vulgo, 'quod ab homine temerario tam indigne derideri pateretur,' impetu facto, Metonem theatro exegerunt. Ita, nemine deinceps adversante, decretum ratum fuit.

17. At Romanus consul, cum nihil ab Tarentinis pacati responderetur, præterea mitti ad Pyrrhum legatos cum muneribus accepisset, ad belli consilia conversus, agrum populatur, oppida alia pugnando, alia deditioe capit, damno ac terrore complet omnia. Mittuntur etiam ad prohibendas injurias ab Tarento copiae: fit conflictus acer: sed superiore Romano, multis suorum amissis, Græci in urbem compelluntur. Æmilius regionem omnem impune vastat uritque. Territis ea clade Tarentinis, ut multitudo, quanto secundis rebus insolentior, adversis tanto impensius in timorem præceps est, Agidi, qui Romanæ amicitiae retinendæ perpetuus auctor fuerat, imperium permittitur. Cupiditatem spemque pacis auxerant ex principibus quidam ab Romano duce dimissi, qui humanitatem ejus, et ceteros etiam Tarentinos superiore prælio, aut per agros passim exceptos, indulgenter atque benigne haberi, prædicabant.

18. Sed mutavit animos erexitque Cineæ fiducia, cum auxiliariis copiis ab Epiro venientis. Namque Pyrrhus ingens animi, et Magni modo Alexandri æmulatione vastissimum imperium spe complexus, ipsis quasi fatibus invitantibus, ad perficienda quæ destinasset pandi sibi viam credebat. Confirmatum etiam oraculi Delphici voce narrant, ambigui quidem sensus, et utramvis in partem facilis flecti, sed quod interprete cupiditate rex pro certo et secundo acceperit: quippe de belli quod suscepturus esset eventu consulenti redditum responsum ferunt: 'posse eum Romanos vincere.' Sed plus, opinor, animorum dabat Tarentina legatio, quæ ex sua civitate, Lucanisque, Messapiis, et Samnitibus, ceterisque populis, qui eodem fœdere tenerentur, facile viginti millia equitum, trecenta quinquaginta peditum conscribi posse attulerat. His igitur copiis si Romanos in ordinem rede-gisset, haud magno negotio ceteræ Italiæ dominationem se adepturum sperabat. Inde

Zonar.

Oros. iv. 1.

Zonar.

Justin.
xviii. 1.Aug. de
Civ. Dei,
iii. 17.Ennius ap.
Cic. ii. de
Divinat. 56.Plut. in
Pyrrho, 27.Justin.
xviii. 1.
Plut.

brevis in Siciliam trajectus ostentabat insulam, Agathoclis excisa domo, vacuum et discordem: quam etiam hæreditario jure, quod ex Lanassa filia Agathoclis liberos susceperat, suæ domui posse vindicari rebatur. His ex sententia confectis Carthaginem bello erat petiturus.

19. Fama est Cineam, præstanti sapientia virum, quo immodicas régis cupiditates, paratamque felicitatem præsentibus bene utendi turbaturas, ipsius quoque confessione coërcendas esse ostenderet, 'quid devictis Romanis agere constituisset,' interrogasse. Atque illo subinde alias ex aliis victorias nascituras esse demonstrante, subjecisse: 'Quid igitur confectis istis omnibus acturi sumus?' 'Tum vero pacis et otii bonis affatim fruituros' respondente, excepisse Cineam: 'Quid igitur vetat, o rex, quin statim iis fruamur, cum præsto sint; novis autem bellis suscipiendis corrumpi penitus amittique possint?' Sed Pyrrhus, iterata Justin. Ecl. ex Diodori lib. xxxii. legatione Tarentinorum, et ambitione sua victus, 'patrium esse' respondit 'Epirotis, non pro se tantum, sed etiam pro sociis et amicis bella capessere.' Ceterum tegendo interiori consilio suo, cum legatis anxie pepigit, 'ut lato ipsis auxilio statim rediret domum, neque diutius, quam Zonar. necessum esset, ab iis in Italia detineretur.'

20. Inde confestim ad bellum apparandum ingenti studio versus, navium longarum magnum numerum complevit; Pausan. l. alias præterea, quibus equi virique transportarentur, adornavit: plerisque legatorum Italicorum, quo sub specie Zonar. honoris obsidum vicem retineret, in delectu agendo copiisque conducendis usus, ceteros cum tribus armatorum milli- Plut. bus, addito qui præesset Cineæ, Tarentum præmisit. Horum adventu spes pacis abrupta, abrogatum Agidi imperium, et uni eorum, qui ex legatione redierant, decreto populi datum est. Neque multo post missus a rege Milo Zonar. Tarentinam arcem firmavit præsidio, murorumque custodiam et tutelam sibi depoposcit: gratulante imperita multitudine, quod penes peregrinos molestiam et labores esse, sibi otium cum securitate relictum existimabat: annona igitur militibus, pecunia Pyrrho, alacriter decreta.

21. Interea L. Æmilius transmarini militis adventu Frontin. Strat. l. 4. cognito, quo tutioribus locis hibernaret, exercitum in

Lucaniam transducere instituit. Erat iter per angustos quosdam calles, quos ab altera parte præruptæ inviaque rupes, ab altera mare, claudebant: et intellecto ducis Romani consilio Tarentini naves scorpionibus et ballistis instructas admoverant littori, militemque per arcus et obnoxios tramites incedentem missilibus impetebant. Emilius viam virtuti negatam astu explicuit, captivis, quos in ultimum agmen rejecerat, latera prætexens ordinum, quæ periculo patebant. Horum misericordia Tarentini, dum suos ferire metuunt, etiam hostibus pepercerunt. Hæc ferme eo anno ad Tarentum gesta. Romæ vero C. Fabricius Luscinus, qui in consulatu suo Samnites Bruttiosque et Lucanos præclare vicerat, triumphans Capitolium ingressus est. Eundemque honorem non ita multis post diebus Q. Marcius consul obtinuit, ex Etruria, rebus ibi prospere gestis, reversus. Quæ cum causa, bello Etrusco nondum finito, ex provincia revocaverit, tempore alieno, (nam Fabricius A. D. 111. Nonas Martias triumphavit) non traditur: ego accitum a senatu conjicio, qui tum expectatione Pyrrhi sollicitus præsidia undique conquirebat.

Zonar.

Fasti Capit.

Oros. iv. 1.

Aug. de
Civ. Dei,
111. 17.Ennius ap.
A. Gell.
xvi. 10.

22. Nam et eo primum tempore, cum, tanta undique belli mole coorta, imperium pluribus exercitibus defendi oporteret, proletarii, quibus antiquitus vacatio militiæ fuerat, sacramento rogari cœpere: arma, quæ parare per inopiam non poterant, publicæ data; ut, legionibus alibi occupatis, hæc manus per globos in muris foroque disposita, stationibus et excubiis urbem tueretur. Neque tamen his consiliis averti potuisset imminens clades, nisi fortuna urbis imperaturæ periculosissimis temporibus ingentes viros reservasset, ac nescio an maximos omnium, qui unquam in ista civitate fuerint, non ita divitiis et splendore generis, quam contemptu opum, et a virtute nobiles. Hæc enim ætas Curios, Fabricios, Coruncanios tulit: nullarum imaginum aut facultatum viros, sed amplissimæ gloriæ, quam rectissimi exempli homines, summo rei militaris usu, parique morum innocentia, pepererunt: utrobique salutare patriæ, quæ adversus regem ambobus metuendum non magis opus habebat viris, qui ferrum hostile retundere possent, quam qui aurum contemnere.

23. Pyrrhum interea vere non expectato peditum duo et viginti millia, tria equitum adducentem, elephantos præterea viginti, et funditorum sagittariorumque modicam manum, orta in medio cursu tempestas ita jactavit, ut ab extremo periculo minimum abesset. Classe disjecta, pluribusque navigiis afflictis, cum etiam prætoria navis laboraret, in mare se dedit Pyrrhus, et maximo cum labore vix tandem enatavit. Corporis tamen male habiti ægritudinem animi robor sublevabat, et cura Messapiorum, qui suum in littus ejectum omni studiorum officiorumque comitate coluerunt. Eorundem opera navibus quibusdam, quæ procellæ vim evaserant, adductis, pauci equites cum duobus elephantis et minus duobus millibus peditum collecti. Cum hac manu Tarentum processit: obviam egresso cum militibus suis, regemque deducente Cineæ. Magnis Tarentinorum gratulationibus exceptus, paucos dies quieti dedit: quo spatio cum civitatis mores ita comparatos esse cerneret, ut his obtinentibus, neque servari a quoquam possent, et ipsos quoque defensores suos pessumdaturi essent, dissimulavit in præsentia. Sed ubi paulatim convenientibus quæ dispersæ fuerant navibus copias idoneas habuit; gymnasia et porticus, in quibus otiosa juvenus dies totos obambulando nugandoque consumebat, occlusit: epulas compositionesque vetuit: solennia ludorum ex intemperantissimo usu ad justam mediocritatem reduxit.

24. Post hæc delectum juniorum severe egit: monitis, ut solebat, conquisitoribus suis, 'grandes eligerent, se eos fortes redditorum.' Hos manipulis suorum permixtos, ne seorsim habiti seditiones agitent, eadem duritia et severitate disciplinæ exercuit; capitis pœna infrequentibus proposita. Qui vero in armis non essent, eos majorem diem partem in foro agere coëgit. Quarum rerum insolentia, homines inter pudendas delicias nati educatique mirifice angebantur, 'servitutem' appellando, si perire socordia et luxuria cupientes salvi esse cogerentur. Onerabat invidiam satellitum quorundam regionum intemperies, qui suo arbitrato hospitia deligentes, etiam invitis et reluctantibus dominis occupabant, parique deinde licentia inter uxores eorum liberosque versabantur. Ergo fastidio præsentium

Zonar.

Plut. in
Pyrrho, 31.Frontin.
Strat. iv. 1.
Zonar.Appian. ap.
Vales.
Zonar.

Plut.

Appian.

multi relicta urbe in agros emigrabant : donec id quoque clausis portis appositi custodes prohibuerunt.

Zonar.

25. Tum vero Tarentini se pro socio dominum accepisse sero intelligentes, quod unum poterant, per indignationem et questus sortem suam miserabantur, aliquanto liberius, ubi per aliquam idoneam causam convenientes, præter solitos animi affectus, etiam vino incaluissent. Ne-

Val. Max.
v. 1. 3. ext.

que deerant qui ad Pyrrhum referrent : accessitque nonnulli quod inter convivium parum honorifice de rege locuti esse arguerentur. Sed horum quidem periculum cujusdam

Plut. in
Pyrrho, 16.

inter eos simplex et ingeniosa confessio discussit : ‘ Et hæc diximus,’ inquit, ‘ et longe graviora dicturi fuimus, nisi vinum defecisset.’ Ibi Pyrrhus, ut qui vini quam hominum eam culpam videri mallet, arridens dimisit eos. Ce-

Zonar.

terum diffusus civitatis moribus animisque, ut quemque plurimum apud Tarentinos auctoritate consilioque pollere

Justin.
xviii. 1.

animadverterat, causis repertis structisve, ad filium Ptolemæum (quem discedens ipse regno præfecerat annorum

Zonar.

quindecim adolescentem) ablegabat : alios per occultas insidias de medio tollebat : erant quos, affectata humanitate complexus, inter familiarissimos haberet, quo populo suspetiores fierent. In his Aristarchus erat, vir inter primates amore civium et eloquentia excellens. Hunc, quia nihilominus in magna apud multitudinem gratia esse cernebat, per causam certi negotii navigare in Epirum jussit. Aristarchus, cum refragari regis imperio, præsentis exitii, obedire, non quidem æque velocis, sed tamen æque certi videretur, conscensa navî paulum provectus, flexit cursum ad urbem Romanam, et receptus in fidem de rebus multis magnisque senatum largiter edocuit.

26. Dum hæc Tarenti Pyrrhus administrat, nihilo segnius ad bellum gerendum apud Romanos delectus ageban-

Dio apud
Fulv. Urs.

tur, cogeantur pecuniæ, misso ad socias civitates C. Fabricio, qui auctoritate gratiaque sua deterreret a studiis

Zonar.

rerum novarum : quidam, quorum suspecta levitas erat, etiam præsiidiis in opportuna loca impositis, in fide retinebantur. Quicquid enim ubivis injuriæ acceptæ persuasione ægrum, aut cupiditate novandi turbidum erat, id

Dio.

omne tot adversus unam gentem conspirantium populo-

rum robur, et bellicosissimi regis expectatio commoverat : quo intentiores Romani, capita seditionum mature opprimendo, securitati suæ providebant. Eo tempore casus Prænestinorum principum memorabilis fuit : qui nocte jam ingruente cum adducti Romam essent, custodiæ causa conclusi sunt in ærario publico, tum demum intellectis fallacis oraculi ambagibus, cujus fide popularibus suis, ad defectionem eos impulsuri, sæpe spoponderant, in fatis esse, ‘ uti Romanum ærarium a Prænestinis occuparetur.’ Solicitos Patrum animos (nam et Fabricium a sociis retineri audiverant, ut eo pignore suos ab Romanis incolumes reciperent, et ad Etruscos, ad Umbros, ad Gallos contra populum Romanum incitandos, legatos mitti) nova insuper cura oppressit rei cum facto ipso atrocis, tum formidabilis exempli, ne apud omnes Italos alienissimo tempore Romana fides in suspicionem et odium adduceretur.

27. In extremo Italiæ littore contra Siciliam Rhegium est, Græci nominis, temporibus illis florens et opulenta civitas. Ea cum adventu Pyrrhi magnum et terribile bellum cerneret consurgere, præterea classibus Carthaginiensium in illo mari vagantibus terretur ; diffusa viribus suis, accessendum a Romanis præsidium existimavit. Missa sunt militum millia quatuor, ex Campaniæ coloniis scripta manus, et inde legio Campana appellata, tribuno militum Decio Jubellio deducente. His ab initio quidem neque fides in defendenda urbe, neque diligentia defuit. Deinde, quia belli propinquus metus nullus erat, paulatim otio et Græcæ consuetudinis imitatione in luxum resoluti, præsentemque copiam cum dura et laboriosa vita, quam eousque egerant, comparantes, opportunitatem urbis, et incolarum felicitatem, sermone cupiditatis et invidiæ pleno, in circulis et hospitiiis suis agitare cœperunt.

28. Delectabatur eo facto Decius, qui et ipse pari ve- cordia ductus sceleratum occupandæ urbis consilium primum animo conceperat. Favebat occasio præsentis belli, quo sciebat ita distringi Romanos, ut Rheginam rem curaturi non essent : et in adverso littore Mamertinos, exemplum simul felicitis sceleris, et similis perfidiæ haud dubios

Zonar.

Dio.

Polyb. 1. 7.

Liv. Epit.

XII.

Liv. XXVIII.

28.

Polyb.

Dio et Ap-

pian. ap.

Vales.

Polyb.

propugnatores, præterea communis patriæ necessitudine junctos, intuebatur. Nam et hi ex Campania oriundi, cum superioribus annis inter Agathoclis auxilia stipendium fecissent, a Messeniis pro amicis excepti, civibus trucidatis aut ejectis urbem occupaverant, domosque et conjugia miserorum inter se partiti fuerant. Etiam veterum Campanorum subibat memoria, qui Capuam possederunt, simili latrocinio Tuscis ademptam.

29. Cum res satis placeret, ea consultatio supererat, quonam modo facinus impune patraretur, neve, ut in urbe populosa, pauciores a pluribus circumventi cæderentur. Confinxit epistolas tanquam a Rheginis ad Pyrrhum scriptas, ut præsidium Romanum ei proderetur. Vocantur secreto milites: epistolæ, quasi interceptæ, recitantur: queritur acerbe de perfidia Rheginorum Decius: ex militari multitudine quidam, ad hoc præparati, succlamant, 'armis expediendam salutem, et exitium, ipsis destinatum, in auctorum capita vertendum esse:?' adest etiam ex compacto, qui nuntiet, 'in Rhegino littore classem Pyrrhi conspectam esse, et secreta colloquia habita.' Miles, supra priorem animi cupiditatem, etiam perfidia hostium et periculi metu accenditur. Consensu omnium in hanc sententiam disceditur, 'ut ignari imparatique oppidani opprimantur: cæde virorum facta, fortunæ publicæ privatæque omnes legioni cedant.' Fit facinus indignum et atrox. Decius quosdam ex principibus ad cœnam vocatos inter sacra hospitalis mensæ obruncat: alii passim in domibus suis trucidantur: majori parte Rheginorum interfecta, ceteri patria ejiciuntur, ab iisdem illis, quos paulo ante, ut cum patria servarentur, amicorum atque sociorum nomine in eam acceperant.

30. His patrat, nova fit publicæ rei forma: ædes atque facultates miserorum tanquam hostilis præda inter latrones dividuntur: cæde adhuc recenti, matronæ virginesque maritorum atque parentum suorum interfectoribus nubere coguntur: jura nomenque Rheginæ civitatis crudelis et perfidiosa legio sibi vindicat. Sed bene consulit mortalium generi Deus, quod plerumque scelerum insignium exempla, eadem et vindictæ illustris documenta

Polyb. Dio.
Diodor.
ap. Vales. l.
xxi.

Dio apud
Vales.

Strabo l. vi.
p. 258.

Diodor. ap.
Vales. l.
xxii.
Oros. iv. 3.
Diodor.

sunt: ne quis magis successu maleficiorum animari ad paria consilia possit, quam exitu eventuque deterreri. Adeo veræ felicitati cum facinorosis non convenit; neque ulla certior est insania, quam existimare scelere quenquam fieri beatiorem. Ut enim quæ post hanc vitam manent supplicia, quæ maxima sapientes esse sciunt, nulla putentur, (solet enim hominum incredibilis stultitia vix iis habere fidem quæ vident, nedum ut inexpertis moveantur,) attamen etiam cum prosperrime procedunt omnia, interno vulnere lacerat animum delictorum conscientia: viventium nomen, mortuorum memoria, apud homines in odio et detestatione est: ac plerumque idipsum quoque, quod fœdissime partum, laboriosissime retentum est, non Deo, non hominibus inulta scelera diu patientibus, ingenti cum dolore eripitur.

31. Juvat hic referre breviter Decii Jubellii ceterorumque furoris ejus participum pœnas, quæ quidem earum temporibus his connexa sunt: nam extremum exitum, interea variis casibus torti, decimum in annum distulerunt, ut in tempore memorabimus. Igitur prædonibus istis non diu lætæ, aut etiam inter ipsos tranquillæ res fuere. Metum a Romanis et Pyrrho utcumque, præter occasionem temporum, Mamertina societate propellebant, et consilio neutros lacessendi. Hoc enim tutissimum visum ex præsentibus, inter initia sua, dum ex violenta et subita origine nova civitas coalescit, abstinere bello: quod neque adversus regem se tuto sumtuos esse videbant; et promptiorem sperabant a Romanis veniam, si contra ipsos arma non tulissent. Prima dissensionis causa, ut inter latrones oportuit, ex iniqua divisione raptarum rerum orta est. Ejectus per seditionem Decius Messanam confugit: qui Rhegii erant milites, scribam ejus M. Cæsium imperatorem legerunt. Eodem honore Decius, cum pecuniam secum grandem attulisset, a Mamertinis auctus est; neque læta sibi, neque diuturna fortuna.

32. Nam evenit, ut oculorum gravi ægritudine correptus medicum insignem acciendum curaret; ultione divina jam ad plures acerbioresque pœnas nefarium hominem rapiente. Adductus ergo medicus est Rheginus domo,

Liv. xxviii.
28.

Appian.
Liv.

Diodor.

Val. Max.
ii. 7. 15.
Diodor. Ecl.
ex l. xxii.

Appian. ap.
Vales.



sed, quia multis ab annis Messanæ habitaverat, origine non Decio tantum, nunquam ulli Rheginorum se commissuro, sed plerisque ejusdem urbis incolis incompta. Ille memor patriæ, et injurias ejus ulcisci certus, persuadet homini, se strenuum quidem afferre remedium, sed eventus tuti, celerrimæque efficaciam. Sic admoto medicamento, quod cantharidum succo temperaverat, vetitoque tolli, priusquam ipse reversus ad ægrum esset, siue mora conscenso navigio, ex urbe Messana profugit. Decius incredibili dolore satis diu tolerato, postquam medicus non redit, amoveri collyrium jubet: eo diluto, luminibus orbatum se reperit. Ita infamis, exul, contentus, cæcus, animo et corpore ægro, tanquam vinculis constrictus, ad pœnam servatur: miro quodam divinæ ultionis ingenio, ut ab eo, cui salutem suam crediderat, cladem istam pateretur, qui prius ipse, quos tueri debuerat, immanitate perfidiaque circumvenisset. Quæ documenta historiis consignari tradique generis humani interest, cui nunquam satis persuadetur, quantum a recta prudentiæ ratione absit calliditas, per quam ob falsa quædam bona virtute fideque spretis, per fœdas et iniquas libidines in vera mala ruitur.

Diod.

Appian.

SU P P L E M E N T U M

LIBRI XIII.

HISTORIARUM

T. LIVII PATAVINI.

1. **I**NTEREA Romæ parte copiarum ad præsidium urbis et incertos belli casus retenta, novis consulibus ⁷ exercitus et provinciæ datæ sunt: P. Valerio Lævino Tarentini et Pyrrhus, Ti. Coruncanio Etrusci belli reliquiæ obvenerunt. Lævinus magnificum ad famam et terrorem ratus, hostem Zonaras. a se lacessitum videri; simul utile civitati, si quam longissime belli metum et incommoda ab agro Romano avertisset, confestim in Lucaniam moto exercitu, castellum opportuno situ operibus permunivit, valido præsidio imposito, quo et Pyrrhi cæpta tardarentur, et Lucani, quorum perfidia timebatur, ad hostem non auderent desciscere. Plut. in Pyrrho, 34. Audito Romani consulis adventu, Pyrrhus, quanquam socii nondum convenerant, turpe sibi et detrimentosum fore judicans, si inter primordia belli formidinis iudicium ullum edidisset, cum copiis, quæ aderant, incunctanter obviam progressus est.

2. Ut tamen per causam aliquam honestam traheret negotium, caduceatorem misit cum literis, quarum hæc Zonar. sententia fuit: ‘Rex Pyrrhus Lævino salutem. Audio te contra Tarentinos venire cum exercitu. Sed eo dimisso, cum paucis ad me venito. Causa enim cognita, quod alteros alteris præstare æquum erit, etiam nolentes præstare

Plut. cogam.' Ad hæc Lævinus: 'Nos neque controversiarum
 Zonar. nostrarum te sumimus arbitrum, neque hostem pertimes-
 cimus. Tu vero absurde facere videris, causas alienas
 cognoscere satagens, qui, propriæ culpæ reus, nondum
 Italiae injussu nostro initaë pœnas nobis pependisti. Ergo
 Plut. non adversus te minus, quam adversus Tarentinos, instructo
 cum exercitu venio, Marte judice, auctore generis nostri,
 de nostro jure disceptaturus.' Neque diu moratus signa
 movit, et inter Pandosiam et Heracleam urbes, loco cam-
 pestri, ab hostilibus castris divisus Siri amne, consedit.
 Fama est Pyrrhum speculandi causa ad annem progres-
 sum, cum castra Romana diligenter spectavisset, uni ex
 amicis, cui Megacles nomen erat, dixisse: 'Ordo certe
 barbarorum istorum minime barbarus est; at facta mox
 noscemus.'

3. Tum autem ad ripam firma collocata statione, quæ
 Zonar. transitum tentantes arceret, opperiri socios constituit, super
 rationem belli, quod Romanos in hostili regione rerum
 necessariorum inopia laboraturos esse sperabat, etiam
 Front.Strat. fiducia Lævini anxius: cujus ille admirationem novo tes-
 IV. 7. timonio nuper auxerat, dimissis impune hostibus, qui ad
 Zonar. exploranda castra venerant, et adjecto, 'sibi præterea ma-
 Gorefr. Vi- jorem alium exercitum esse.' Inter hæc, ut vicinis castris,
 terb. XI. et velitationes continuæ fiebant: ad summam rerum proficie-
 Otto Fri- batur nihil. Igitur diebus ferme quinquaginta per hæc
 sing. II. 31. leviora certamina consumtis, consul, quod iisdem causis
 Zonar. ad festinandum prælium, quibus Pyrrhus ad differendum
 movebatur, milites in concionem vocatos consilii sui cer-
 tiores facit, adversus novi hostis metum confirmat: Pyrrhi
 famam, belluarum terrorem, quantum potest, elevat: de-
 nique rebus ita se parat, ut vel volente cum hoste congre-
 diatur, vel etiam invitum cogat ad certamen.

4. Itaque, postquam Pyrrhum manere in sententia videt,
 equitatum omnem, tanquam ad agrorum prædam excur-
 surum, præmittit: ipse cum instructis legionibus opperitur,
 donec in adversa ripa tumultus et clamor fiat. Equites
 magno a castris intervallo circumvecti, qua incustoditum
 flumen erat, transjiciunt; stationem pro hostili ripa col-
 locatam cursu petunt. Epirotæ subita re perterriti ad

castra sua se recipiunt. Pyrrhus, intellecto hostem adesse, Plut. equitatum omnem, tria millia erant, quanta maxima celeritate potest, ad annem rapit: sperans Romanos inter transcendendum ordinibus solutis, et cæco vado cum iniquitate aquæ solique luctantes, occupari posse. Sed cum Romani equites se objeissent, invecus ante primum suorum agmen, non impari famæ suæ pugnam edidit, splendidis armis conspicuus, neque minus insigni robore animique præsentia: cum ita totam aciem consilio imperiisque regeret, tanquam omni alio labore solutus esset; ita, ubi res posebat, accurrens præliaretur, tanquam solum ad se militis officium, ad alium universæ rei cura pertineret.

5. Interea Leonnatus quidam Mæcedo, cum ex hostibus quendam notasset, qui, ceteris omissis omnibus, unum in regem tota volitantem acie intentus, quacumque parte illum se inferre vidisset, eo quoque equum agebat, monuit Pyrrhum. Cui ille, 'Fatum,' inquit, 'o Leonnate, mortaliū effugerit nemo. Ceterum neque hic Italus mecum, neque alius quisquam, impune congredietur.' Vix elocutus hæc fuerat, cum Oplacus (hoc nomen erat viro, Frentanæ turmæ præfecto) infesta lancea equum percutit regis, atque illius equum vicissim excipiens Leonnatus. Ibi circumfusi regis amici Oplacum pugnantem interficiunt, regem eripiunt. Sed iste casus magnopere perculit regios, ipsum esse cæsum opinantes. Quare ut confirmaret suos, simulque pericula sibi intentata declinaret, paludamentum et arma cum Megacle commutat: illoque in pugna relicto, ad phalangem ordinandam adducendamque pergit. Occurrunt et Romanæ legiones: certatur diu acerrime, Plut. eventu adeo dubio, ut memoriæ sit proditum, septies alternante prælii fortuna, modo Romanos hostium, modo Tarentinos Epirotasque Romanorum terga vidisse.

6. Sed proxime desperationem Pyrrhi res adduxerat Megaclis cædes, quem regiis armis monstratum ex diversa acie fortissimus quisque regis interfecti gloriam affectans impetebat: donec eques nomine Dexter, interemto deductam chlamydem galeamque maximis cum clamoribus ad consulem ferens, fidem patratæ cædis utrique exercitui fecit. Jam omnia terroris atque consternationis apud

Plut. Græcos plena erant: fugissentque haud dubie, nisi quamprimum nudo capite obequitans Pyrrhus, ' seque vivere et adesse ' voce magna testatus, tantundem fiducia Romanis, quantum suo militi formidinis desperationisque demississet. Lævinus adesse tempus ratus quo ultima remedia experiretur, signum equitibus sustulit, quos in insidiis collocaverat, ut terga hostium incurrerent. At Pyrrhus in hoc agmen elephantos agi jubet, ipsos quoque in ultimum terrorem hostium reservatos.

7. Id consilium afflixit spes Romanas, eventumque totius pugnae secundum Pyrrhum dedit: nam et homines ipsi vastorum corporum mole, terribilique superstantium armatorum specie stupentes, quodvis potius ingens et formidabile portentum, quam animalium a natura productorum formam videre videbantur: et equi ad conspectum odoremque et stridorem tum primum visarum belluarum exterriti, protinus confusis ordinibus, qua cuique proximum erat, abripiiebantur, sessorumque vel excutiebant, vel frustra renitentes secum auferebant in fugam, et in suorum aciem incurrentes omnia trepidatione tumultuque miscabant. Insecutis elephantorum rectoribus, multi fugientium ab iis, qui in turribus belluarum constiterant, vulnerati sunt: plures ab elephantis ipsis confecti obtritique. Sed consule omnia experto, cohærebat utcumque acies; donec immissa Pyrrhi imperio Thessalica ala male resistentes fregit disjecitque.

8. Neque dubium habetur, quin eo situ loci quo tum conclusi tenebantur, cæsi omnes captive forent, ni, præter consuetudinem Pyrrhi, qui hoc imperatorium rebatur, non pertinaciter instare fugientibus, ne alio tempore desperatione salutis acrius resisterent, etiam præceps in vesperam dies regio a persequendo desistere coëgisset. Adjuvit etiam fortuna reliquias infelicis exercitus, quod elephantus, accepto vulnere conversus, etiam ceteros barritu turbavit. Ea res morata hostes, spatium fugientibus dedit, quo, transmissa anme, pervenire in Apuliam possent; ibique urbis cujusdam munitionibus adversus instans periculum tegeantur. Cæsa eo prælio Romanorum sociorumque pedum millia quatuordecim, et præterea octingentos septua-

ginta reperio; ducentos quadraginta sex equites: captos in univcrsum mille octingentos duodecim, in his equites duos et octingentos: amissa signa militaria duo et viginti.

9. Quo magis miror auctores, qui hæc tam accurate ex- Oros. iv.
ecuti sunt, negare numerum ex regio exercitu desiderato- 1.
rum annotatum esse: cum Dionysius scribat Lævinum Plut.
amisisse paulo minus millia quindecim, tredecim interiisse
ex victoribus; Hieronymus autem Cardianus, æqualis isto-
rum temporum scriptor, de Romano exercitu non plus
septem millibus cecidisse tradat, de regio intra quatuor
millia. Sed hoc inter omnes constat, flore ducum mili-
tumque suorum victoriam eam Pyrrho constitisse: excep- Oros. iv.
tæque dicuntur voces, 'non minus victum se eo prælio 1.
quam victorem discessisse,' ferentis. Etiam cum Tarentino
Jovi spolia donaque figeret, fassus hoc fertur, inscripto
ejus sententiæ titulo: querentibusque sociis respondisse,
'næ ego, si iterum sic vicero, sine milite revertar in Epi-
rum.' Ipsum quoque regem hoc prælio grave vulnus ac- Zonar.
cepisse, auctorem habeo: sed quoniam alii tale nihil tra- Justin.
diderunt, casusque diversarum pugnarum misceri nonnun- xviii. 1.
quam video; non ausim uni, in silentio plurium et accu-
ratorum, credere.

10. Magna profecto pertinacia certatum esse hoc etiam
argumento fuerit, quod postridie ejus pugnae, cum caeso- Liv. Epit.
rum corpora Pyrrhus inspiceret, quæ ad humanitatis et xiii.
elementiæ famam humari jusserat; Romanos omnes in Eutrop.
hostem versos honestis vulneribus oppetiisse cernens, ex- Flor. i. 18.
clamavit: 'O quam proclive mihi erat Orbis imperio po- et Zonar.
tiri Romanos habenti milites!' Neque cunctatus est eo-
rum, quos in potestate habebat, animos appellatione blanda Dio ap.
magnisque promissis adoriri, ut apud se stipendia facerent: Vales.
et abnuere perseverantes nihilo sequius humaniter clemen-
terque habuit, et vinculorum, et omnis quæ fortunam cap-
tivorum comitari solet contumeliæ, expertes. At Romanos
prælio tam male acceptos alia mox clades terruit, ut longe Oros.
impar detrimento, ita majoris aliquanto formidinis et reli-
gionis. Nam ad manifestam Deorum iram referebatur,
quod pabulatores forte dimissos subito coorta tempestas
ita perculerat, ut inter horribilem cœli fragorem cadentibus

fulminibus quatuor et triginta interirent, afflati et semi-mortui relinquerentur duo et viginti: jumentis etiam eodem turbine extinctis aut debilitatis compluribus.

Plut.

Justin.
xviii. l.
Plut.

Zonar.

Plut.

Zonar.

Plut.

Appian.
ap. Fulv.
Ursiu.

Zonar.

Liv. Epit.

xiii.
Appian.
Flor. i. 18.

Plut.

Zonar.

Appian.

11. Pyrrhus interea cum vacua et deserta Romanorum castra cepisset, victoria non segniter usus, promovit copias, vastandisque proximorum quorumque agris, ab amicitia Romanorum permultos populos avertit. Supervenere deinde socii Lucani Sannitesque: quibus leviter castigatis quod pugnatum non affuissent, partem tamen spoliolum dedit: eo ipso magnopere lætus et exultans, 'quod præter suas copias Tarentinis tantum auxilium adjutus, Romanorum ingentem numerum fudisset.' Intento in victoriae fructum Pyrrho, alia ex parte Lævinus curando saucios, colligendo dispersos, manum rursus haud contemnendam effecerat. Et senatus, quanquam multi culpam acceptæ cladis imputabant consuli, Fabriciusque dixerat, 'non sibi Romanos ab Epirotis, sed Lævinum a Pyrrho victum videri,' supplementum ei mittendum censuit. Cum voce præconis edictum esset, 'qui in occisorum locum patriæ navare operam vellent, uti nomina darent;' certatim dantibus, celeriter duarum legionum numerus expletus est.

12. His copiis auctus consul, Pyrrhi vestigia sequendo, quibus poterat exercitum ejus incommodis vexabat: et cum occupandæ Capuæ consilia regem agitare comperisset, festinanter exercitu ducto, prævenit eum, cunctisque ad defensionem paratis, ab invadenda urbe deterruit. Pyrrhus Neapolim flexo itinere, atque ibi quoque spe sua frustratus, protinus ad ipsam Romam magnis itineribus Latina via contendit. Jam ab Anagnia et Hemicorum agro, Fregellis obiter expugnatis, Præneste pervenerat, intra vicesimum ab urbe lapidem. Sed urbani magistratus, simul atque de clade auditum fuerat, novis delectibus ex senatusconsulto juniores armaverant: aliudque non invalidum auxilium populi Romani fortuna tempore necessario providerat. Consul enim alter Ti. Coruncanius, meliore fortuna cum Etruseis congressus, universam gentem novis fœderibus obstrinxerat: et ad tutelam patriæ revocante senatu, nullo alio hoste distractus cum exercitu victore accurrebat.

13. Pyrrhus, cum Etruscos ad arma retrahere frustra Zonar. tentavisset, præter urbem suis præsiidiis tutam, duos consulares exercitus, alterum a fronte, alterum a tergo imminere cogitans, in Campaniam regressus est. Ubi Lævinum Eutrop. majoribus sibi copiis, quam ante cladem habuisset, occurrere videns, ‘cum Hydra Lernæa sibi negotium esse dixit, Zonar. et Flor. 1. 18. cujus præcisâ capita paulo post, numero etiam aucto, renascerentur.’ Quia tamen priori victoriæ confidebat, Zonar. eduxit copias, et tanquam pugnaturus instruxit: quoque suorum simul alacritatem experiretur, simul perterrefaceret hostem, clamorem tollere milites, ac elephantos ad barritum ciendum incitari jussit. Redditus est a Romanis longe major atque terribior clamor. Unde de animis utrorumque conjectans, abstinendum sibi prælio in præsentia judicavit: et victimarum exta parum læta causatus, exercitum in castra, et inde, magna cum præda et captivorum agmine, Appian. Tarentum reduxit.

14. Romani, qui durissimo tempore de constantia sua Plut. nihil remiserant, sed de totius belli eventu semper amplas spes et orationes magnificas habuerant, præmia virtutum maxime celebranda rati, L. Æmilio Barbulæ ob res in consulatu gestas decreverunt triumphum: isque de Tarentinis, Samnitibus, et Sallentinis, qui inter auxilia Tarentinorum fuerant, A. D. VI. Idus Quintiles triumphavit. Sed P. Valerio consuli negotium datum, ut, Setinum Front. Strat. 1v. 1. in agrum abductis exercitus victi reliquiis, castra muniret, hyememque sub pellibus agere cogeret. Per eadem tempora cum de captivis in senatu agitatum esset, redimere eos placeret, ista sententia tenuit. Credo præcipue movisse Dionys. ap. Fulv. Ursin. animos equitum casum, quos, fortiter sustentata pugna donec elephantibus aberant, horum superventu consternati equi sine ulla sessorum culpa cædendos vinciendosque hostibus præbuerant. Missi sunt hujus negotii causa præcipuæ dignationis legati, P. Cornelius Dolabella, Senonum deleta gente nobilis, C. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, qui biennio ante collegæ in consulatu fuerant. Cic. in Bruto, 14.

15. Pyrrho a natura magnorum animorum indivisa comes inerat humanitas: sed hanc ambitione auxerat, errore pervulgato ministras imperii virtutes esse putans, cui uni in-

temperantissime deditus, huc rationes suas omnes referebat.

Polyæn.
Strateg. vi.
6.

Et quanquam audacia bellicæ artibus nemini sua ætate ducum postponendus esset, omnia tamen prius experiri solebat, quam armis rem permitteret: animosque hostium, ut quisque opportunus erat, metu, cupiditate, voluptate, misericordia, denique conditionum æquitate ac utilitate, moliebatur. Igitur nuntiato Roma legatos venire, tot

Zonaras.

Val. Max.
v. 1.
Paul. Diac.
Hist. Misc.
11. 16.
Dio apud
Fulv. Ursin.

consulares ad majorem certe aliquam rem mitti suspicatus, pacis componendæ mentionem illaturos esse sperabat. Quo igitur et tutior, et honoratior accessus eorum foret, ad ipsos usque fines agri Tarentini Lyconem natione Molossum eum præsidio misit obviam: ipse vero eum ornato equitatu venientibus extra portam occurrit, deductosque perquam honorifice ac hospitaliter rebus omnibus laute atque liberaliter habuit. Illi quæ ad moderationem animi pertinent præfati, 'quanta sortis inconstantia, quam subitæ bellorum vices essent, neque præsciri futura posse,' mandata edunt: 'se ad recipiendos captivos suos venisse, sive certo in capita pretio redimi, sive cum Tarentinis aliisque permutari pateretur.'

Dionys.
apud Fulv.
Ursin.

Zonaras.

16. Pyrrhus nihil magnæ rei sine consilio amicorum statuere consueverat: quo tum quoque convocato, Milo quidam suadebat, 'ut captivis retentis fortuna sua uteretur, neque bellum nisi perdomitis Romanis omitteret.' Longe diversa Cineæ oratio fuit: qui commemorata 'senatus populique Romani constantia, quam sæpe extremis temporibus suis invictam ostendisset,' subjecit: 'Aliorum fortassis hostium aut mores oderimus, aut contemserimus arma. Cum hac gente, o rex, amicitiam tibi potius quam bellum habendum esse censeo: neque reddi modo captivos, sed etiam donari, ex usu tuo fuerit: neque differendum arbitror, quin legatos cum muneribus Romam mittas, qui conditionibus æquis pacem conficiant. Hoc enim illud tempus esse arbitror, quo rem tibi necessariam, si quid judico, etiam cum dignitate facere possis. Nunc enim rebus adhuc prosperis de pace agens, et facilius, quæ voveris, impetraveris, et nulla alia causa, quam animi solita magnitudine, pacem obtulisse videberis iis, quos integrum fuisset armis ad servitutem cogere. Et absit quidem omen,

tuæque res, sicut cœperunt ire, pergant: sed tamen homines sumus: et, si fortuna verterit, neque tam facile porro negotium erit pacis, neque pari cum decore tractabitur.'

17. In hanc sententiam locutis quoque ceteris, et ipse rex assensus, vocari legatos Romanos jubet. Qui ubi venerunt, hunc in modum egisse fertur: 'Res equidem Dionys. indigna est, quam facitis, Romani. Cum enim amicitiae mecum ineundæ rationem nullam habeatis, bello captos repetitis; ubi reddidero, iisdem illis adversus me usuri. Quod si igitur, revocatis ad meliora et utrisque profutura mentibus, fœdus atque societatem mecum instituitis, vestros et cives universos, et socios quos cepi, sine pretio recipite. Sin vero vobis hostiles animi manent, neque ego pro sano me facturum arbitror, si odia vestra tot fortium virorum manibus instruam; neque vero tanta mihi Appian ap. Fulv. Ursin. rei nummariæ difficultas est, ut pecuniis Romanorum indigeam, quos decebat potius, si amici essemus, liberalitate mea locupletari.' Simul non spernendi pretii munera Zonar. legatis dari jussit, plura se et meliora alias daturum professus. Hæc in commune legatis omnibus præsentibus dicta actaque. Dionys.

18. Ceterum cum solo deinde C. Fabricio longior et accuratior sermo fuit: neque referre piget, quod apud idoneos auctores reperi. Cum itaque remotis arbitris colloquerentur, inter cetera regem ita dixisse postea vulgatum est: 'Ego vero cum ceteros Romanos omnes amicos habere expeto, tum præsertim te, C. Fabrici, quem inter Dionys.

Ecce tibi, lector, Pyrrhi Fabricique imagines ex nummis desumptæ.



ceteros civili militarique virtute præstantissimum esse iudico. Unum deesse tibi indignor, quod, re familiari angustiore utens, debitum magnis viris splendorem tueri minime potes. Sed hanc fortunæ injuriam ego diutius tibi molestam esse non patiar, daboque auri argentique facti et infecti cam copiam, qua ditissimorum quorumque census facile vineas. Hoc enim inprimis loco fortunæque meæ convenire persuasum habeo, eximiorum hominum, qui potius gloriæ quam pecuniæ accumulandæ studuerunt, gravem inopiam consolari. Id quidem ego valde pulchrum opus esse reor, neque magnificentiæ regiæ vel monumentum illustrius usquam poni, vel augustius Diisque gratius donarium suspendi posse. Quare non tam dedisse beneficium putabo, quam accepisse, si meis te copiis adjuvari siveris.

Plut. in
Pyrrho, 43.

19. Neque tamen id a te petiturus eram, si mihi gloriosa largitio tantum, tibi vero parum decora fuisset. Nunc autem, quia non ad proditionem, aut indignum moribus tuis facinus ullum emeris; quid est, cur hospitale munusculum, amicissimo animo oblatum, infesto et pertinaci velis aspernari? Ego enim aliud a te desidero nihil, nisi quod a viro optimo patriæque amantissimo fieri possit, immo debeat; ut senatum a præfracta illa pervicacia ad æquitatem et consilia mitiora transducas, quod res est docendo, neque bellum sine maximo vestro et damno et periculo geri, neque a me, qui Tarentinis auxilium pollicitus, primo etiam prælio victor discessi, integra fide atque dignitate deseriri posse. Neque vero me delectat vobiscum dimicare, quos amicitia mea quam odio digniores arbitror: et multis interea negotiis obortis, quæ præsentiam meam desiderent, in regnum meum reverti mallem. In hoc fidem quam postulabis dabo, quo et tu de animo meo securus esse possis, et ceterorum dubitationes tollere, si qui forte negabunt regibus tuto credi posse, propter unius aut alterius vesaniam, qui nullo intellectu honesti, pactis atque fœderibus, donec utilia viderentur, stantes, simul atque levitatis pretium apparuit, fidem quam occasionem negligere maluerunt. Pace vero confecta, nihil aut mihi jucundius, aut utilius utrisque fieri possit, quam si mecum in

Dionys.

Appian.

Epirum naviges, primo inter meos loco, et in bello legatus futurus, omnisque fortunæ meæ particeps. Nam et ego Dionys. possessionem nullam pretiosiorē esse puto, quam fortis et fidelis amici: et animo tuo regiæ fortunæ apparatus, regionumque negotiorum majestas congruit. Hæc ergo si in commune contulerimus, quæ maxima per homines censentur bona, vicissim alter alterum adjuvantes, nullo negotio adipiscemur.

20. Hic ubi finem dicendi rex fecisset, post modicum intervallum Fabricius inquit: ‘ De virtute quidem, si quid ejus in me belli domive animadverti potuit, mihi supervacaneum est quicquam attingere; quando jam aliis de ea credidisti. Neque itidem de paupertate necessum est exponere, quod exigui agelli tuguriolique dominus, non fenore, neque mancipiorum operis, sed laboribus hujus corporis alor: nam et ista, referentibus aliis, existimo te accurate didicisse. Si vero me deteriore ob paupertatem conditione, quam Romanorum quemlibet, esse suspicaris; certe, sive ultro, sive alienam secutus opinionem ita conjecisti, mirifice falsus es. Mihi enim contentis opibus virtutem et officium sectanti nullus unquam miseræ sensus fuit: neque fortunæ meæ, vel in privatis negotiis, vel in publicis, ingemui. Qua enim tandem causa convicium ei facerem? nisi forte crimini dabo, quod in ista paupertate mea, his omnibus, quæ cuilibet animo magno excelsoque sola desideranda videntur, non modo cum divitibus, sed etiam præ illis, in patria perfruor.

21. ‘ Honoribus enim qui apud nos amplissimi sunt fungor: bella gravissima rego: splendidissimis adhibeor Amnian. Marc. xxiv. legationibus: religionum sanctissimarum curam gero: vocor ^{9.} Dionys. in senatum: de summa republica rogor sententiam: laudant me multi imitanturque hilariter: neque minoris fio, quam quilibet in civitate nostra potentissimus: videorque specimen et exemplum ad virtutem gloriamque capessendam esse ceteris; nihil in hæc omnia sumtus de meo faciens, sicuti neque aliorum quisquam. Nam alibi quidem, ubi plerumque privatim opes magnæ, publice vix mediocres sunt, magistratus ex re familiari dignitatem splendoremque loci sui sustinent. Nostra civitas longe diversis institutis

utitur, neque fortunis privatorum ulla parte gravis est. Omnis iste apparatus, quo nostri cives, quotquot ad rerum magnarum administrationem deliguntur, magnifice instructi sunt, præbetur publice: quæ res exæquat omnes, neque pauperrimo alicui quicquam patitur ad tuendum publicum aut suum decus desse, neque ditissimo superesse. Quando igitur pauperrimus omnium, tamen locupletissimo cuique nulla in re bona cedo; quid est, quod de fortuna queri debeam? an postulandum erat, ut me regibus parem faceret, quibus ingentes auri cumulos licet recondere? Sed hæc quidem ad publicam vitam.

22. ' In privata vero tantum abest ut mea mihi inopia sit oneri aut incommodo, ut contra, quoties me cum divitiis istis compono, mea sors incomparabiliter videatur beatior; et ego me inter illos plane paucos numerem, quibus quanta esse in vita potest felicitas contigerit: eoque nomine et mihi plurimum gratulor, et gratias ago paupertati meæ. Cum enim supervacua persequi mihi ineptum et otiosum esse videatur, necessaria vero agellus recte colenti dispensantique suppeditet; nescio quem in usum de majoribus divitiis debeam esse sollicitus. Nam omnem mihi cibum fames suavissimum efficit; omnem potum sitis: somnum facilem et tranquillum labore paro: vestis, si frigus arceat, mihi se probavit satis: in suppellectili, ut quodque ad usum, cui destinatur, maxime commodum atque parabile est, ita placet impensius. Quare sic quoque sim injurius, si accusem fortunam, quod mihi non majores facultates ministraverit illa, quam natura mea desideret, quæ mihi neque cupiditatem ejus quod nimium esset ingenuit, neque profecto dexteritatem parandi.

23. ' Quare cum ista paupertate mea, et aliis opulentissimis hominibus, et te quoque ipso me copiosorem esse judico. Nam ego tantum habeo, ut plus non desiderem: tu, nisi Epirum et cetera quæ tenes possidens inopem te esse crederes, in Italiam trajecisses? Sed pulchram facultatem beneficia hominibus dandi præstat opulentia: ego per inopiam subvenire queo nemini. Hoc vero non magis me angit, quam quod aliis quoque rebus non supra modum instructus sum: quod neque scientiam præcellentem mihi

Zonar.

Dionys.

Deus, neque vaticinandi artem tribuit, quibus prodesse indigentibus possem, neque alia itidem permulta. Eorum vero quæ in me sunt, si et civitati et amicis copiam facio, et, unde quenquam juvare ullo pacto possum, id commune omnibus esse patior; hoc quoque crimine hactenus me vacare posse existimo. Neque vero tibi quidem hæc parva aut contentibilia vocare licet, qui præ te feras illa videri maxima, adeoque ingenti pecuniæ modo emere paratus es.

24. ' Quod si vero ad sublevandas necessitates egentium omnino facultates magnæ optandæ essent, atque hoc nomine pecuniarum possessio partem aliquam felicitatis faceret, uti vobis quidem regibus videtur; utra mihi via parandarum opum erat melior, ut a te nunc acciperem cum dedecore, an vero ut olim pararem, cum possem honestissimis rationibus? Nam mihi sane ditescendi opportunitates præclaras respublica bene gesta præbuit, cum alias sæpe, tum vero maxime ante hoc quadriennium, quando in Samnitas, Lucanos, Bruttiosque consul cum exercitu missus amplissimas regiones populabundus percucurri; præliis multis victor urbes opulentas vi cepi diruique: unde donatis largiter militibus, redditoque privatis quod reipublicæ in usus belli mutuum dederant, res tamen superesset quadringentorum talentorum,* quæ in ærarium publicum intuli. Postquam igitur justas et decoras ex manubiis opes, quæ in promptu erant, aspernatus sum, et, exemplo Valerii Publicolæ multorumque aliorum, qui rem Romanam hunc in statum præduxerunt, gloriam pecuniis anteposui; nunc a te munera capiam, contenta pulcherrima ditescendi occasione, pudoris atque periculi plenam amplexus? Et illam quidem opulentiam honestos justosque ad usus expendere liberrime et cum voluptate quadam potuissem: nunc vero ne hujus quidem boni ulla futura esset copia. Creditæ enim verius quam donatæ pecuniæ censendæ sunt, quæ alieno beneficio obvenerunt, animoque ingenuo et erecto graves incumbunt, donec restitui queant; ut jam per hostitii, vel amicitia, vel benevolentia speciem datæ acceptæque fuerint.

Supra, lib.
XII. c. 6.
Dionys.

* *Quadringentorum talentorum*] 37500. *Crev.*
Marcarum argenti Parisiensium

25. 'Jam vero, quid futurum censes, si vulgata fama (neque enim celari poterit) magistratus, qui morum apud nos præfecturam amplissima cum potestate exercent, quos censores appellamus, pro jure suo, quo in civium vitas inquirere, et a patriis institutis discedentes multare consueverunt, me publice citatum causam captorum munerum dicere jusserint?' Addunt plerique a Pyrrho, virum virtutis tantæ quantivis bene emi certo, acrius continentiam ejus constantiamque tentatam esse, post alia magnifica

Eutrop. l. 11. promissa, etiam parte regni oblata: neque motum esse Romanum, nisi hactenus, ut 'se consilii regii rationem expedire' negaret. 'Si enim malum me virum judicas,' Flor. l. 1. c. 18. inquit, 'cur ambis? sin vero bonum, cur corrumpis?' Auctor de vir. illust. 35. jecisse deinde dicitur, 'etiam ipsi Pyrrho negotium hoc Zonar. neque jucundum futurum, neque conducibile, si processisset: suam enim libertatem et amicis regiis, et ipsi regi Appian. ap. Fulv. Ursin. gravem futuram: justitiam autem et abstinentiam si Epitrotæ experti forent, relicto rege ad ipsum transituros.' Plut. in Pyrrho, 44. Quæ omnia, et quod deinceps adjecturus sum, variis ab auctoribus tradita, conquiri exponique non inconueniens nec inutile judicavi; quo virorum, quibus fulta res Romana per durissimos casus ad imperii gloriæque incomparabilem magnitudinem pervenit, animi sensusque noscerentur; claroque sub exemplo facilius deprehenderetur, quibus moribus studere oporteat admirationi futuros homines, majoremque et meliorem transdituros posteris rempublicam, quam a majoribus ipsi accepissent.

Plut. in Pyrrho, 43. 26. Igitur his ita dictis auditisque regem in præsentia quidem quiescisse accepimus: postridie vero vocari ad se Fabricium jussisse, parato ante ad perterrendum cum elephanto, qui a tergo colloquentium post aulæum astans, magistri imperio, repente diducto aulæo, super Fabricii caput demisit manum, horrendumque stridorem et barritum edidit. Sed vir ingens animi, cum sensim se convertisset, arridens, 'Neque heri me aurum tuum pellexit,' inquit, 'neque hodie perterrefecit bellua.' Deinde cum admotus cœnæ de Græcis sapientibus disserentem audiret Cic. Cat. Cineam: 'quibus Epicuri secta placeret, eos voluptatem Maj. 13. in arce bonorum, reipublicæ curam inter præcipua felicitatis impedimenta ponere: similemque vitam agere Deos Plut.

arbitrari, nulla rerum humanarum cura, nullo neque in improbos iræ, neque in bonos favoris affectu, soli otio voluptatique deditos;’ exclamavisse Fabricium ferunt: ‘Dii faxint, isthæc sapientia Pyrrho Samnitibusque cordi sit, donec bellum cum populo Romano gerent!’

Val. Max.
iv. 3. 6.

27. Hi temporum istorum mores fuerunt: hæc magnorum virorum certamina, non opibus et luxuria, sed virtute, consilio, patientia, patriæ caritate excellere. Nec enim subiti impetus, aut ad præsentem usum meditatæ simulationis istæ voces fuerunt; sed perpetuo tenore vitæ verborum suorum fidem admirabiles potius nostris temporibus quam imitabiles viri affirmarunt. Idem ille Fabricius, cum ejus tota supellex argentea salino uno constaret, et patella, quæ tamen ipsa corneo pediculo sustineretur, Samnitium legatis pecuniam et supellectilem splendidam dono afferentibus, planas manus ad aures, hinc ad oculos, nares, os, gulam, deinde ad inum usque ventrem deducens, Jul. Hygin. ap. A. Gell. i. 14.

‘Donec his,’ inquit, ‘imperitare potero, nihil deerit: vos autem pecuniam ad eos, qui hac indigent, reportate.’ Denique vitam universam sic exegit, ut in hæreditate ejus non esset, unde filiarum dos expediretur: gloriosa paupertate, cum ex arario publico erogata pecunia senatum puderet indotatas pati virgines, quas patrem non puduerat ita relinquere.

Val. Max.
iv. 4. 3.

Jul. Hygin.
ap. A. Gell. i. 14.

Val. Max.
iv. 4. 10.

28. Sed et ceteri senatus principes eadem ferme virtute tolerantiaque tum agebant. Ex quibus Q. Fabium Maximum, qui toties in summis imperiis fuerat, qui, censura gestâ, noluerat iterum censor fieri, negans, ‘ex usu reipublicæ videri, ut iidem sæpius censores crearentur,’ simili et paupertatis et amoris publici testimonio populus Romanus affectus: mortuo enim tantum congressit æris, ut inde filius Q. Gurges et viscerationem, et epulum publice daret. Curius ab eadem altitudine animi Sabinorum munera, quemadmodum Fabricius Samnitica sprevit. Æmilius Papus in plerisque magistratibus collega Fabricii, Ti. item Coruncanius, aliique præclari viri, ex similitudine morum amicissime inter se conjunctissimeque vixerunt: ut vere mihi temporum illorum speciem amplexus animo videatur poëta, qui ‘moribus virisque antiquis rem Romanam stetitisse’ prædicavit.

Auctor de
vir. illust.

Cic. Cat.
Maj. c. 16.

Cic. Læl.
11.

Enn. ap.
Cic. de Rep.
l. v. citante
Aug. de Civ.
Dei, ii. 21.

29. His igitur animadversis expensisque rebus, majore componendi cum hac gente belli desiderio Pyrrhus inflammatus, ducentos ex captivis protinus sine pretio restituit: ceteris, si qui ad instantia Saturnalia Romam ad visendos Pyrrho, 41. suos proficisci cuperent, ejus rei potestatem fecit; unius Fabricii secutus fidem, qui 'reversuros exactis feriis, nisi pax interea convenisset,' sponderat. Eaque tum et gravitas senatus, et singulorum fides fuit, ut ad diem a Patribus præstitutam universi Pyrrho se restituerent, postquam offirmatos suorum animos impellere nequiequam tendissent.

Flor. l. 1. c. 18. 30. Rex enim callidus hunc temporum articulum sibi tenendum arbitratus, dum aspectu carissimorum pignorum mollitos et cupidine isthæc retinendi incensos animos ad belli odia deponenda promtiores haberet, legationem mittere Romam statuit, ut iis conditionibus, quas Fabricio præsentī exposuerat, pacis et amicitiae fœdera conjungerentur. Petebat autem, 'ut iisdem fœderibus Tarentini comprehenderentur: ceteri Græcorum Italiam incolentium, liberi, et suis legibus, agerent: Samnitibus, Apulis, Lucanis, Brutiis, quæ erepta a Romano forent, redderentur: Romani captivos a Pyrrho sine pretio reciperent.' Erat apud Pyrrhum ea tempestate Cineas, cujus supra quoque facta est mentio; vir cum civilium rerum apprime gnarus, tum animo propositoque honestus, et qui naturæ proclivem indolem eruditione usuque ad efficacem facundiam exercuisset. Hunc eas ob artes carissimum rex habebat: crebroque prædicabat, 'plurimum se urbium imperium per eloquentiam Cineæ, quam armis suis adeptum esse.'

Zonar. 31. Romam iste cum legatus venisset, callido consilio moras nectens, priusquam senatum adiret, munera passim per illustrium domos Pyrrhi nomine misit. Introductus deinde in curiam, cum regis virtutem et propensum in Romanos animum multis extollens, de conditionum quas afferret æquitate disseruisset, magna pars senatus mota est, ut admittendas esse dubitaret. Quippe super cetera, si socios suos oppugnare desinerent, tanta auxilia pollicebatur, ut iis haud difficulter imperium ceteræ Italiæ possent acquirere. Sed quoniam ob magnitudinem rei, sollicitis Patribus, multos in dies extracta deliberatio pacis futuræ

Justin.
xviii. 1.
Plut. in
Pyrrho, 41.
Appian.ap.
Fulv.Ursin.

Justin.
xviii. 1.

Appian.

Plut. in
Pyrrho, 28.

Zonar.

Plut. ibid.
39.

Zonar.

suspicionem rumoreque fecerat, Appius Claudius, ob se- Cic. Phi-
nectam et cæcitatem abstinere curia olim solitus, confestim lipp. 1. 5.
in senatum se deferri lectica jussit: ubi conspectum pro-
tinus exceperunt filii generique, honorisque et officii causa
circumfusi deduxerunt ad locum dignitati ejus congruentem. Plut.

32. Ibi, cum ipsius rei novitate, tum reverentia viri si-
lentibus omnibus, expectantibusque cujus rei causa post
longi temporis desuetudinem senatum ingressus esset, ab Appian.ap.
incommodo valetudinis exorsus, ‘sibi quidem hactenus Fulv.Ursin.
molestam fuisse cæcitatem’ dixit: ‘nunc autem non modo
illa delectari, ne quæ fierent videret, sed etiam ægre ferre,
quod aures nondum obsurduissent, ne tam fæda et Romano
nomine indigna audire cogeretur. Quo enim vobis mentes
illæ cesserunt? quo reciderunt spiritus? Certe præ vobis
ferre solebatis, cum Alexandri Macedonis gloriam, ut in- Enn. ap.
victi regis, celebrari audiretis, non tam virtuti ejus quam Cic. Maj. c.
felicitati famam istam imputandam esse: nam si Romana 6.
in bella fortuna ipsum impulisset, alium longe eventum Plut.
futurum fuisse, aliamque de eo apud homines opinionem.
At nunc quantum ab ista vestra magnanimitate defeceritis,
respicite. Macedonibus superiores vos futuros confideba-
tis: at nunc Molossos et Chaonas, perpetuam Macedonum
prædam, metuitis. Alexandrum contemnebatis: nunc ex-
pavescitis Pyrrhum, ne ipsius quidem Alexandri, sed sa-
tellitibus ejus, satellitem: qui fugiens potius veteres hostes,
quam quærens novos, in Italiam trajecit: quibus copiis ne
minimam quidem Macedoniae partem retinere potuit, iis-
dem, si Diis placet, imperium Romanis quoque paraturus.

33. ‘Hunc igitur nisi grandi infortunio mactatum eji-
cimus, certum habeamus, alios quoslibet merito nostri con-
tentu, tanquam ad paratam prædam, ita in Italiam cu-
pide venturos esse. Quid enim aliud de nobis quam de
hominibus ignavissimis judicari poterit, si Pyrrhus, in ami-
citiâ receptus, etiam præmium referat illatâ nobis igno-
minia, quod ejus opera factum sit, ut Tarentinis atque
Samnitibus ludibrium Romani debeamus?’ Hic fere sen-
sus fuit orationis, quæ ab ipso statim Appio est edita: Cic. Cat.
qua omnium adeo sunt inflammati animi, ut severissimæ 6. et in Bru-
sententiæ auctorem secuti consensu decernerent, ‘bellum to, 16.
Zonar.

Liv. Ep. ^{x111.} prosequendum esse; Cineamque eodem die urbe excedere,
 L. II. § 37. ^{x111.} Pyrrhoque renuntiare, juberent, 'neque recipi eum in
 De O. J. urbem,' (nam et hoc petatum fuerat,) 'neque priusquam
 Eutrop. I. Italiam omisisset, de amicitia et societate agi posse.'

34. Paris deinde tristitiæ decretum ex ejusdem Appii
 L. I. § 5. sententia de captivis factum est, 'eos neque adversus Pyr-
 de postul. rhum duci, neque adeo conjunctim usquam haberi senatui
 I. III. tit. I. placere; sed alios alia in præsidia mitti, mutata ignominia
 Zonar. ergo militia, ut qui equo meruissent, peditum stipendia
 Val. Max. facerent; qui pedites legionarii fuissent, ad levem arma-
 II. 7. 15. turam transcriberentur: priores ordines recuperaret nemo,
 nisi bina hostium spolia retulisset.' Aiunt, legatis eum
 Front. responso tam atroci reversis, miraculo Romanæ constantiæ
 Strat. IV. I. attonitum regem, 'qualis urbs ipsa, qualisque senatus visus
 Plut. et attonitum regem, 'qualis urbs ipsa, qualisque senatus visus
 Just. xVII. 2. et Flor. 1. 18. esset,' interrogasse; responsumque tulisse a Cineæ, 'ur-
 Liv. IX. 17. bem templum sibi visam, senatum vero regum consessum
 Plut. et Ap- esse.' Post hæc demum gesta Fabricium ad regem lega-
 pian. tum venisse quidam putant. Sed, præter aliorum aucto-
 Zonar. rum testimonia, rerum ipsarum recte animadversarum serie
 erroris haud difficile convincuntur. Pace desperata, con-
 versi ad bellum animi, ac intenta cura facti utrimque ap-
 paratus hyemem satis negotiosam habuerunt.

35. Hæc fuisse tempora puto, quibus ferunt Pyrrhūm,
 Plin. III. 11. quo naufragiorum casus vitarentur, faciliusque Itali ac
 Epirotæ ad auxilia mutua commere possent, ab Hydrunte,
 qua longissime in pelagus procurrit Italia, ad Apolloniam
 ex adverso situm oppidum pontes jacere cogitavisse, spatio
 quinquaginta millium: 'tanto enim intervallo circum eos
 locos Græciæ Italiæque littora dirimuntur. Idem postea
 molitus esse M. Terentius Varro dicitur, cum piratico
 bello Cn. Magni legatus Siculum Ioniumque mare classi-
 bus observaret. Inter hæc Ti. Coruncanus consul de
 Appian. in Vulsiniensibus et Vulcentibus, Etruscorum populis, A. D.
 Mithridat. Fasti Capit. Kal. Februarias triumphavit. Insignis eo anno censura
 Liv. Epit. fuit, tum primum a plebeie stirpis censore lustro condito.
 x111. Censa referuntur civium capita ducenta septuaginta octo
 millia, ducenta viginti duo. Principem senatus per ea

'Quinquaginta millium] Leu- 17. Crev.
 caum nostratum propemodum

tempora Q. Fabium Maximum legi consuevisse constat: Plin. VII. 41.
 hujus filium cognomento Gurgitem censorem tum fuisse Onuphr. in Fast.
 conjectura colligitur: Cn. Domitii certum nomen, et, quia
 lustrum is condidit, jure plebis amplificato nobilitatum est.

36. Vere primo Pyrrhus contractis sociorum copiis in Zonar.
 Apuliam movit: multaque ibi oppida partim pugnando,
 partim conditionibus cepit. Adversus quem novi consules,^u P. Sulpicius Saverrio, P. Decius Mus, cum duobus Eutrop.
 consularibus exercitibus profecti, castra castris opposuerunt
 prope Asculum Apuliæ urbem, cognominem ei quæ est in Cluverii Italia, IV. 12.
 Picentibus. Non erat dubium, quin collatis signis depugnandum foret: ceterum, ne per dies aliquam multos hoc Zonar.
 fieret, præter torrentem profundum, qui diversos exercitus
 interfluebat, etiam mutuo metu cunctabantur. Romanos
 prioris fortuna prælii, et victor Pyrrhus terrebat: Epirotis
 formidabilis erat Romanorum pervicacia, et alterius consulis
 fatale hostilibus legionibus nomen. P. enim Decium,
 patris avique exemplo, sua morte victoriam suorum redempturum
 esse fama vulgaverat: præliorumque quibus illi ceciderant
 eventus terribiles omnibus Decianæ devotionis minas effecerat.

37. Eam rem Pyrrhus haudquaquam negligendam ratus,
 convocatis militibus accurate docuit, 'Arbitria præliorum
 penes Tellurem Deam, aut inferos, qui carmine illo Liv. VIII. 9.
 sollicitarentur, esse non posse: neque tam iniquos credi Zonar.
 debere Deos, ut in unius hominis vesani gratiam fata exercituum
 mutant donec: non præstigiis et superstitionibus, sed pugnando
 victorias parari, vel ipsis Romanis testibus, qui non sacrificulorum
 et vatium agmen, sed armatas militum acies, hostibus consueverint
 opponere. Quia tamen ignari rerum plerumque superstitionum
 inanum ludibriis, quam veris timendi causis, acrius percillantur;
 hunc quoque metum præverti posse,' ostendit, exposito ornatu,
 quo priores Decii se devovissent, monitisque militibus, 'si quis
 similibus insignibus noscendus occurrisset, ab eo abstinerent
 tela, vivumque comprehenderent.' Sed ipsi quoque Decio
 nuntiandum curavit, 'desineret ineptire inter arma-

^u A. U. C. 473. A. C. 279.

tos: neque enim consilium istud successurum esse: et, si vivus venisset in manus, forte graviora passurum, quam voluisset.'

38. Responsum a consulibus est: 'se armis satis confidere, neque opus habere tantæ desperationis auxilio: id quo magis scire posset, optionem se dare, ipse transire flumen,' quod inter exercitus medium fuisse diximus, 'an in sua ripa Romanos expectare mallet. Nam aut reductis copiis transitum regi tutum relicturos esse, aut, eo recedente, transmissuros: quo integro robore congressi, nulla alia in re, quam suis viribus animisque spem victoriæ reposuisse demonstrent.' Puduit Pyrrhum timoris aut dubitationis signum ullum edere: quare posteriore accepta conditione transeundi fluminis potestatem hostibus fecit. Levior jam sua sponte belluarum terror erat, ipsa consuetudine videndi: manusque earum facillime amputari posse,

Plin. VIII. 7. pugnae prioris experimento constabat, qua C. Minucius
Flor. I. 18. quartæ legionis primus Hastatus uno gladii ictu probosci-
Oros. IV. 1. dem elephantum præciderat. Sed tum alia quoque præsidia

Veget. de excogitaverant tutioris audaciæ. Equi ferreis obducti la-
re Milit. minis currum trahebant, et ipsum contis ferro præfixis hor-
III. 24. rentem: in currum erant collocati milites, qui belluas irru-
Zonar. entes missilibus aut igne jacto averterent.

39. Cum hoc apparatu transgressis flumen legionibus,

Amnian. Pyrrhus ex diverso exercitum instruxit, pro usu, quem iis
Marc. princ. in rebus maximum, cum singulari quadam ingenii sagaci-
I. XXIV. tate, supra ceteros ejus ætatis imperatores excellentem
Liv. XXXV. habere credebatur. Animadverso igitur loci genio, qui

14. propter asperitatem soli et enata passim virgulta non nisi
Plut. in pedestrem aciem pateretur, equitatum elephantosque loca-
Pyrrho, 46. vit in subsidiis: dextrum cornu suis militibus et Samni-

Front. tium auxiliariis copiis firmavit; Bruttios, Lucanos, Sal-
Strat. II. 3. lentinos, esse jussit in sinistro: Tarentinos, quorum virtuti
minus credebat, in mediam aciem recepit. Consulium acies
legionarios habebat milites, auxiliis levis armaturæ aptis-
sime intermixtis: parique ingenio et temperamento subsi-
diorum ordines distinxerant. Equitatus, in cornua diffusus,
neque impedimento futurus erat pedestri prælio, et, si quis
casus agendæ rei viam aperuisset, præsto erat. Inter ex-

ercitus non animis tantum, sed etiam numero pares (quadraginta utrimque millia fuisse constat) haud seguius quam debuit certatum est. Aucipiti adhuc victoria praelium Plut. nox diremit.

40. Postera luce Pyrrhus, cum impeditiora loca praesidiis praecepisset, in campum paulo aequiorem Romanos descendere coëgit: ibi elephantorum aliquis usus fuit: alia Zonar. parte aciei, quam qua¹ currus adversum eos parati constiterant, subito inducti, equos hostium, sicuti priore praelio factum fuerat, perterritos averterunt in fugam: peditibus nihil magnopere nocuerunt. Valde diversa istius pugnae fama est. Secundum Romanos eventum fuisse quidam auctores sunt, etiam casu adjuvante victoriam: cum adversus Apulos, impedimenta diripientes, missae regis imperio cohortes ceteris copiis fugientium speciem discessu suo praebuissent, eoque metu et errore facta apud regios fuga esset. Quin et caesorum ingens numerus exprimitur: viginti millia de Pyrrhi exercitu, victorum ad millia quinque desiderata. Regem ipsum brachio pili jactu transmissio Frontin. graviter vulneratum, cum fugientes retinere nequisset, Eutrop. I. Dionys. II. ap. Plut. Flor. I. 18. postremum fere omnium a satellitibus suis ex acie relatum: Oros. IV. I. signa capta ex hoste tria et quinquaginta, Romana vero undecim amissa esse. Fabricium quoque, legatum alterius consulis, vulnus accepisse.

41. Ex diverso parem hujus atque superioris praelii² fortunam fuisse alii tradiderunt: et vicinia castrorum defensos Justin. Romanos minus quidem sensisse detrimenti, sed tamen XVIII. I. Plut. confessa fuga discessisse, sic quoque sex millibus amissis: de exercitu Pyrrhi tria millia quingentos et quinque cecidisse, idque in commentarios regios relatum esse, Hieronymus scribit. Atque haec tanta non varietas modo, sed etiam pugna scriptorum me valde movet, ut iis potius cre-

¹ Edd. Holmiensis, Argentoratensis, Parisiensis, Amstelodamensis, *aciei, qua*. 'Additionem particulae *quam* postulabat sensus, et firmat Zonaras auctor.' *Crev.*

² *Superioris praelii*] Praelii, quo Laevius priore anno victus a Pyrrho fuerat. Sic enim intellexit Justinus, qui nullam mentionem fecit pugnae illius aucipiti eventu pugnatae, de qua modo egit post Plutarchum Freinshemius, c. 39. *Crev.*

dendum esse judicem, qui dubio eventu pugnatum esse tradiderunt. Solet enim, quoties pari fere damno discessum est, utraque pars sibi asserere victoriae famam; quam deinceps aliorum negligentia, aliorum improbitas temere committit literis: pessimo facinore, magnaque eum infamia eorum, qui pro veris atque compertis inani rumore vulgata, aut affectu serviliter corrupta, posteritati prodiderunt.

42. Quare propior vero videtur eorum annalium narratio, qui semel tantum ad Asculum pugnatum esse referunt: et post acerrimam contentionem ac multas utrimque caedes, sole jam occaso, vulnus regis et direptorum impedimentorum casum dirimendae pugnae locum, licet aegre, fecisse. Tum receptui signum esse datum in utroque exercitu, cum jam utrimque millia circiter quindecim occubuissent. Atque hoc fuisse tempus, quo Pyrrhus cuidam quasi de victoria gratulanti responderit: 'Si denuo sic vincendi sunt Romani, perimus.' Affirmant etiam hanc opinionem quae secuta sunt. Nam et Pyrrhus Tarentum concessit: et consules, hostem non insecuti, copias in hybernis per Apuliae oppida distribuerunt, cum anni tempus, et ratio belli, potius victoriam tam illustrem prosequi, alterum facile passum fuisset, altera etiam omnino coegisset. Accedit, quod neque triumphatum ab his consulibus reperio. Sed et P. Decium consulem eo praelio se devovisse, seque, post patrem et avum pari genere mortis sublato, e continenti genere tertiam victimam reipublicae praebuisse, multi putant: quod historiis omnibus silentibus ne referendum quidem, nedum refellendum putavisset, nisi magnus auctor M. Tullius Cicero in philosophicis quidem libris, sed loco non uno, posuisset.

Cic. Tuscul. Quaest. i. 37. et de Finibus, ii. 19.

Plut.
Zonar.

43. Pugna ad Asculum quocumque eventu certata reliquum anni quietum a bellicis expeditionibus habuit: sed consultationibus et apparatusum cura tempus omne consumptum est. Pyrrhus cum veterum copiarum magnam partem, ducumque et amicorum plerosque perdidisset, in Epirum misit, cum mandatis, ut veniente vere milites et pecuniae sibi mitterentur. Sed priusquam classis ea instrui posset, novae spes exortae consilium regis mutaverunt. Macedoniam olim Demetrio ademptam Pyrrhus tenuerat,

Plut. in Pyrrho, 20. et 21.

deinde Lysimachi vi extortam amiserat : hanc iterum novæ occasioni aperuisse videbatur Ptolemæi Ceramni casus, Idem ibid. 48. qui a Gallis interfectus, dum bellum in Italia gerit Pyrrhus, uti turbatum regni statum, ita vacuum possessionem reliquerat : ea ratio suasit ne copiis militaribus Epirus nudaretur : simul ne pateret injuriis Gallorum, vicinam adhuc Macedoniam urentium. Neque tamen eo tum accessit, in Siciliam vocantibus aliis causis, ut postea trademus. Plut.

44. Hyeme inter has curas circumacta, novi consules^y ad exercitum venerunt, C. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, qui alium quoque consulatum una gesserant. Hoc audito Pyrrhus etiam contra eduxit copias, et observare consilia hostium instituit. Cum ita castra utriusque locis haud valde distantibus haberent, res evenit ad memoriam celebris, et a plerisque non ita magno dissensu tradita. Timochares quidam Ambraciensis in amicitia regis honestum gradum obtinens ad C. Fabricium consulem furtim accessit, regem, si præmium ejus rei dignum daretur, veneno tollere pollicitus. Id vero se per filios suos facile consecuturum autumabat, quod inter pocillatores regio illi haberentur. Fabricius minime delectatus prodicione, rem tamen perscripsit ad senatum. Senatus legatos ad Pyrrhum misit, Timocharis quidem, qui quomodocumque Romanis prodesse statuisset, insidias non indicaturos ; sed monituros in universum, ‘ uti rex ageret circumspectius, videretque, quorum hominum, quamque fidelium, ministeriis uteretur.’ Hæc ita apud Valerium Antiatem leguntur. A. Gell. III. 8. Cic. de Off. III. 22. Val. Max. VI. 5. 1. Zonar. A. Gell.

45. At Claudius Quadrigarius pro Timochare Niciam beneficii istius promissorem prodit : neque legatos a senatu missos, sed a consulibus ; literis quoque consulum recensitis, quibus detecto Niciæ consilio, negant ‘ se dolis aut pecunia pugnatos, sed virtute et armis : salvumque ab insidiis regem optare’ aiunt, ‘ quem suæ victoriæ suorumque triumphorum splendidam sperarent materiam fore.’ Sunt qui medicum regis Fabricium eo de negotio coram aut literis adiisse, consulisque indicio poenas dedisse regi Amnian. XXX. 5. A. Gell. Tac. Annal. II. 88. A. Gell. Liv. XLII. 47.

^y A. U. C. 471. A. C. 278.

Claudian. tradiderint, suspensio necatum. Sed ut hæc dubitationem
 de B. Gild. habere possent, certum est errare, qui medicum a Curio
 v. 271. ad regem remissum esse scripserunt. Aiunt Pyrrhum hoc
 Plut. in tantæ virtutis experimento stupentem exclamasse: 'Hic
 Pyrrho, 45. et in Apo- tantæ virtutis experimento stupentem exclamasse: 'Hic
 et in Apo- est ille Fabricius, qui difficilior ab itinere justis et honestis,
 phthi. Rom. est ille Fabricius, qui difficilior ab itinere justis et honestis,
 Flor. i. 18. quam a cursu suo sol, averti possit.' Statim certe, ne vinci
 Eutropius. beneficio videretur, captivos quos habebat omnes Romanis
 Plut. in restituit, Cineamque denuo misit, ad pacem et amicitiam
 Pyrrho. impetrandam. Minime decorum visum est, vel donum ab
 Front. Strat. hoste accipere, vel ob lucrum potius, quam amore virtutis,
 iv. 4. 2. a facinore abhorruisse videri. Gratis igitur ne accipe-
 Plut. rentur captivi, totidem pro his alii Tarentinorum Samniti-
 unque missi sunt.

Appian. ap. 46. Hanc publicam abstinenciam conspectiore mox fama
 Fulv. Ursin. privatorum est secuta gravitas; cum Pyrrhi munera (multa
 Liv. xxxiv. enim et pretiosa utrique sexui Cineas attulerat) non a viris
 4. modo omnibus, sed etiam a mulieribus repudiata sunt: quo
 Just. xviii. quidem tempore, cum, aspernantibus quibus primum oblata
 2. fuerant, ad alios aliosque deferrentur; nemo vir mulierve
 Val. Max. tam aut tenuis, aut cupidus inveniri potuit, ut recipiendis
 iv. 5. 14. regiis muneribus ostium domus suæ patere vellet. Legatis
 Zonar. deinde prius responsum redditum: 'Donec Italia Pyrrhus
 excessisset, hostem cum populo Romano fore.' Perplexum
 Appian. hæc regem, et neque bellum læto animo prosequentem,
 neque cupientem cum aliqua dignitatis jactura discedere,
 extricare visa est Siciliensis expeditio, quam, post longam
 et ancipitem deliberationem, tandem statuit suscipere. Sic
 enim et Romanum bellum honeste declinari posse sperabat,
 et imperium insulæ locupletissimæ occupari: simul vin-
 dictam de Carthaginiensibus,* ut prior ab ipsis lacessitus,
 sumere cupiebat.

Just. xviii. 47. Nam illi, suspecto regis consilio, paulo ante Ma-
 2. gonem ducem cum centum viginti navium classe miserant,
 'adversus externum hostem externis etiam auxiliis popu-

* Carthaginiensibus] Freinshe-
 mins scribit semper *Carthaginien-*
sis. Sed notum est illud Eui-
 nii: 'Hostem qui feriet, mihi erit
 Carthaginiensis.' Sic et illud no-
 men effertur in columna Duillia-
 na: et in antiquissimis Livii co-

dicibus. Nec vero analogia ab-
 est. *Carthaginiensis* formatur a
Carthagini, quod Veteres dixerunt
 pro *Carthagine*. Plura vide, si
 libuerit, apud Gronov. in nota
 ad lib. xxviii. Livii, cap. 26.
 Crev.

lum Romanum adjuvandum esse' dicitantes: et quam illorum opera Romani non sunt usi, senatu respondente, 'se consuevisse talia bella suscipere, quæ suo milite geri possent;' fœdus tamen inter utrumque populum quarto renovatum est. Prioribus capitibus additum, 'ut, sive Romanus populus, sive Pœnus cum Pyrrho fœdus faceret, nominatim exciperetur, ut his populis invicem auxiliari liceret, uter eorum bello peteretur; utque quoties utrivis eorum auxilio opus esset, naves a Carthaginensibus præberentur; stipendia suis quisque daret; auxilia Punica Romanos mari juvarent; exire navibus invita ne cogentur.'

Val. Max.
111. 7. 10.

Liv. Epit.
x111.

Polyb. 111.
25.

48. Quo confecto, per speciem pacis conciliandæ Pyrrhum adierat Mago, speculaturus consilia regis, quem in Siciliam acciri Carthaginienses audierant; classemque Romanis obtulerant, non tam illorum caritate curaque, quam ut Pyrrhus, Italico bello implicatus, res Pœnorum in insula magnis successibus efflorescentes non everteret. Tum quoque fretum, qua in Siciliam trajectus est, magno numero navium observabant, Rhegii quidem obsidendi studium præferentes, sed verius, ut Pyrrho transmittere cupienti viam intercluderent. His igitur de causis ad Siciliensia negotia adjecit animum: spes ipsi magnas faciente cum rerum ipsarum statu, tum etiam legationibus Siculorum, quæ aliæ super alias ex insula venientes, 'omnium votis expeti eum' affirmabant, 'tanquam unicum levamen malorum, quibus miserrima terrarum nunquam acerbius conflictata esse videbatur.'

Justiu.
Diod. Ecl.
ex l. xxx11.

49. Nam post Agathoclis miserabilem magis quam indignum exitum, Mæno quidam, Ægesta Siciliæ urbe oriundus, qui et venenum regi dederat, affectata tyrannide, a Syracusanis Hiceta prætore pulsus, ad Carthaginensium opes se contulerat. Ita bellum gravius, et Syracusanis adversum fuit, per quod tamen privatim opes Hicetæ creverunt: qui postea versis in Agrigentinum Phintiam armis inquietam diu insulam tenuit; donec Thœnionis cujusdam audacia principatu, quem nonum jam annum obtinebat, pelleretur. Thœnioni dominationem retinere nitenti exortus est adversarius ex Syracusana nobilitate Sosistratus:

Diod. Ecl.
ex l. xxx1.

Diod. Ecl.
ex l. xxx11.

- diuque certatum inter hos armis est, insulam, quæ Syracusanæ urbis pars est, (ipsi ‘Nasum’ vocant,) obtinente
- Liv. xxv. 24. Diodor. Thoenione, cum in cetera urbe Sosistratus tyrannidem ageret. Postremo cum utrimque nihil ex his discordiis præter communem interitum imminere cernerent, vocandum esse Pyrrhum consensu decreverunt: qui gener Agathoclis, filio ex Lanassa suscepto, successioni proximus, animoque et viribus ad constituendas res Siciliae suffecturus habebatur. His accedebant Agrigentini Leontinique principes, qui et ipsi suarum urbium, totiusque adeo insulae imperium offerentes, una voce rogabant, ‘ut quamprimum in Siciliam trajiceret, fessis rebus, et laboranti sub barbarorum armis libertati, præsentia sua succursurus.’
- Diodor. 50. Carthaginienses enim, Syracusanorum agris vastatis, ipsam quoque urbem classe centum navium et pedestri quinquaginta millium exercitu terra marique clauserant.
- Plut. Igitur Pyrrhus, non ultra differendum ratus, Cineam, cujus ingenio fideque plurimum uti consueverat, præmittit, cum Siculis civitatibus conditiones legesque fœderum et amicitiae compositurum. Ipse socios discessum ægre ferentes consolatus, ‘si a Romanis premerentur, e vicina insula in tempore affuturum esse, novorum etiam sociorum accessione instructiorem,’ spondit. Cum autem præsidium in urbe Tarentina relicturus esset, ægre passi Tarentini, ‘ut sibi vel præstaret promissum auxilium iis conditionibus quibus venisset, aut saltem urbem suam relinqueret liberam,’ postulaverunt. Neutra res impetrari potuit, nihil æqui respondente Pyrrho, sed jubente suum tempus expectari.
- Appian. Plut. 51. Has inter curas Epirotæ regis, consulibus bellum adversus ceteros hostes facilius fuit. Res itaque contra Etruscos, Lucanos, Bruttios, et Samnites prospere gestas hoc tempore lego. Cum Etruscis minus fuisse certaminum apparet, quod ex eo bello triumphatum non est. Neque cum universa gente, sed cum una aut altera civitate pugnatum esse puto, quæ a Samnitibus discessu Pyrrhi se nudari sentientibus acrius sollicitatæ, posita nuper adversus Romanos arma resumserint. Ceteris in populis, uti major aliquanto belli moles, ita victoria illustrior fuit. C. Fa-
- Liv. Epit. xiiii.

bricius consul, profecto, ut conjectura est, in Etruscum bellum collega, quod Epirotis cessantibus unus consularis exercitus sufficere videretur, Lucanos, Bruttios, Tarentinos, Samnitesque cecidit: civitates aliquot, in quibus et Hera-
 cleam, astrinxit fœderibus: deque his populis omnibus ante diem Idus Decembres triumphavit.

Eutr. I. 11.
 Cic. pro
 Balbo, c.
 22.
 Fasti Ca-
 pitol.

52. Comitibus deinde peractis consules in annum sequentem designati sunt P. Cornelius Rufinus iterum, C. Junius Brutus iterum. Cum Rufino nobiles etiam alii petierant; sed hic ut fieret, effecit Fabricii favor: qui tempora reipublicæ habens in consilio, patriæ salutem privatis inimicitiis anteponebat. Nam ex dissimilitudine morum similtas inter hos fuerat, cum Fabricius, egregie firmus adversum pecuniam, una communis boni cura duce-
 retur; Rufinus, opum cupidior, multa privati quæstus studio consuleret ageretque. Verumtamen cum cetera industrius et bonus imperator esset, competitoribus haudquam pari armorum peritia et usu præditi Fabricius præferendum esse judicaverat. Ferunt, cum ei gratias deinde Rufinus ageret, ‘quod se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno et gravi;’ respondisse, ‘non esse mirandum, si compilari, quam venire maluerit.’ Magna enim bellorum moles in Italia supererat: et Pyrrho in Sicilia (erat enim jam transgressus) omnia sibi prona reperiente, haud abs re metuebatur, ne paulo post auctis accessione nobilis insulæ viribus ad bellum Romanum gravior hostis reverteretur.

Quintilian.
 XII. 1.

Dio ap.
 Vales.

Cic. de Or.
 II. 66.
 A. Gell. IV.
 8.

SUPPLEMENTUM

LIBRI XIV.

HISTORIARUM

T. LIVII PATAVINI.



Appian. ap. Fulv. Ursin. Liv. Ep. xiv. Diodor. Ecl. l. xxii. Dionys. ap. Vales. 1. **D**UM hæc in Italia geruntur, Pyrrhus, exercitu et elephantis in naves impositis, ex Tarentino portu in Siciliam trajecit: ^a postquam biennium, et menses præterea quatuor, in Italia fuisset. Deductus a Thænione, qui cum navibus occurrerat, maximaque Siculorum alacritate exceptus est, oppida sua, copias, pecunias, naves, certatim tradentium. Ideoque Græcarum urbium omnium imperio brevi potitus, etiam Punicam ditionem universam armis obtinuit, una excepta urbe Lilybætana, quam opportunitate situs adjuti Carthaginienses nequicquam oppugnante Pyrrho retinebant. Unde non absque causa spes ingentes animo complexus, relictis maximo filiorum patriis opibus, ex duobus reliquis, regem alterum Italiæ, alterum Siciliæ constituere agitabat.

Diod. Ecl.

Just. xxiii. 3.

Plut. in Pyr. c. 51. Dionys.

2. Erat omnino regis istius ea tempestate magna fama, magnæque virtutes: et Siculi per annos sane multos externa simul ac civilia bella, et, nocentius utrisque malum, tyrannidem passi, vel mediocre aliquem Principem gratantibus animis laturo videbantur. Sed tamen ipse paulo post, ad exigendas ab invitis pecunias, et potentiorum cædes versus, odium immane concitavit: etiam accedentibus cupidita-

^a A. U. C. 475. A. C. 277. P. Cornelio II. C. Junio II. Coss.

tibus et arrogantia ministrorum, quorum ei vitia non minus ubivis quam sua nocuerunt. Adeo post primam illam et præcipuam curam, ut ipsi quam optimi sint, nulla aut dignior, aut salubrior esse regibus sollicitudo potest, quam ut amicos ex virtute deligant: quando inter privatos ob suam quisque culpam exosus est, Principibus etiam aliena peccata imputantur. Sed hæc postea secuta sunt.

3. Tum vero calentibus adhuc studiis, primum a Tau- Diod. Ecl.
romitanorum principe Tyndarione, (nam ea parte insulæ
primum appulerat,) mox a Catanense populo maximis
honoribus acceptus cultusque, cum pedestri exercitu Syra-
cusas versus processit. Classem haud procul littoribus
circumduci jussit, paratam instructamque: nec enim citra
prælii discrimen aditum ad Syracusanam urbem daturæ
Carthaginensium naves videbantur. Sed evenerat, ut
paulo ante hoc tempus triginta naves Punicæ alios ob
usus a classe discederent; quæ quia nondum reverterant,
cum reliquis aleam belli tentare Pænorum imperator re-
cusabat. Igitur nemine prohibente ingressus, Thoenione Dionys.
et Sosistrato tradentibus, pecuniam publicam, naves tectas Diodor.
centum viginti, apertas viginti, tela, machinas, ceterumque
belli apparatus accipit. Hoc agenti superveniunt a
Leontinis legati, quorum princeps Heraclidas urbem suam
regi, prætereaque copias, peditum millia quatuor, equites
quingentos, offerebat. Neque segnius aliis ab urbibus Plut.
occursum est, quodam veluti torrente fortunæ. Pyrrhus Diod. Ecl.
humaniter exceptos habitosque, conciliata omnium volun- l. xxxii.
tate, suam quemque in civitatem remisit; ampliores jam
animo spes agitans, et, si destinata porro ita fluerent, etiam
in Africam transiturus.

4. At sociis ejus in Italia hand perinde lætæ res erant:
quos, absente rege et robore exercitus, adversus infestiores
quotidie Romanos Milo cum parte copiarum Tarenti re- Zonar.
lictus non satis tutabatur. Hactenus tamen profuit, ut
Tarentinis ad tempus dilatis ambo consules in Samnium
signa converterent. Samnites, cum agros suos uri, castella
expugnari, totam belli molem in se versam, seque a sociis
derelictos esse cernerent, animis ac viribus impares, de-
sertis oppidis atque vicis in montes excelsos et arduos, cum
uxoribus suis liberisque, ac carissimis rerum, quas inter

tumultum et trepidationem avehere potuerant, se receperunt. Apud Romanos, præter æmulationem ducum, etiam ex rebus prosperis et metu hostium negligentia orta erat, perpetua felicitatis comes. Ea causa et damni aliquid, et aliquanto plus ignominia attulit. Quippe milites per abrupta et invia contentim repentes loco adjutus Samnis pepulit fuditque: multi saxis telisque obruti, aut in præcipitia deturbati, interierunt: alii, cum neque receptus copia, neque pugnandi facultas esset, vivi capti sunt.

5. Hic casus ducibus ad disjungendas iterum copias incitamento fuit: cum in collegam infelicis cepti collata culpa, se quisque, si solus fuisset, melius atque prosperius rem gesturum fuisse prædicaret. C. Junius cum suis legionibus in Samnio mansit. P. Cornelius in Lucanos et Brutios convertit impetum. Ibi terrorem cladesque belli populationibus agrorum et villarum incendiis circumferenti majoris aliquanto rei tentandæ occasio nata est. In extrema Italiae ora, qua Orientem versus et Ionium mare Lacinii promontorii cornu protenditur, Croton est, veteri fama, et tum quoque non pœnitendis opibus, inelyta. Mediam iis temporibus interfluebat Æsarus, juxta quem frequentia utrimque ædificia murus duodecim millia passuum in circuitu patens ambibat. Hanc aperta obsidione cingere non ausus consul, proditione occupaturum confidebat: quod a compluribus Romanæ factionis hominibus spes ei facta erat, posse urbem, præsidio externo destitutam, studiis et auxilio eorum, quibus Pyrrhi dominatio gravis esse cœpisset, recipi, si copias mature muris admo-visset.

6. Sed per eosdem forte dies, sive metu hostilis in vicinia exercitus, sive jam proditione, quæ plerumque tegi diu non potest, suspecta, Crotonienses præsidium a Milone acciverant: veneratque Nicomacho duce Lucanorum valida manus, quæ ignarum rei consulem, nulloque periculi metu confidentius ad mœnia sgressum, eruptione subito facta, non sine cæde vulneribusque multorum rejecit. Rufinus, acceptum temeritate² detrimentum consilio correcturus, rumorem adversi certaminis ultro adauget; quoque

Ovid. Met.
l. xv.
Liv. xxiv.

Zonar.

Front. Strat.
iii. 6.
Zonar.

² Edd. Argent. Paris. Amste'od. temeritatis. Holm. temeritati.

majori percussus esse timore videatur, cepto se desistere simulat: colligi sarcinas jubet, ut quamprimum discessurus. In urbem, ut castris tam propinquis necessum erat, cito hæc nuntiantur. Præter probabilem rei causam juvatur eo quoque credulitas, quod verum hoc esse cupiebant: cum jam sponte hanc in partem inclinantibus animis, captivus quidam spe libertatis atque præmiorum inductus a consule supervenit, tanquam inter festinationem discedentium occasione captata custodiam effugisset.

7. Ille Cornelium Rufium, quod ad Crotonis oppugnationem parum haberet roboris, Locros pergere narrat, accitum a quibusdam urbem illam prodere pollicitis. Adest paulo post et alter, qui de prioribus eadem; ceterum jam iter ingressos esse Romanos asserit: simul conspiciuntur eminus signa et agmen incedentium via quæ Locros ducit. Eo dolo captus Nicomachus per compendia viarum celeriter cum suis accurrit Locros, ut eam quoque urbem defensurus. Quod ubi per occultos nuntios Rufinus cito comperit, converso itinere, Crotonem regressus, quanto consilio ac prius meliore, tanto etiam eventu feliciore usus est; diligentiamque ejus non modo securitas hostium, sed etiam fortunæ favor juvit: densa enim nebula opportune texit accedentem, priusque propemodum intra menia fuit victor exercitus, quam reversum Crotoniatæ didicissent. Atque hujus victoriæ per se satis magna lætitia, ut ferme neutram in partem fortuna tenet modum, aliis subinde rebus haud minus lætis cumulata est.

8. Nicomachus enim, intellecto se in errorem inemendabilem incidisse, dum incertus consilii Tarentum redit, exceptus a Rufino magnam suorum partem amisit, et cum reliquis vix in tutum elapsus est; cum, unam urbem defendisse non contentus, duas perdidisset. Nam et Locri successu isto animati, præsidio Pyrrhi præfectoque, quorum injurias diutius perpeti nequibant, trucidatis, ad amicitiam Romanorum se contulerunt. Rebus ad hunc modum procedentibus, non ideo in tantum ceciderant animi Samnitium ceterorumque populorum, quin super insitam pervicaciam, spe quoque Pyrrhi regis, et nuntiatis ejus in Sicilia successibus, ad omnia quæ sors ferebat perpetienda sustentarentur.

Appian, ap.
Vales.

9. Pyrrhus enim, (ut hujus etiam extra Italiam gesta, quod eorum temporibus locisque, ad hæc negotiis ipsis, cum Romanis rebus conjunctum est, exponantur,) rebus
 Diocl. Ecl. apud Syracusanos Leontinosque constitutis, circa eadem
 l. xxxii. tempora cum exercitu Agrigentum profectus, in ipso adhuc itinere occurrentibus nuntiis, ejectum ex urbe præsidium Punicum acceperat, et Agrigentinos ipsi se suaque omnia dedere paratos esse. Neque promissis abfuit fides. Venienti Sosistratus, qui et Syracusas tradiderat, et urbem, et egregiæ juventutis octo peditum millia, octingentos equites adjungit, copias Epiroticis, quas Pyrrhus adduxerat, nihilo deteriores. Oppida præterea triginta, quibus imperabat Sosistratus, eodem auctore se regis arbitrio permiserunt. His ita gestis misit Syracusas, qui telorum omnis generis copiam, et machinas, quarum in obsidionibus urbium usus esse posset, subveherent. Nam ad urbes Punici juris oppugnandas animum adjecerat, parato jam exercitu triginta millium, præter equites mille quingentos, et, quos in Siciliam trajecerat, elephantos.

10. Prima ex his in potestatem venit Heraclea, ubi Carthaginensium præsidium fuerat: exhinc Azonas cepit: statimque secuti fortunam Selinuntii primum, mox Halicyæ et Ægestani, deficiente a Carthaginensium amicitia, compluribus etiam aliis in eo tractu oppidis idem audendi exemplum præbuerunt. Erycinos autem, et auxiliorum numerosa manu, et munitionibus loci fidentes, summa vi expugnare statuit. Instructo igitur exercitu, armatus ipse, ad mœnia procedens, votum Herculi vovit, si dignum genere suo locoque bellatorem eo die se Græcis ostendisset. Postquam signum oppugnandi datum, crebroque missilium jactu propugnatores dimoti locum admovendis muro scalis
 Diodor. fecerunt; primus omnium rex enisus, adversus concurrentes undique hostes insigne certamen edidit, alios umbone deturbans, alios cædens gladio, magnitudine vero animi roborisque cunctos perterrefaciens. Neque magnifica tantum hæc ei pugna, sed etiam omni ex parte felix fuit: sine ullo suo vulnere, magna gloria parta, etiam urbem ipsam eodem impetu cepit: animatis non minus exemplo regis ceteris, quam sollicitis periculo, et utramque ob causam summa contentione pugnantibus. Sacrificavit deinde

Plut in
 Pyrrho, c.
 49.

Diodor.

Plut.

Herculi, voti reus, ludosque varii generis magnifico apparatu per complures dies edidit.

11. Hoc quoque anno Romæ de Lucanis atque Bruttis ante diem Nonas Januarias triumphatum esse reperio. Sed C. Junio triumphum illum ascribi miror, cum in his populis res Rufinus gesserit, duasque nobiles civitates receperit: quem etiam alios apud auctores triumphalem virum nominari video. Civitate ob Pyrrhi progressus haudquaquam secuta, novi quoque terrores ex prodigiis et morborum lue accesserunt. Fœdi maxime ominis habitum est, quod Jovis Capitolini signum fulmine tactum, caputque avulsum non nisi aruspicum arte curaque reperiri potuit. Graviore non jam metu, sed clade urbem affecit pestilentia, pecudes hominesque communi strage corripiens, sed præcipue gravidarum abortibus formidabilis; cum nulli propemodum jam aut partus humani, aut fœtus animalium ederentur incolumes, iraque Deorum omne viventium genus interiturum esse crederetur.

12. Ea vis mali maxime insignem Q. Fabii Maximi Gurgitis alterum consulatum effecit,^b in quo collegam habuit C. Genucium Clepsinam. Neque tamen a bello Samnitico Lucanoque cessatum est: magnasque clades hostibus illatas duo certa sunt argumenta, quod eodem anno Q. Fabius consul de Samnitibus, Lucanis, Bruttis triumphavit Quirinalibus, quodque ii populi miserunt ad Pyrrhum literas et oratores, 'actum de se, nisi subveniretur, neque vim Romanam ulterius sustineri posse, extremamque necessitatem deditioe præveniendam esse,' testaturos. Ea res, et quod senescentibus jam hominum studiis, aut ob injurias quasdam in contrarium versis, in Sicilia res ei duriores esse cœperant, permovit Pyrrhum, ut insula relicta copias in Italiam reportaret. Quod ejus consilium, et rerum inde secularum series, quo plenius nosceretur, paulo plura de rebus interim ab eo gestis referenda putavi.

13. Post occupatum igitur Erycem, præsidiumque loco impositum, ad Æginorum urbem profectus est, commodo ad Panormitanum portum situ, et munitionibus insignem.

^b A. U. C. 476. A. C. 276.

Fasti Capit.

Plin. xviii. 6. xxxiii. 11.

Liv. Epit. xiv.

Oros. iv. 2.

Aug. de Civ. Dei, iii. 17.

Zonaras.

Fasti Capit.

Plut. in Pyrrho, c. 52.

Justin. xxxiii. 3.

Plut.

Diod. Ecl. l. xxxii.

Ibi sponte oppidanorum receptus ad ipsam Panormum castra movit, cui ab argumento portus amplissimi pulcherrimique nomen est inditum. Hac quoque per vim occupata, cum insuper locum qui Epieirete vocatur, inter

Polyb. 1.56. Panormum et Erycem in monte amœno, sed arduis accessibus, situm, cepisset; universa jam provincia Carthaginensium potiebatur, excepto Lilybæo. Hanc autem urbem non ita pridem Pœni condiderant, ut Motycensibus ea sedes foret, quorum oppidum Dionysius tyrannus bello Carthaginensi diruerat. Cum igitur ex omni quod in Sicilia habuerant imperio spes suas unum istum in locum conclusas viderent Pœni, apparatus ad obsidionem a Pyrrho fieri sentientes, majoribus eam viribus defendere decreverunt.

14. Introducto igitur non spernendo robore militum, commeatuque copioso, adhæc magna vi machinarum ac telorum, (cujus rei facultas ipsis ampla erat, quod in potestate mare haberent,) ad oppidum undique permuniendum magna cura se contulerunt. Præcipue, qua terra patebat aditus, crebræ turres excitatæ sunt, lataque fossa facta: celerius opere procedente, quod majore sui parte structum in cautibus marinis oppidum toto illo spatio manu facta munimenta nulla desiderabat. Missis interea legatis, quanquam ad bellum magnos apparatus fecerant, magnasque copias, cum aliunde, tum etiam ex Italia, mercede conduxerant, si pax æquis conditionibus impetrari posset, pecuniam et classem pollicebantur. Pecuniæ mentionem non admisit Pyrrhus, urbes quas occupaverat retinere cupiens: de Lilybæo tamen concessurus videbatur. Sed amici regis, civitatumque Sicularum principes, metu Carthaginensium vacaturam esse insulam negantes, donec illi tantum valentes classibus Lilybæum, tanquam scalas quasdam ad excensionem faciendam paratas, tenerent, perpulerunt, ut unam esse responderet amicitiae conditionem, si universa Sicilia cedentes utriusque imperii terminum esse mare paterentur.

15. Ita spe pacis discussa, protinus ad urbem signa movit: neque procul muris castra metatus, manipulis ita dispositis, ut defessi a recentibus per vices exciperentur,

Dionys. apud Vales.
Diod. Ecl.

Zonar.

Plut. in Pyrrho, c. 50.

Diodor.

Plut.

Diodor.

oppugnationem orsus est. Sed Lilybætani, cum et numero propugnatorum, et machinarum apparatu juvarentur, locum tenuerunt. Tantam enim catapultarum scorpionumque vim Carthaginienses invexerant, ut murorum ambitus capiendis omnibus minime sufficeret. Cum igitur cujusque generis missilium velut imber quidam in regiones spargeretur, multique passim caderent aut sauciarentur, inceptum omiserunt. Machinas deinde et ipse fabricare instituit, præter eas quæ Syracusis advehebantur: et effosis subter humum cuniculis, omnes obsidionum tentavit artes. Cum autem, animose resistentibus Pœnis, toto fere bimestri nequiequam se fatigasset, videretque, donec apertus a mari obsessis aditus exitusque foret, expugnari Lilybæum non posse; obsidione soluta aliam in partem convertit impetum.

16. Quippe adversus Mamertinos freti accolæ Græcæ Plut. quædam civitates fidem regis implorabant, super alias graves et crebras injurias, etiam tributum pendere coactæ. Pyrrhus igitur exercitu prope re ducto, cum iis in locis Polyb. 1. 8. Plut. quosdam Mamertinorum ad exigenda vectigalia missos comprehendisset necavissetque, prælio cum occurrentibus facto discessit superior, ac multa eorum præsidia expugnavit diruitque. Et hætenus quidem rebus præclarissime gestis eximiam sibi potentiam gloriamque rex paraverat; præter alias virtutes, etiam eximia humanitate amorem singulorum, studia civitatum, non adeptus magis quam meritis. Sed felicitatem tantam, et quam existimare fundatissimam potuisses, momento fere dissipatam (præter levitatem ingeniorum, quæ istis populis nunquam defuit, Fazellus, Hist. Sic. dec. 1. l. 1. c. 7. Plut. et amicorum intemperiem) ipsius maxime regis culpa traditur: qui adversis egregius, secundis rebus, ut inter has ferre inferiores humanæ mentes sunt, in superbiam efferebatur.

17. Cum igitur, ut ante diximus, ad efficienda cœpta classem sibi necessariam esse duceret, naves autem haberet multas, sed parum instructas a sociis navalibus, remigibus acerbè conquirendis valde offendit civitates: repente mutatus, et ex priori lenitate ad superba imperia, minasque, et postremo supplicia, præceps. Sed hæc tamen,

quia communis boni specie tegebantur, utcumque tolerabant. Postquam autem eos ipsos, quorum beneficio maxime Siciliam obtinuerat, interimi videre, non paulatim, neque mora interposita, sed subito aversis animis, multi populi ab ejus amicitia desciscentes, ut cuique opportunum erat, alii Pœnis, alii Mamertinis se applicaverunt. Adco nimirum crudelitas, etiam cum sola est, semper gravis, penitus fit intolerabilis, postquam, adversus benemeritos exercita, propriis odiis etiam ingrati perfidique animi detestationem adjunxit.

18. Hanc autem in necessitatem vi cuncta tractandi se maxime videtur induisse, dum pravis suorum cupiditatibus consiliisque nimis obsequitur. His enim opes, amicis aut necessariis Agathoclis ademptas, dono dabat, nihilo quam fuerant illi melioribus: magistratus urbium præcipuos satellitibus aut centurionibus suis committebat, neque ex institutis aut moribus civitatum, neque in legitimum tempus, sed quomodo et quoad ipsi placuisset. Lites atque controversias, publicorumque negotiorum administrationem omnem ad se traxerat, pleraque familiaribus committens, quos habebat avaritia luxuriaque detestabiles, qui cogendis per flagitium perdendisque pecuniis pariter intenti, dum libidini suæ satisfacerent, jus injuriamque in promiscuo habebant. Irritatis ob hæc animis, mussare primum homines, mox palam queri: ‘Cur igitur prioris status pœnituisset, si nunc etiam toleranda eadem forent? Frustra vocatum receptumque Pyrrhum, si studeat æmulari mores, quos puniturus advenisset: neque acriorem ullius injuriæ sensum esse, quam cujus auctor haberetur idem ille, qui vindex esse debuisset.’

19. Jamque multi haud obscure studium novarum rerum præ se ferebant: cum ille, ad pessima consiliorum conversus, augere causas offensionum, quam tollere maluit: quasi, quod per injustitiam peccatum fuerat, emendari sævitia posset. Interea Carthaginenses, animadverso regem propriis viribus haud sane validum, quotidie minore apud Siculos affectu haberi, erecti in spem recuperandæ provinciæ, novum exercitum miserant; passimque transfugientibus qui Pyrrhi sævitiam metuebant, negotium Epi-

Dionys. ap.
Vales.

Plut.

Zonar.

Dionys.
Zonar.

rotis magnum exhibebant. Pyrrhus, per causam Punici Dionys.
belli præsiidiis in urbes introductis, splendidissimum quem-
que falso proditiōis crimine oneratos necare instituit: his
de medio sublatis, multitudinem facilius in officio mansu-
ram esse ratus. Postremo Thœnionem et Sosistratum
corripit, totius insulæ longe principes, quorum præcipuis
studiis imperio Sicilia potitum fuisse ostendimus. Sed Plut. in
Thœnio quidem interfectus est: Sosistratus ad hostes effu- Pyrrho, c.
git, non minus auctoritatis opisque collaturus ad ejicien- 52.
dum Sicilia regem, quam ad imponendum confirmandum-
que contulerat. Tum igitur certatim plerisque ad Cartha-
ginienses deficientibus urbibus, nonnullis ad Mamertinos,
res Epirotarum ex florentissimis angustæ malæque redigi
cæperunt.

20. In hoc statu rerum non ingrata regi sociorum Itali- Justin.
corum legatio venit: quæ, ceteris omnibus amissis, vix xxiiii. 3.
paucas urbes hostem ægre a mœnibus summovere quæstæ, Plut.
honestum discedere cupienti prætextum præbuit, ut parti-
bus laborantibus auxilio futurus, non ejectus a Carthagi- Appian.
niensibus, in Italiam reverti voluisse videretur. Abiturus, ap. Vales.
cum opes insulæ situmque, et hominum animos secreta Plut.
cogitatione expenderet, dixisse fertur: ‘O amici, qualem
Romanis atque Carthaginiensibus palæstram relinquimus!’
haud vano præsigio; quod paulo post longa inter hos
bella, tot utrimque summersæ classes, tot acies cæsæ, satis
superque impleverunt.

21. Ceterum hostium animis cum fortuna crescentibus,
neque tutus ex Sicilia discessus Pyrrho, neque in Italiam
appellenti tranquillum ad Tarentinos iter fuit. In ipso
freto trajicientem adorti Carthaginienses, cum Epirotæ Pausan. 1.
nulla ferme maritimarum rerum experientia hominibus 1.
exercitatissimis pares esse non possent, septuaginta naves Appian.
depresserunt, ceteras reddiderunt inutiles. Ita cum duo-
decim navibus ex adverso prælio in Italiam effugit: qui Plut.
navibus tectis amplius centum, et longe adhuc majori one- Appian.
rariarum actuariarumque numero, cursum instituerat. Sed
undique collecto quod militum ex adverso prælio littora
tenere potuerat, statim ita robustam effecit manum, ut
Rhegii subito impetu expugnandi spem conciperet. Sed

Zonar. rejectus a Campanis Rhegium tenentibus, mox in periculum haud contemnendum incidit. Cum enim per loca caeca et saltibus impedita duceret, coorti ex insidiis hostes turbaverunt novissimum agmen, multosque milites cum duobus elephantis peremerunt.

Plut. in
Pyrrho, c.
53.

Polyb. 1. 8.
Plut.

22. Erat neque genere bellatorum, neque numero spernenda manus, decem haud minus millia hominum in armis exercitatorum, Mamertini plerique. Hi enim Rheginorum amicitia et cognatione confisi, intellecto Pyrrhum in Italiam reverti constituisse, fretum priores transjecerant, et spe praedae in opportunis ad subitam irruptionem locis condescerant. In eo certamine cum pro solita audacia Pyrrhus ante prima signa pugnaret, in capite vulnus accepit. Ad quod obligandum cum ex acie paulisper secessisset, quidam hostium magnitudine corporis et armorum cultu conspicuus longe ante alios procurrans increpavit eum elata voce, jussitque prodire, si viveret. Ibi Pyrrhus ardens ira, visuque et manante per faciem cruore terribilis, impetum in provocatorem, frustra retinentibus suis, vertit: occupatumque illata in caput plaga prosternit. Memoriae proditum est, eam gladii temperiem, eamque vim ferientis fuisse, ut, infimum ad corpus vulnere continuato, partibus utrimque dilabentibus, medium hominem eodem ictu dissecaret. Ejus spectaculi foeda novitate perculsi hostes, et ut majorem communi hominum sorte virum reveriti, pugnam omiserunt.

Dionys. ap.
Vales.

23. Pyrrhus, hac molestia solutus, non ideo laetior agebat. Quod enim pars impedimentorum isto praelio amissa erat, et opes ex Siciliae spoliis partas prioris cum Pæno pugnae casus interceperat; in magna rei nummariae difficultate, cum poscentibus stipendia militibus non esset unde praerentur, dicatos Proserpinae thesauros spoliare coactus est. Fanum illud apud Locenses opinione sanctitatis celeberrimum iis temporibus fuit. Quam civitatem cum Pyrrhus animatis praesentia sua regiae factionis hominibus recepisset; multa in Locenses foeda facinora edidit, cupidius et latius, quam interfecti praesidii postulare ultio, caedibus et rapinis in miseros grassatus. Postquam autem nihil supererat, quod conferre homines vellent possentve,

Liv. xxix,
18.

Appian. ap.
Vales.

Dio ap.
Vales.

manus ad sacram pecuniam extendere cœpit, pessimis amicorum, qui plerumque nocentissimi cujusque consilii auctores fuerant, cupiditatem ejus inflammantibus. Dionys.

24. Erant autem hi Evagoras Theodori filius, Balacerque Nicandro, et Dinarchus Nicia genitus. Hi non suadores modo fuerunt Pyrrho, necessitati omnia cedere prædicantes, sed ministerium quoque suum sacrilegio præbuerunt: ingenti pondere auri, quod multos per annos subterraneis in specubus asservatum fuerat, eruto. Lætus ille, 'religione intempestiva nihil ineptius, opesque paratas non accipere dementis esse,' dictitans, impositam navibus prædam Tarentum avehi jussit: ipse terra est profectus. Ceterum facinus ei suum non turpius cœpto, quam infelicis eventu fuit. Subita tempestas adorta classem, ventis sub noctem mutantibus, qui ferentes hactenus fuerant, naves in tenebris circumactas partim confregit, partim in fretum expulit. Sed quæ sacram pecuniam vehebant, quassatæ laceratæque undis irrupentibus cum ipsis hominibus interierunt: pecuniam autem reliquis ex naufragio tabulis hærentem, postridie quam exportata fuerat, in vicina fano littora fluctus retulerunt. Liv. xxix. 18. Suid. in 'A-βύσσος. Appian.

25. Re intellecta, thesaurum omnem diligenter conquistum referri ad pristinas sedes jussit, pacem numinis, ut putabat, hoc facto impetraturus. Neque tamen ideo melioribus deinceps fati usus est, omnes ejus conatus, etiam quibus consilium et virtus non abfuisset, eludente fortuna. Quam ille rem et postea constanter ad læsi numinis iram referebat, uti Proxenus historiæ scriptor, atque ipse in commentariis suis Pyrrhus memorat; et recenti adhuc malo, cum, Proserpinæ sacrificans, multis hostiis litare non posset, exarsit adeo, ut cunctos infelicis consilii auctores ac ministros, quique facinus istud aggressuro vel leviter consenserant, de medio tolleret. Atque hi quidem dignum moribus factisque suis exitum habuerunt. Pyrrhus autem, institutum prosecutus, quieto deinceps itinere Tarentum pervenit. Liv. xxix. 18. Suid. in Παραιτησάμενος. Liv. Dionys. Val. Max. 1. 1. 1. ext. Appian.

26. Romani, cum majorem in modum urgeret pestilentia, Pyrrhique in Italiam reditu belli timor crevisset, nihil adversus ista vel humani præsidii, vel divini intentatum Plut. in Pyrrho, c. 53.

Liv. vii. 3. reliquerunt. Vetus erat opinio, pestilentiam clavo ab dictatore fixo sedari posse. Eam spem tum quoque tentatam, clavique pangendi causa dictatorem dictum esse P. Cornelium Rufinum, haudquaquam improbabilis conjectura est: cum et mali magnitudo ad omnia quaerenda remedia stimulare mentes posset; et Rufinum anno sequenti a censoribus notatum fuisse constet, postquam bis consul et dictator fuisset; neque dictaturæ ejus vel certior inveniatur memoria, vel convenientior locus.

27. Et adversus morbos quidem, ut potuit, provisum est. Armorum cura majorem industriam contentionemque, præcipue ob difficultatem delectuum, postulabat. Nam præter diuturnitatem belli, etiam longo jam tempore infesta lues tædium rerum omnium hominibus iniecerat: citatque juniores militiam mira obstinatione detrectabant. Sed perviciaciam istam severitas et constantia M. Curii Dentati secundum consulis fregit. Is enim, L. Cornelio Lentulo collega, magistratum jam iniverat.^e Cum igitur in Capitolio delectum haberet Curius, respondente nullo, vocabula tribuum omnium in urnam conjici, eumque Pollia tribus exiisset, quod ex ea nomen primum sorte eductum erat, citari jussit. Tacere perseverantis bona primum; deinde cum graviter de consulis injuria questus tribunos appellasset, ipsum quoque vendidit: ‘ nihil opus esse reipublicæ eo cive, qui nesciret parere,’ præfatus. Neque tribuni auxilio fuerunt: et postea quoque salubris exempli judicata res in consuetudinem transit, ut delectu rite acto, qui miles factus non esset, in servitatem venderetur. Hoc terrore ceteri adacti ad nomina promptius danda: conscriptisque legionibus, quæ decretae erant, in hosticum ambo consules moverunt. Lentulus in Lucaniam irruit; Samnitas adortus est Curius.

28. Excitus ad ejus rei famam Pyrrhus, lustrato Tarenti exercitu suo, peditum ferme viginti millia, tria equitum recensuit. Cum his, et delecta Tarentinorum juventute, Samnium ingressus, Samnitas dicto minus audientes habuit, tardiusque ad eum auxilia et infrequentius venire, animis non ob cladum modo magnitudinem fessis, sed etiam

^e A. U. C. 477. A. C. 275.

Varro in Satira Γέροντος διδασκάλου. Val. Max. vi. 3. 4.

Liv. Epit. xii. Val. Max.

Cic. pro Cæcina, c. 34.

Plut. in Pyrrho, c. 54.

exulceratis, eo quod istarum causam Pyrrho imputabant, tam tristia non passuri, nisi, proditis discessu suo Italicis sociis, expeditionem Siculam ille suscepisset. Verumtamen sic quoque magnis instructus copiis, partem earum in Lucaniam ad destinandum alterum consulem misit; ipse Man. Curium oppugnare aggressus est, facilem sibi reliquam victoriam fore ratus, si hunc superavisset. Romanus autem, gnarus phalangi Macedonicæ, si explicari possit, nullam aciem parem esse, locis impeditis se tuebatur: et quoniam ex Lucania ventura sperabat auxilia, simul etiam auspicia et exta parum læta erant, copiam pugnandi minime faciebat.

Front.
Strateg. 11.
2.
Plut.

29. Tanto vehementius cupiebat configere Pyrrhus, priusquam duo consulares exercitus conjungerentur. Igitur assumtis ex omni exercitu promptissimis quibusque, præter aliquot elephantos, noctu, quo falleret hostem, ad castra Romanorum statuit accedere. Dum autem ad iter et oppugnationem futuram omnia apparantur, ipse in somnum lapsus majorem sibi dentium partem excidere, et ex ore copiosum erumpere sanguinem imaginatus est. Eo visu perplexus, abstinere in id tempus rebus gerendis decreverat: sed amicis obtestantibus, ne occasionem forte non reddituram elabi pateretur, signum ad proficiscendum dari jussit. Circa Maleventum urbem (hoc enim tum adhuc nomine erat) montosa et sylvestria loca sunt: quæ deinde paulatim æquioribus clivis demissa, postremo in planitiem late patentem desinunt, qui 'Taurasini campi'^d appellantur. Itaque Pyrrhus, ex inferioribus locis per objectos colles et saltus instituto itinere, cum lumina defecissent, erroribus et ignorantia locorum tardatus, luce jam orta ex castris Romanis conspici cæpit.

Dionys. ap.
Vales.

Cluver. Ital.
Antiq. l. iv.

Plut.

30. Commotis inopinato hostis adventu animis, quia tamen dubium haberi non poterat quin pugnandum foret, extaque victimarum lætiora fuerant, consul, celeriter ex castris progressus, primos quosque hostium divulsos a suis et incompósitos adoritur, pellitque. Hi in suos incurrentes

^d Taurasini campi] Florus, 1. 18. et Frontinus Strateg. iv. 1. 38. infra, et Cellar. Geograph. Ant. lib. 11. c. 9. Crev. rasinis campis vid. not. ad xl.

totum agmen turbavere: cæsusque est militum haud exiguus numerus, et nonnulli elephantum a suis relictum venerunt in potestatem victoris. Hic successus animavit Curium, ut insistendum fortunæ putaret, et cum universis copiis ad pugnam instructis paratisque in campum se demitteret. Neque Epiroenses moram fecere. Concursum est utrimque ferociter: sed quod priore certamine Romanus superior fuerat, plus etiam in præsens animorum atque spei attulerat. Cedentibus Epirotis, iterum a belluis subsidium petiit Pyrrhus, alteroque suo cornu fugiente, vicissim in altero Romanos ad præsidia sua pedem referre coëgit.

31. Firmam ibi stationem iturus in pugnam consul constituerat. Hanc igitur recentibus viribus excipere prælium, et elephantos amoliri jubet. Adversus hæc animantia Oros. iv. 2. promptam atque facilem opem usus monstraverat: ignique magis quam ferro averti posse superiores docuerant pugnae. Parati igitur erant malleoli, stupa et pice multa obducti, quos incensos ardentisque in terga et turres belluarum jacularantur. Hi, sive cuti elephantorum, sive ligno turrium insedissent, uncis præacutis infixi hærebant. Cum igitur hi, et una varii generis missilia ex superiore loco confertim jacerentur, elephantum partim terrore flammæ, partim dolore vulnerum in furorem acti, cum amplius a magistris regi nequirent, in suorum aciem retrocesserunt, omnia, quo impetum verterant, trepidatione et clade miscentes. Narrant initium stragis ab elephantum pullo ortum, qui telo ictus in capite, cum stridorem querulum edidisset, matrem primum ad notam vocem exsipientem, deinde, hac etiam tumultum augente, ceteras belluas omnes turbaverit averteritque.

32. Magna ea pugna et numero cæsurum, et victoriae fructu fuit: tum enim debellatum est cum Pyrrho, neque ceteri deinceps Itali diu, neque post Italiam aliæ nationes regesque restiterunt. Triplo majorem ea pugna numerum in regiis partibus dimicasse^e tradunt: octoginta enim

^e Triplo majorem . . . numerum in regiis partibus dimicasse] Fideliter vertit hoc loco Dionysium Freinshemius, et eum suæ obscuritati relinquit. Valesius plus sibi licere existimavit, et

eadem Dionysii verba in hunc modum interpretatus est: 'copias ter tanto ampliores Romanis.' Atque hunc esse Auctoris sensum facile credimus. *Crev.*

Plut.

Flor. i. 18.
et Zonar.

Plut.

Flor. ii. 1.
Dionys.
ap. Vales.
Oros.

peditum, sex equitum millia fuisse: ex his qui plurimum, sex et triginta millia; qui minimum, sex et viginti cæsa memorant: captos mille trecentos, cum elephantis octo. Pyrrhus cum paucis equitibus Tarentum effugit. Capta ejus castra admirationi fuisse dicuntur, et in posterum usui. Antiquitus enim et Romani, et alii populi castra passim per corpora cohortium constituere, mapaliorum in morem, solebant. Primus totum exercitum Pyrrhus dimensis rite spatiis sub eodem vallo continuisse fertur: atque illo exemplo adjutos Romanos, additis quæ ex usu viderentur, ad metationem castrorum, quam sequentibus temporibus perfectissimam habuere, pervenisse.

33. Hic annus, republica belli præclare feliciterque gesta, domesticis quoque rebus et notabili severitate disciplinæ urbanæ illustris fuit. Q. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, concordem censuram exercuerunt: multis equi publici ademti sunt; quidam etiam in senatu legendo præteriti. Sed maxime insignis ad memoriam P. Cornelii Rufini nota fuit. Bis consul et dictator fuerat, rebusque magnis bello gestis triumphaverat. Hunc igitur senatu moverunt censores, causamque isti animadversioni subscripserunt, 'quod cum comperissent argenti facti cænæ gratia pondo decem^f habere.' Isque casus non hominis modo, sed familiæ ad longum deinde tempus fuit: nec ante Syllam dictatorem quisquam ex ea summis honoribus usus est. Tanta temporibus istis parcimonia, tantusque in eadem civitate postea luxus fuit, ut quæ supellex apud posteros contentissimæ vilitatis argumentum futura erat, eadem a prioribus pro intolerabili luxuria damnaretur. Censu perfecto lustrum conditum est: censa civium capita ducenta septuaginta unum millia, ducenta viginti quatuor.

34. In exitu anni consul uterque triumphantes Capitolium invecti sunt: prior Curius: cujus et triumphus cum fama rerum, et lætitia successus, tum etiam splendore pompæ illustrior fuit. Nam ad eam diem ex vicinis et pauperibus populis in apparatu triumphi nihil ferme, nisi arma fracta, aut carpenta Gallica; in præda, nisi greges

Eutrop. l.

II.

Oros. Zo-

nar.

Front.

Strat. iv. 1.

Zonar.

Notæ

Freinsh. in

Flor. i. 18.

Liv. Ep.

xiv.

A. Gell.

iv. 8. et

xvii. 21.

Plut. in Syl-

la, c. 1.

Val. Max.

ii. 9. 4.

Liv. Ep.

xiv.

Fasti Capit.

Flor. i. 18.

^f Argenti . . . pondo decem] que unciis. Crev.
 Marcas nostrates 15. cum quin-

Delph. et Var. Clas.

Livius.

5 F

et armenta, ducta fuerant: tum vero et varietate gentium quarum captivi ante currum ducebantur, et spoliorum pulchritudine ac magnificentia celebris species fuit: cum Epirotæ, Thessali, Macedones, Apuli, Lucani, Bruttii, vincti ante currum agerentur; præferrentur autem tabulæ pictæ, signa nobilium artificum, aurum, purpura, ceteræque transmarinæ elegantiæ, et Tarentini luxus instrumenta. Sed præcipui miraculi gaudiique spectaculum elephanti fuere: cum ipsis turribus suis quatuor (nam reliqui ex vulneribus interierant) tum primum Romæ visi sunt: vulgus a nomine animalis, quod hactenus maximum noverat, et loci ubi primum conspexerat, 'boves Lucas' vocitabat. Alterius Fasti Capit. consulis paucos post dies obscurior triumphus fuit. Neque tamen illi penitendæ res fuerunt. Samnites et Lucanos vicerat; oppida multa ceperat: sed comparatione Curianæ gloriæ horum splendor æstimatioque decrescebat. Inter eos qui virtutis ergo donati sunt, Ser. Cornelio Merendæ auream coronam ex præda dedit, ob Samniticum quoddam oppidum ejus maxime opera captum.

35. Romanis ad hunc modum victoriæ suæ lætitia fruentibus, longe dispar animorum habitus apud hostes erat. Ii jam olim imperio Pyrrhi minime læti, post infelicem pugnam, animis timore atque indignatione plenis, nihil quietum agitabant. Rex ipse dudum Romani belli pertæsus, et, nunc desperata penitus victoria, nihil nisi rationem tutius honestiusque discedendi meditabatur: sed dissimulato interea consilio, hortabatur socios, 'ne ob unum adversum prælium conciderent animis: non plus eos cladis postrema hac pugna accepisse, quam prima intulissent: neque ideo Romanos ad pacem etiam bonis conditionibus permoveri potuisse: horum constantiam si ipsi quoque æmularentur, seque fortunæ vertenti servarent, omnia commodius habitura. Superesse vires ad hæc diuturno bello suffecturas: in Græcia multos potentes amicos se habere, a quibus certa auxilia expectare possit.' Neque hæc incredibiliter fingebantur: cum et antea, præsertim a Ptolemæo qui Macedonia tum præerat,[§] luculenter adjutus

Eutr. I. II.

Senec. de Brevit. vi-tæ, c. 13.

Plin. VIII. 6.

Fasti Capit.

Plin.

XXXIII. 2.

Justin.

XVII. 2.

§ A Ptolemæo, qui Macedonia tum præerat] Tum cum Pyrrhus in Italiam trajecerat. Ptole-

mæus quinto ante hunc anno perierat, ut memoratum est supra, XIII. 13. Crez.

fuisset; et in magna existimatione apud Græcos barbarosque esset; aliisque beneficiorum memoria, aliis metu devinctis, ab Ætolorum gente temporibus istis potentissima, ipsisque Macedonibus, præterea Illyriorum regulis coleretur. Ceterum hæc ita jactabat, magis ut desciscere parantes socios in fide retineret, donec aperto ad navigandum mari regnum repetere posset, quam quod aut bellum in Italia continuare vellet, aut magnam spem in transmarinis auxiliis haberet. Dimissis tamen circum Asiae Macedoniaeque reges legatis, ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia, ab Antigono, qui Macedoniam tenebat, utrumque postulabat.

Dio ap. Valles.

Pausan. l. 1.

Justin. xxv. 3.

36. Hæc spe utcumque retenta sociorum voluntate, cum interea dissimulanter omnia paravisset ad discessum, legati cum literis ab Antigono redierunt. Convocatis igitur suorum Italarumque principibus, non quidem quas acceperat literas recitavit, sed fictitias alias, quibus paulo post ab Antigono auxilia magna affutura esse continebatur. Hoc astu non sociis modo delusis, sed etiam Romanis, qui propinquo loco præsidium agitabant, consecuta nocte citra ullum impedimentum vela fecit, Cerauniosque montes (Epiri id promontorium est) tenuit. Sed quo minori turpitudine deseruisse bellum videretur, fidesque hominibus fieret, perfectis quibus evocatus esset rebus, reversurum, Milonem ad custodiam arcis Tarentinae reliquit, eique, ut non modo spe præmiorum, sed etiam paris exitii metu in fide maneret, sellam dedit, ejus lora erant ex Niciæ pelle, quem compertis in caput suum insidiis occiderat. Huic igitur addito præsidio militum, cum ceteris copiis, octo peditum millia, quingenti equites erant, sexto quam exiverat anno, patrium in regnum reversus est.

Pausan.

Polyæn. Strat. vi. 6.

Zonar.

Plut. in Pyrrho, 56.

37. Interea Romæ cum comitia consularia ³ haberentur, Pyrrhusque bellum instauraturus putaretur, M'. Curium refici consulem ⁴ placuit, quod unus ille adversus regem optime gesta re, ad reliqua quoque belli plus auctoritatis et fortunæ allaturus videretur. Ex patriciis Ser. Cornelius

3 Edd. ant. Crevier. *centuriata*.

⁴ A. U. C. 478. A. C. 271.

Merenda factus est, eum quoque provehente recenti gloria, et commendatione gentilis sui, sub quo priore anno militaverat. His consulibus in Lucanos, Samnitesque, et Bruttios conversa belli moles est: qui cum locis potius quam armis se defenderent, nihil rei ad reliquarum exemplum memorabilis geri potuit. Neque tamen imminuta inde Curii gloria est, sic quoque judicantibus omnibus, regem acerrimum, non modo cladem acceptam, sed etiam duces adversus se denuo venturum Curium exhorruisse. Confecti itaque belli hujus, fugatique ex Italia Pyrrhi, pennis illum laus atque fama permansit.

38. Annoⁱ qui tertium Curii consulatum secutus est, primum ab Alexandrinis regibus legati cum muneribus Romam venerunt, in C. Fabii Dorsonis, C. Claudii Caninae magistratu. Ptolemæus cognomento Philadelphus, audita Pyrrhi fuga, gratulatum misit, petitumque, 'ut populi Romani socius et amicus haberetur.' Lætum id honorificumque Patribus visum, quod amicitia Romana ultro a tam potentibus tamque longinquis regibus ambiretur. Igitur comiter acceptis habitisque legatis, societatem cum Ptolemæo jungi placuit: simul delecti ex illustribus, qui confirmandæ ejus reddendique officii gratia legatione ad regem fungerentur, Q. Fabius Gurges ex consularibus, et cum eo C. et Numerius Fabii Pictores, Quintusque Ogulnius.

39. His profectis, adversus Italicos populos, qui arma adhuc necessitate et desperatione retinebant, a consulibus feliciter dimicatum est. Majores alterius res fuisse visas triumphus C. Claudii Caninae argumento est, quem de Lucanis, Samnitibus, Bruttiis, in magistratu suo duxit Quirinalibus. Sed rerum foris prosperarum lætitiā non-nihil turbavit Sextilia, quæ, vestalis virgo cum esset, incesti comperta, temeratis religionibus, infensos civitati Deos effecisse credebatur: sed piaculis et sacris placata Deum

ira, sacerdosque, verso in noxium caput supplicio, ad portam Collinam viva defossa est. Iisdem consulibus coloniae deductæ sunt, Cosa in Volscientibus, et in Lucania Paestum, quæ Græcis Posidonia vocatur. Eam Lucani Syba-

ⁱ A. U. C. 479. A. C. 273.

ritis ademerant : ab his recens in ditionem populi Romani pervenerat.

40. Illustrior anni sequentis^k memoria est, qui finem belli non adversum Samnitas modo ceterosque, sed etiam cum Tarentinis attulit. L. Papirius Cursor, Sp. Carvilius secundum consules, Samnitas Bruttiosque et Lucanum cum Tarentino populo provincias nacti, expectationem hominum (nam in spem hoc anno finiendi belli par istud ^{Liv. xxiv. 9.} consulum studiose delectum fuerat) consiliis factisque magnificis expleverunt. Et Samnites quidem a Carvilio ^{Zonaras.} perdomiti,^l primum atque septuagesimum post annum ^{Liv. xxxi. 31.} quam decertari cœperat, meliori quam ante fide conditiones pacis a Romanis impositas acceperunt. L. Papirius Bruttios et Lucanos magnis cladibus subactos ad pacem ^{Zonar.} petendam compulsi. Ut tamen in uno multorum finitimorum populorum bello, terminis quoque regionum ipsarum permixtis, etiam Papirio cum Samnitibus, Carvilio cum Brutiis Lucanisque, et utrique cum Tarentinis res fuit. Nec enim modo copiae Tarentinorum fusæ fugatæque, sed ipsa quoque civitas in fidem accepta est. Quod negotium, quia, præter victoriam ex nobilissima urbe, Pyrrhi regis ^{Liv. Ep. xiv.} mortem, et Carthaginensium calliditatem, et prima æmulationum inter Pœnos Romanosque initia continet, paulo accuratius explicandum est.

41. Pyrrhus ante biennium ex Italia sic abnavigaverat, ut relicto in urbe Tarentina præsidio spem reditus sui faceret. Ea paulo post novo regis istius in Macedonia suc- ^{Zonar.} cessu non parum aucta, Italorum animos adversus præsentia damna sustentaverat. Vir enim ardentis animi cum diu quiescere non posset, Antigono, quod in Italia belli- ^{Pausan. l. i.} gerantem nullis auxiliis juvisset, bellum intulerat, eumque ^{Plut. in Pyrrho, 57.} prælio victum universo prope regno ejecerat: unde Romanis quoque continuus per ea tempora metus fuit, ne auctioribus copiis regressus in Italiam majus priore bellum

^k A. U. C. 480. A. C. 272.

^l *Primum atque septuagesimum post annum*] Hic a nobis numeratur nonus et sexagesimus annus ab initio Samnitici belli: qua in re faventem habemus Livium,

apud quem lib. xxxi. c. 31. legatus Romanus dicit, Romanos gessisse bellum adversum Samnites per annos prope septuaginta. Freinshemius fastos Capitolinos sequitur, ut jam monuimus.

excitaret. Sed inopinata mors regis spes metusque omnium subito incidit atque sustulit. Pyrrhus enim, ut erat potentiae in immensum augendae insatiabiliter appetens, per causam reducendi in regnum Spartaë Cleonymi, qui cum Aëro dissidebat, Peloponnesum ingressus, ad illam etiam occupandam adiecit animum. Et Lacedaemonios quidem, licet urbe frustra oppugnata, magnis affectit incommodis.

Pausan.

Plut.

42. Sed Argis interea, cum adversae factiones duae essent, principes earum Aristippus Antigonum, Aristias Pyrrhum ad opprimendos inimicos advocat: nam et Antigonus, contra communem hostem Laconibus auxilio futurus, in Peloponnesum venerat: ita diversis portis sub eandem noctem utriusque regis copiae in Argivam urbem recipiuntur. Pyrrhus, cognito urgeri suos, urbem et ipse ingressus, cum die jam oriente lupum et taurum ex aere, certantium inter se habitu, vidisset, imminentis fati indicio exhorruit. Oraculum enim erat vetus, fatalem Æacidæ locum fore, ubi taurum cum lupo dimicantem spectavisset. Igitur retrahere copias, et ex urbe recedere cogitabat. Sed occurrentes cum Heleno Pyrrhi filio subsidiarii milites elephantique clauserant exitum: hisque in urbem irrumpere, illis exire nitentibus, cum hostes etiam acriter insisterent cedenti turbæ, et in angustis viarum spatiis Argivi, Macedones, Epirotæ, quique cum Aëro venerant Spartani Cretesque, ad hæc elephantum quidam truderent inter se truderenturque, omnia trepidatione et tumultu miscbantur.

Strabo, l.
viii. p. 376.
Plut.

Ovid. in
Ib.
Zonar.
Dionys.
ap. Vales.
Justin.
xxv. 5.
Plut.

43. Dum inter hæc Pyrrhus ubique consiliis, clamoribus, manu, servare suos, arcere hostes, satagit, a juvene quodam Argivo lancea leviter vulneratus est. Matrem hic habebat anum pauperculam, quæ cum aliis mulieribus ex tecto domus prælium spectans, cum Pyrrhum in auctorem vulneris sui toto impetu ferri videret, periculo filii attonita, protinus tegulam corripuit, ac utraque manu libratam in caput regis demisit. Tam inhonoris et miserabilis exitus Pyrrho fuit, quo majorem animi robore, solertia consiliorum, scientia rei militaris, multisque præterea corporis ingenique bonis, ætas illa non tulit. Sed fruc-

tum laboris operumque suorum, et ornamenta virtutum, ambitione corrumpit: felicior futurus, si suis rebus contentus; potentissimus autem omnium, si quam in quærendis opibus industrius fuit, tam in retinendis circumspectus esse potuisset.

Justin.
xxv. 4.

44. Hæc igitur postquam in Italia sunt audita, pro variis hominum studiis, lætitia luctuæ civitates affecere. Sed alii quidem populi, qui suæ spontis erant, pacem amicitiamque Romanorum, quibus poterant, conditionibus redimebant. Tarentinum, ne suis consiliis uteretur, præsidium Epirotarum et præfectus arcis Milo vetabat: inter quos res paulatim ex levioribus injuriis atque contumeliis in apertas inimicitias processerat: itaque maximis in difficultatibus constituti Tarentini, cum extra mœnia Romanos hostes, intus Epirotas haberent, missis legatis auxilium a Carthaginiensibus petiverunt. Pœni, qui Siciliae magnam partem tenerent, et maritima Italiæ loca sibi quam Romanis accedere mallent, specie ad eiciendum Milonem, ceterum, si Tarento potirentur, etiam adversus Romanos tuturi, cum instructa classe promte accurrerunt. Cum inter hæc etiam L. Papirius consul advenisset, undique clausa Tarentus erat, Romanis a terra urbem simul arcemque, Pœnis eandem arcem a mari obsidentibus.

Zonar.

Oros. iv. 3.

Liv. Ep.
xiv.
Zonar.

45. In hoc statu rerum, cum haud minor Romano cura esset, ne Carthaginienses arcem caperent, quam ne a se non caperetur, omnes victoriæ rationes subtiliter indagans, Milonem per idoneos internuntios tentat, si Tarentum ejus opera obtinisset, ipsum popularesque cum rebus suis incolumes dimissurum esse pollicitus. Milo nihil ex præsentibus videns potius, cum Tarentinis agit, ut junctis consiliis de communi salute deliberarent: sensimque persuadet, ut se legatum ad L. Papirium mitterent, de conditionibus ex omnium utilitate ferendis diligenter acturum. Ut homines tædio curarum periculorumque fessi lubenter assensî sunt, ad consulem identidem profectus, quocum fallaciam istam composuerat, luculentas plerumque conditiones, et spem non pœnitendæ pacis certam referebat. Ea credulitas, si quid in animis Tarentinorum diligentia ac curæ superfuerat, securitate fiduciaque resolvit: occa-

Front. Strat.
iii. 3.

sionemque Miloni præbuit, qua non arx modo, sed etiam urbs ipsa Romanis traderetur.

- Zonar. 46. Carthaginienses hoc eventu minime læti, sed amicos Romanorum se ferentes, neque aliam ob causam quam ad expellendum Milonem venisse, discesserunt. Auctores
- Oros. iv. 5. habeo, Pœnos a Romanis monitos, 'si Tarentinæ rei se immiscerent, contra fœdera facturos videri,' non modo de-
- Oros. iv. 3. nuntiationem hanc insuper habuisse; verum etiam in acie
- Liv. Epit. Tarentina contra Romanos auxilia Punica stetisse: qua
xiv.
Liv. xxi. ex offensa maxime bellum, quod adversum Carthaginienses in Sicilia gestum est, eruperit: quanquam Pœni per-
- Gotef. Vi- jurio culpam tegere volentes, 'nihil ab se dolo malo factum esse,' juravissent. Ego, sicut non abnuerim vel inter
terb. xi. ipsos duces tale quid agi potuisse, dum Romanus Pœni præsentiam ægre patitur, Pœnus instituto suo quam potest causam prætexit; vel populos ipsos publice isthæc disputavisse; ita veriores belli mox exorti causas alias fuisse existimo; quod neque statim bellatum est, et postea natum in Sicilia bellum, ob Mamertinos præcipue, manentibus adhuc Punicis fœderibus, exarsit. Aucto ad hunc modum imperio redeuntes Romam consules a gratulantibus excepti, magno omnium favore, magnaue sua gloria triumpharunt.
- Fasti Capit. 47. Inter hæc Q. Fabius Gurges et ceteri qui missi
- Justin. Alexandriam fuerant in senatu legationem renuntiarunt: xviii. 2. 'Omni se genere hospitalitatis ac benevolentiae acceptos habitosque: munera venientibus magnifica missa: majora etiam data discedentibus. Sed priora quidem illa modeste recusari, magis ex dignitate abstinentiaque Romana visum esse: cetera, quæ omnino recipienda fuissent, a se, priusquam aliarum rerum quicquam agerent, in ærarium populi Romani delata esse. Sed et Alexandria, cum ad solennes epulas invitatis, more apud reges usitato, coronæ aureæ missæ essent, eas ominis causa acceptas, noctu statuis regis imposuisse.' Senatus et successu legationis, et gravitate legatorum mire lætus, gratiis actis, 'quod sua continentia mores Romanos externis quoque nationibus venerabiles reddidissent,' restitui munera, quæ in ærarium detulerant, præcepit. Continuo populus, ita demum
- Val. Max. 1v. 3. 9.
- Tac. 11. Ann. 57. Justin.
- Zonar. Val. Max.

republicam optime gestum iri dictitans, si ditescendi ex publicis negotiis infame studium tolleretur, idem scivit: quæstoribusque pecuniam eam uti jussi erant promte restituentibus, digni hoc abstinentiæ fructu homines, pari gloria et recusarunt Ægyptias opes, et receperunt. Q. Fabium, qui caput legationis ejus fuerat, hoc quoque nomine prælatum tot egregiis viris existimo, ut a censoribus M'. Curio, L. Papirio princeps senatus legeretur: cum nobilitate domus, et paternis meritis, simul consulatibus duobus totidemque triumphis, nulli jam honori impar videretur.

Frontin. de
Aquaeduct.
Plin. vii.

Frontin.

48. Iisdem consulibus M'. Curius censor Anienis amnis aquam in urbem ducendam locavit, ex manubiis hostium. Ex quibus adeo privatim ditari noluit, ut aliquando cum a malevolis interservæ pecuniæ argueretur, gutto ligneo, quo ad sacrificia uti consueverat, in medium prolato, juraverit, 'se nihil præterea de præda hostili suam in domum intulisse.' Vir profecto tum rerum gestarum magnitudine, tum etiam aliarum virtutum illustribus experimentis meritis, ut quædam ejus insigniora dicta factaque modico excursu annotentur: neque vero indignum, aut historiæ condendæ officio alienum judico, ea referri, per quæ homines in republica versaturi, haud sane minus quam consiliis operibusque militaribus, ad felicitatem ex virtute petendam instruantur.

Auct. de
vir. illustr.
c. 30.

49. Bello Sabino cum tantum prædæ fuisset, ut tum primum Romanos gustum divitiarum cepisse scriptor historiæ Fabius autumet, Curius nihil ex tam opulenta victoria, præter conscientiam famamque, sibi vindicans, in pristina paupertate duritiæque mansit: etiam publicæ continentiæ magister idem idoneus, et severus custos. Agri enim captivi parte maxima publicata, privatis haud amplius quaterna dena jugera viritim divisit. Ipse, cum senatus majorem ei portionem assignaret, eodem quem ceteris dederat agri modo contentus fuit, 'malum esse civem' dictitans, 'cui non idem, quod aliis, satis esse posset.' Hæc deinde in Sabinis villa Curiana fuit: in qua forte rapa torrentem victi nuper Samnites cum advisissent, ingensque pondus auri afferrent dono; 'Ego hæc,' inquit,

Strabo, l.
v. p. 228.

Plut. in A-
pophteg.
Auct. de
vir. illustr.
Front. Strat-
teg. iv. 3.
Plin. xviii.
3.
Auct. de
vir. illustr.
Plut.
Cic. Cat.
Maj. c. 16.

Plut. in
Cat. Maj.

‘in fictilibus meis esse malo, et aurum habentibus imperare.’ Cui villæ cum vicina prædia senior Cato possideret, eo ventitabat crebro, tenuemque casam, et rusculum, quod vir tantus post tres triumphos manibus suis foderat, cum recordatione vitæ abstinentissime actæ contemplatus, animum ad parem constantiam, antiquæ simplicitatis et virtutis æmulatione, componebat. Et profecto viris haud aliis opus fuit ad imperii futuri tam firma ponenda fundamenta, quæ et impositam molem perferre possent, et non ceteris modo concutientibus resisterent, sed ipsis quoque domesticis vitis ægre vixque convellerentur.

SUPPLEMENTUM

LIBRI XV.

HISTORIARUM

T. LIVII PATAVINI.

1. **SUPERATIS** post multa certamina validissimis hostibus, partaque per Italiam pace, supererat ea deliberatio Patribus, quemadmodum victoria bene uterentur. Mulctari parte finium omnes, qui arma contra tulerant, populos, placuit: severiore adversum Tarentinos vindicta, quanto intemperantius offenderant. Arma navesque tradere jussis, Zonar. muri quoque diruti sunt, tributumque civitati impositum: Liv. Ep. xv. pax modo cum libertate concessa. Nilil deinde visum Polyb. 1. 7. antiquius, quam perfidiam puniri legionis, quæ, Rheginis dolo circumventis, oppidum eorum decimum jam annum pro suo possidebat. Hi cum ante providissent, Romanis rebus quotidie lætioribus, suum scelus inultum non fore, Liv. xxviii. 28. quicquid ad communiendam urbem, viresque defensionis parandas pertinebat, solícite administraverant: non ignari, quod fraude vique partum esset, nisi iisdem illis artibus diu retineri non posse. Præter insitam ferociam freti erant amicitia Mamertinorum, successuque adversus Carthaginienses, deinde Pyrrhum, quo urbis suæ animorumque fortitudinem experti fuerant, hostibus ab obsidendi consilio cito depulsis. Itaque in tantum creverant rebellium et desertorum animi, ut Crotonem prodentibus quibusdam Zonar. capere ausi, præsidium Romanum trucidare, urbem diruere sustinuerint.

- Oros. iv. 3. 2. Igitur L. Genucio, qui cum C. Quintio consulatum eo anno^m gerebat, mandata est ultio: compulsisque intra mœnia perduellibus urbs obsessa. Sed illis suas et Mamertinorum vires non instrenue opponentibus, cum incommoda quædam passus consul etiam rerum necessariarum penuria laboraret, ab Hierone, qui Syracusis principatum obtinebat, frumento et milite adjutus est. Hic enim Mamertinis infensus, etiam socios eorum Rhegium tenentes oderat: incrementis quoque Romanorum, ut eorum animos ad usum sequentium temporum beneficiis occuparet, movebatur. Sic ad extremum ad deditionem urbe coacta Mamertinos certis conditionibus astrictos dimisit consul: perfugas et latrones, quorum multi Rhegium, velut ad asylum concurrerant, affecit supplicio: legionarios autem milites abduxit Romam, ut de ipsis senatus statueret.
- Val. Max. 3. Magnum inde publicæ severitatis exemplum sequitur. 11. 7. 15. Senatus primum omnes, qui adducti a consule fuerant, in carcerem condi jussit, ut inde ad supplicium capitis promoverentur. Deinde cum intercessisset senatusconsulto tribunus plebis M. Fulvius Flaccus, denuntians, ‘ne in capita civium Romanorum adversus leges et morem majorum animadverteretur;’ constantia Patrum tribunicii clamores sprete sunt, suppliciumque de nocentibus sumtum. Ne tamen invidia facti tam acerbi, plebisque mœstitia gravior foret, si tanta hominum multitudo eodem tempore interficeretur; singulis diebus quinquaginta ducti sunt, quos virgis cæsos securi percusserunt. Senatus etiam corpora sepeliri, mortemque cujusquam eorum lugeri vetuit.
- Front. Strateg. iv. 1. Appian. ap. Vales. Decius Jubellius, qui ad eam usque diem oculis suis superstes vixerat, ut majore cum dolore moreretur, in carcere manus sibi attulit. Plures auctores secutus, legionem totam, hominum millia quatuor, Romæ in foro securi percussa retuli. Sed verius puto quod a Polybio traditur, ex ea legione vivos in potestatem venisse admodum trecentos: reliquum numerum, dum urbs capitur, ferociter repugnando cædi maluisse; non ignaris omnibus, post delicta tam enormia nihil ex deditione aliud, quam plures cruciatus,

mortemque graviore cum ignominia conjunctam, expectari posse. Urbs Rhegina prioribus incolis, quod eorum usquam reperiri conquirique poterat, cum libertate legibusque suis, reddita est. Hoc justitiæ fideique documentum Romanæ civitatis existimationem largiter auxit: neque minus amoris eo facto, quam per arma metus, apud Italicos vicinosque populos quæsitum.

4. C. deinde Genucii, Cn. Cornelii consulatusⁿ bellum cum Sarsinatibus habuit. Umbrorum ea gens, Apenninum incoletium, quibus causis in arma fuerit acta, quaque spe formidabili jam Romanorum potentiæ se opposuerit, silentibus scriptorum reliquiis, divinare non potui. Totius etiam belli series penitus intercidit, nihilque ad nos ex veteri rerum istarum memoria pervenit, nisi quod a Cn. Cornelio de Sarsinatibus triumphatum est. Asperimam his consulibus hyemem fuisse Romæ traditur, ut arbores emortuo succo aruerint, Tiberis densa glacie concreverit, jumenta et pecudes inopia pabuli contabuerint: tantaque fuit inclementia cœli, ut in foro Romano nives horrendæ altitudinis per dies quadraginta continuos duraverint.

5. Res inusitata, ut fit, a multis prodigii loco habita, vehementi terrore hominum animos percellit: intentiore statim metu, cum Q. Ogulnio Gallo, C. Fabio Pictore magistratum ingressis^o multa cernerentur ostenta, multa nuntiarentur. Romæ enim ædes Salutis, et pars muri sub eodem loco, de cœlo tacta: lupi tres ante lucem urbem ingressi semesum cadaver intulerunt, membratimque laceratum in foro, ipsi strepitu hominum exterriti, reliquerunt. Formiis mœnia fulmine sapius icta disjectaque nuntiabantur: et in agro Caleno diducta repente terra flammam erupisse alatum, quæ triduo toto flagrans quinque agri jugera usque in cinerem exusserit, ut non modo fruges eo loco cunctæ, sed etiam arbores radicitus emorerentur. Plus ea res timoris Romæ, quam calamitatis attulit: nihil enim magnopere consecutum est, nisi quod bellum a Picentibus ortum, annoque sequente confectum, eam quoque regionem Romanæ ditioni adjecit.

6. Interea in urbe signandi argenti primum initium fuit,

ⁿ A. U. C. 482. A. C. 270.

^o A. U. C. 483. A. C. 269.

Appian. et
Zonar.
Liv. xxxi.
31.

Polyb. ii.
16.

Fasti Capit.
Zonar.

Aug. de
Civ. Dei,
iii. 17.

Oros. iv. 4.

Eutr. l. ii.

Liv. Epit.
xv.

Zonar.
Plin.
xxxiii. 3.

auctis jam successu rerum opibus, cum ad eam diem æs tantummodo Romæ in promiscuo pecuniæ usu fuisset: ^p tum autem denarii quinarii que ex argento cusi, qui pro libris totidem æris essent; alique minores, qui dupondio et semisse cum æstimarentur, ex re sunt sestertii appellati.

Suid. in
Μονήτα.

Moneta dicta quod in æde Junonis Capitolina euderetur. Cognomen enim illud inditum Junoni fuerat, quod [?] bello Pyrrhi et Tarentino consulentes de pecuniarum inopia Romanos monnisset, ‘pecuniam non defore justitiam et

Zonar.

arma colentibus.’ Consules Q. Gallus, C. Fabius ad comprehendendum Lollium Samnitum profecti sunt: qui cum obses Romæ fuisset, clam elapsus, castello quodam occupato faciebat latrocinia, populariumque animos vix adhuc certa pace compositos ad defectionem incitabat.

Ptol.
Zonar.

7. Atque is quidem cum collectitia et maximam partem inermi turba non diu restitit: in Caricinis (ea quoque Samnii pars est, Frentanis propior) laboris periculique plusculum fuit. Dum locus munitus, qui prædarum Lollii receptaculum fuerat, expugnatur, ancipiti casu, ex spe magna in timorem, ex timore ad victoriam subito ventum est. Inducti quidam ex propugnatoribus impunitatis pacto nocte sublustri Romanos intra mœnia receperunt. Concurrentibus ad tumultum oppidanis, cum manus conseri cœpisset, magna vis nivis repente cœlo delapsa conspectum eripuit præliantibus. Ea res Caricinis adversus locorum ignaros ita profuit, ut maximo in discrimine Romana signa versarentur: jamque prope aberat, ut cogerentur referre pedem, quod inter tenebras fieri citra magnum detrimentum nequibat, cum subito cessante nivium casu reddita luna est, cæcoque metu liberatis,

^p Cum ad eam diem æs tantummodo Romæ in promiscuo pecuniæ usu fuisset] Loquitur hic accuratissime Freinshemius. Nummos enim aureos argenteosque finisse Romæ ante hoc tempus dubitari non potest, sed peregrinos, et aliunde advectos, præsertimque captos ex hostibus. Hoc probant quadraginta illa argenti talenta ex Pometinis manubiis resecta, lib. 1. 53. et 55. et aurum argentumque compluribus tri-

umphis in urbem illatum. Sed Romæ nulli adhuc signati erant ex auro et argento nummi, peregrinique illi fortasse mercis loco habebantur, quod de Victoriatis testatur Plinius, xxxiii. 3. Itaque æs tantum in promiscuo pecuniæ usu fuerat. *Crev.*

[?] Cognomen enim illud inditum Junoni fuerat, quod] Aliam originem hujus cognominis vid. supra in Not. ad vii. 28.

promptum ad victoriam iter virtute partum. Eæ turbæ impedimento videntur fuisse, ne Picentes iis consulibus perdomarentur.

8. Insequente autem anno ^r P. Sempronius Sophus, Eutr. l. 11. Appius Claudius Cæci F. Crassus consulatu inito bellum istud aggressi, rem ex sententia confecerere. Sub eadem ista tempora in Piceno, qui ager Senonum Gallorum fuerat, Ariminum colonis occupari placuit; Maleventum Velleius, 1. in Samnio: sed nomine, quod ominosum esse videbatur, 14. mutato Beneventum colonia dicta est. Sabinis, qui ante Liv. Epit. xv. aliquot annos accepti in civitatem fuerant, tum suffragii quoque jus datum. In Umbria res etiam a Claudio gestæ, Camerinumque oppidum captum: incolæ sub corona venditi: sed quia parum liquida fide gestum ab imperatore bellum videbatur, utilitatem populus Romanus justitiæ posthabuit; conquisitosque Camertes redimi ab emtoribus, receptisque in civitatem locum ad habitandum in Aventino colle assignari, et prædia sua restitui iussit. Plin. 111. 2. Velleius. Val. Max. vi. 5. 1.

9. At Picentiæ victoriæ majus gaudium fuit: resque digna visa, quæ denariis argenteis nuper eudi cœptis impressa et pluribus statim innotesceret, et ad memoriam servaretur posteritatis. Nummos Picum repræsentantes, Saturni filium, (nam is gentis auctor creditur,) et ab alia parte dextram a magistratu Romano porrectam supplicanti,^s ex senatusconsulto eudendos curavit Q. Cædicus Quinti filius. Et certe luculentam ea gente pacata virium accessionem factam vel inde constare potest, quod trecenta sexaginta Picentium millia in fidem populi Romani venisse traduntur. Pigh. in Annal. 485. Eo bello triumphum consules meruerunt duxeruntque: insigniore tamen P. Sempronii gloria, quod adversus validiores hostium copias, periculoque et contentione majore certaverat. Plin. 111. 13. Fasti Capit. Eutrop.

10. Res enim prodigiosa tum accidit, ut, instructa utrimque acie, sub ipsum committendi prælii tempus, terra subito moveret. Sed consul apta temporis oratione terrosos militum animos confirmavit: ‘haud minus hostes religione non necessaria perturbatos,’ dictitans, ‘ejusque victoriam Front. Strateg. l. 12.

^r A. U. C. 484. A. C. 286.

^s Dextram . . . porrectam suppli-

canti] Picenti nimirum alicui, ut recte explicat Pighius. *Crev.*

- fore, qui excusso inani metu adversarium sui non bene
 Flor. 1. 19. *comptem prior invasisset.* Templo deinde Telluri Dea
 voto, si populo Romano victoriam dedisset, impetum in
 hostes fecit. Neque hi segnius exceperere certamen; cæ-
 desque tam atrox fuit, ut etiam victoris exercitus pars
 Oros. IV. 4. minor evasisse dicatur. Ab hoc prælio, cum alia Picen-
 tium oppida, tum caput gentis Asculum, situ murisque
 Flor. tutissimus locus, Sempronio se dediderunt. Hujus dein-
 Strabo, I. VI. p. 241. ceptis exemplo Picentium omne nomen imperata facere
 Liv. Epit. XV. pollicitum a senatu pacem obtinuit. Jam Italia tota, qua
 Siculum Ioniumque mare spectat, perdomita, soli resta-
 bant Sallentini, qui ad extremas Italiæ oras colunt, qua
 mare Superum Ionio committitur: ad hos igitur a Pi-
 centibus bellum, veluti contagione quadam, pervasit,
 Flor. 1. 20. iisque, M. Atilio Regulo, L. Julio Libone consulibus,[†]
 Eutr. 1. 11. indictum est.
- Zonar. 11. Crimini datum, quod Pyrrhum ex Epiro venientem
 Ennius, I. VI. portibus oppidisque suis recepissent. Ceterum commodi-
 Zonar. tas portus Brundusini, qui eodem vento spirante et dimit-
 tere naves potest, et accipere, facilisque inde in Illyricum
 et Epirum trajectus, quodque opportunius videbatur ipsis
 Italiæ finibus imperium terminare, veriores belli causæ
 Fasti Capit. quæ fuit octava Kal. Februarias. Fuis acie Sallentinis,
 Zonar. nobilissimum eo tractu oppidum Brundusinum ceperant,
 aliaque prospere gesserant; adjuti, ut ferebant, a Pale-
 Flor. 1. 20. pastorum Dea, quæ præmium victoriæ petiisse ultro dici-
 tur, ut ædes sibi Romæ dedicaretur. Majori parte Sallen-
 Pigh. An- tinorum ab his subacta, victoriam sequentis anni [‡] consules
 nal. absolverunt. Numerius Fabius C. F. M. N. et D. Junius
 Liv. Ep. XV. D. F. D. N. Pera fuere. Ab his Umbri simul atque Sal-
 lentini in deditionem accepti.
12. Sic universa jam Italia perpacata, qua maribus et
 amne Pado finitur, e vestigio per insulas propinquas, et
 assitam Ionio Adriaticoque pelago continentem, aliorum
 spe, aliorum formidine celebrari Romana magnitudo cœpta

[†] A. U. C. 485. A. C. 267.

alter VII. Kal. Februarias. *Crev.*

[‡] *Una die*] Inmo duobus con-
 tinuis diebus: nempe alter VIII.

[‡] A. U. C. 486. A. C. 266.

est. Nam quibus studium erat per injurias vicinorum crescendi, suis consiliis impedimentum a Romano metuebant, aliis ex diverso praesidium istud adversus impotentiam adversariorum, tanquam divinitus oblatum, amplexantibus.

Primi omnium Apolloniatae missis Romam legatis in amicitiam recipi petierunt. Urbs illa sexaginta stadiis a mari recedit, a Corinthiis et Coreyraeis condita, commodumque portum habet, qua proximus in Graeciam a Brundisio tractus est. Illyricae Macedonicaeque circum gentes colunt: igitur inter potentes et cupidos libertatem suam agere tuebatur. Ab senatu non tam civitatis ejus opes, quae tenues erant, quam spem futuri et apertam ad majora occasionem reputante, perquam humaniter accepta est legatio: quo gravior mox vindicta fuit in quosdam ordinis senatorii juvenes, qui legatos orta contentione pulsaverant.

Strabo, l.
vii. p. 316.
et 326.

Liv. Ep.
xv.
Dio ap. Val.
Zonar.
Val. Max.
vi. 6. 5

13. Q. enim Fabium neque magistratus dignitas, aedilitatem enim gerebat, neque generis amplitudo tutata est, quin Apolloniatis ob eam noxam dederetur. Deditus est etiam Cn. Apronius itidem aedilis, ejusdemque culpae reus. Hos igitur per feciales legatis Apolloniatarum tradi, quaestoremque cum his Brundisium ire, senatus censuit, ne quid in itinere legatis a deditorum propinquis amicisve noceretur. Magnum sane fidei publicae documentum, sed non inferius prudentiae: cum enim opinione justitiae nationum exterarum animos ad amicitiam suam attrahere desiderarent, magnopere intererat, injurias eorum, qui primi ad societatem jungendam venissent, quam accuratissime vindicari: neque enim quicquam destinatis eorum tam inimicum fieri potuisset, quam si commissum esset, ut et Apolloniatas facti sui, et alios exempli poeniteret: atque ab hac utilitate receptum, constanterque secutis etiam temporibus servatum est, ut qui legatos civitatis liberae pulsavissent, iis, quorum erant legati, dederentur. Ceterum Apolloniatae, deditis in suum oppidum adductis, plus se commodi ex humanitate quam ex vindicta consecuturos prudenter arbitrati, domum incolomes remiserunt. Hoc anno ab utroque consule bini sunt triumphus ducti. D. Junius ante diem quintum Kal. Octobres, Numerius Fabius ante diem tertium Nonas ejusdem mensis de Sarsinatibus Umbrorum

L. 17. ff.
de legation.
lib. l. tit. 7.
Zonar.

Fasti Capit.

populo triumpharunt: iterum Kalend. Febr. Fabius, Nonis Junius, de Sallentinis et Messapiorum gente, quæ Sallentinos accolas auxiliis juverat.

14. Is finis eo tempore bellorum Italicorum fuit: nam quod anno sequente,^y Q. Fabio Gurgite tertium, L. Mamilio Vitulo consulibus, ad Volsinios gestum est, non cum justis hostibus bellum, sed adversum scelestam servitiam pro sociis ultio fuit. Etruscorum gens opulentissima, Volsinii, fidem populi Romani contra servos quondam suos implorabat: usi enim inepto consilio, sive quod superioribus bellis attritas vires ita recreari posse sperabant, sive deliciis ipsi diffluentes, armorum laborem fugiebant, servis libertate et civitate donatis ea permiserunt. Inde communicatis etiam honoribus in senatum legi, magistratusque fieri cœperunt. Ita brevi oppressis veteribus civibus, translataque in se republica, datam a dominis libertatem adversus ipsos insolentissime exercuerunt: matronas honestas virginesque per vim constuprari; maritis parentibusque de injuria conquerentibus, pro vindicta legum contumelias et ludibria rependi; arbitrio petulantissimorum nebulonum rapi, trahi, vexari omnia, Volsiniis jam in morem venerat. Neve præteatur insigne monumentum, quem ad finem servilium animorum belluina impudentia possit procedere, si nacta potentiam fuerit, lege lata sanxerunt, 'uti libertinis in patronorum filias ac uxores stupri jus esset; floremque virginis ingenuo nupturæ primum aliquis ex suo ordine delibaret.'

15. Volsinienses igitur veteres, cum neque ferre diutius miserias istas, neque propulsare viribus suis possent, consilio clam inter se habito, legatos Romam mittere decreverunt. Hi secretis precibus impetrato uti privatis in ædibus senatus cogeretur, (perniciem enim sibi, si res emanasset, impendentem prospiciebant,) oratione flebili calamitates urbis suæ exposuerunt: qua moti Patres, opem miseris ad recuperanda pristina jura promiserunt. Sed hæc cum acta secreto putarentur, iis qui fuerant accusati per Sannitem quendam indicata sunt. Is, cum in ædibus

^y A. U. C. 487. A. C. 265.

ubi senatus convenerat hospes domini aegrotaret, per oblivionem eo in loco relictus exceperat dicta, prodideratque. Quæstiones igitur de legatis Roma reversis habitæ sunt; compertoque negotio, et ipsi, et principes alii civitatis crudeliter interfecti.

16. Eo justior inferendi belli causa visa: missusque cum exercitu Q. Fabius consul occurrere ausos in fugam vertit, magnumque fugientium numerum cecidit: ceteros, qui intra munimenta se receperant, actis operibus oppugnare instituit. Sed illis non segniter resistentibus, cum levia ut solet certamina crebro fierent, consul, dum incautius inter tela versatur, vulnus accepit, et in ejus deinde curatione decessit. Obsessi, casu eo cognito, eruptionem summis viribus fecere, sperantes exercitum interitu ducis turbatum, si subito invaderetur, a mœnibus summoveri posse: verumtamen eventus prælii contra dedit: excepti ferociter a militibus Romanis, et in urbem iterum cum clade compulsi sunt. Huic ego pugnae Decium Murem præfuisse crediderim: hic enim legatus esse Fabio, et post necem ejus, donec successor veniret, bellum administrare potuit: atque inde esse reor, quod apud negligentiores

Auct. de
vir. illust.

17. Censores eo anno creati Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blasio, et C. Marcius, qui cum antea quoque censuram gessisset, in hoc honore Censorinus appellatus est. Memorabilis hujus Marcii moderatio fuit, qui accepta potestate, quam non ambiverat, populum ad concionem vocatum gravissima oratione increpuit, 'quod magistratum illum bis eidem mandavisset, cujus tempora, non aliam ob causam, quam quia nimia potestas ejus esset, coarctanda sibi majores judicassent.' Inde profecta lex est, qua cautum 'ne quis censor iterum fieret.' Eodem anno quæstorum numerus ampliatus est. Quatuor hactenus suffecerant: urbani duo; totidem ad bellum exeuntibus consulibus adjungebantur: sed proximis aliquot annis, aucta majorem in modum republica, vectigalibusque ac portoriis multis accedentibus, duplicari numerum istum necesse fuit,

Fasti Capit.

Val. Max.
1v. 1. 3.

Plut. in
Coriol. c. 1.
Liv. Epit.
xv.

Tac. xi.
Ann. 22.

18. Appius deinde Claudius, qui in magistratu Caudex cognominatus est, et M. Fulvius Flaccus consules * sequuntur: annus cœpto primum adversus Pœnos in Sicilia bello memorabilis: tum enim inter duas potentissimas civitates inimiciæ primum erupere, quæ multos post annos, illatasque et acceptas horrendas clades, non nisi alterius excidio fini potuerunt. Sed prius de Carthagine quædam altius repetenda sunt, quam ad bellorum istorum expositionem accedamus: erunt enim his in rebus enarrandis multa intellectu judicatuque difficiliora, nisi primum origo urbis et incrementa cognoscantur.

* A. U. C. 488. A. C. 264.

SUPPLEMENTUM

LIBRI XVI.

HISTORIARUM

T. LIVII PATAVINI.

1. **CARTHAGINEM** a Tyriis Phœnicibus conditam esse, præter veteris historiæ fidem, etiam perpetua civitatum istarum, donec floruerunt, amicitia, præterea linguæ nunc quoque manentis manifesta similitudine, certum atque testatum est. Ex ea gente ferunt Elisam, quæ et Dido cognominata est, filiam Agenoris Belo geniti, quod Pygmalionem, iisdem parentibus ortum, ob injustam mariti sui Sichæi cædem, odisset, patria profugam, eum Africæ sinum peninsulamque, in qua post condita Carthago fuit, tenuisse: parvis admodum rei tantæ initiis, ac potentiæ, quæ deinceps consecuta est, spem nullam ostendantibus. Quippe non plus terræ ab incolis emisse Elisa creditur, quam corio bovis amplecti posset: hoc in tenuissima lora dissecto majus aliquanto spatium, quam venditores intelligebant, peti, comprehendit; arcique struendæ sufficit locus, quam ex eo Byrsam ^z appellatam putant. Inde multis commerciorum gratia cum advenis colendorum sedes juxta statuentibus, cum jam instar civitatis effectum esset, Afrique man-

Boch. Chanaan.

Just. xviii. 4.

Appian. Libyc. Strabo, l. xvii. p. 332.

Liv. xxxiv. 62.

Just. xviii.

5.

^z *Byrsam*] De Carthaginis origine, et variis urbis partibus, operæ pretium est consulere Sam. Bochart. Chan. l. i. c. 24. De Byrsa agens vir doctissimus, monet a Græcis βύρσαν dictam esse pro בצרה *Bosra* ad vitandam κακοφωνίαν, quia Græcæ linguæ genius non patitur ut s et r continerentur. *Bosra* arcem significat. Quia autem βύρσα Græcæ ' co-

rium ' est, inde nata est lepida illa, sive potius absurda, fabella de corio in tenuissimas partes et lora secto. *Cret.*

Byrsam] Nomen est Phœnicium *Botsra*, quod arcem significat. Hac de re, aliisque ad origines Carthaginis pertinentibus, vide Sam. Bochartum Chanaanis l. i. c. 24. *J. Clericus.*

suetos homines et divites secum retinere cuperent, facile assensi sunt venientibus ab Utica legatis, qui suo exemplo (nam et Utica colonia Tyriorum erat) ad condendam iis locis urbem hortabantur. Ita convenit, ut Afri sedem oppidi Phœnicibus concederent; hi annum eo nomine vectigal penderent Afris. Operi perfecto Elisa lingua sua nomen imposuit Carthadas,^a quod urbem novam significat: Græci Carhedona, Romani aberrante, ut fit, pronuntiatione Carthaginem vocaverunt. Ea cum et vicinos faventes, et populum industrium, et, quod maximum est, sapientem reginam haberet, admirandis incrementis brevi convaluit. Hæc ante Romanam urbem conditam anno circiter septuagesimo acta videntur: nam inter auctores, ut in re tam antiqua, parum convenit.

Velleius 1.
2.
Justin.

Cato ap.
Solin. Poly-
hist. c. 30.

Bongars.
et Berneg-
gerus ad
Justin.
xviii. 6.
Justin.

2. Sed Elisæ, quemadmodum vita casuum varietate nobilis, sic etiam memoranda mors fuit. Iarbas Africanæ ejusdam gentis regulus nuptias ejus ambibat, ni assequeretur, bellum minitans: sed illa castitate insigni, et mariti prioris amore, nuptias aversabatur: bellum rebus adhuc nascentibus et teneris exitiosum fore intelligebat. Igitur tempore ad deliberandum sumto, quasi tandem vicisset animum, et ad nuptias Africanas adduxisset; in extrema tum urbis parte rogam exstrui jussit, priusquam novum matrimonium ingrederetur, Sichæo suo inferias daturam præferens. Tum hostiis multis immolatis, ad ultimum ipsa conscendit pyram, et gladio quem secum attulerat sibi mortem conscivit; caritate viri et civium propriæ incolumitatis curam superante. Retulerunt Carthaginenses quam potuere gratiam; et admiratione virtutum ejus, donec respublica salva fuit, pro Dea venerati sunt. Ædes in loco ubi vitam exuerat structa: ipsa Dido (sic sermone suo viraginem Pœni vocant)^b appellata.

Sil. Ital. 1.
1. v. 81.
Serv. in
Virg. Æn.
1. 344.

3. Cum deinde nemo unus successione regni post Elisam

^a Carthadas] Vel Carthada, id est, קרתא חדתא *Kartha hadath*, vel קרתא חדתא *Kartha hadtha*, urbs nova. *Crev.*

^b Dido (sic sermone suo viraginem Pœni vocant)] Freinsheimium hic induxit in fraudem Servius. Dido est dilecta, א דיד

dod dilectus: vel vaga, errabunda, א נדד *nadad*, quod est vagari, errare. Elisa, primum הניס reginæ nomen, est virago: אב אל *el fortis*, et אשה *issa* fœmina, cujus nominis radix est אשה *is vir.* *Crev.*

dignus haberetur, mixta optimatum et populi potestate gubernari civitas cœpit. Regia tamen appellatio manebat: sed ii Lacedæmoniis regibus similes erant, nisi quod nulli certæ domui addictus honos, ut quisque nobilium divitiis et virtute ceteros anteibat, mandabatur. Hi foris bellorum administrationem habebant; unde prætores atque dictatores a Romanis, potestatem eorum cum sua republica comparantibus, appellari solent: domi principes consilii publici erant: cum eo de negotiis civitatis statuebant: de majoribus rebus referebatur ad populum; ejus judicium in dissensu regum atque senatorum valebat. Eidem jus erat etiam adversus placita regibus et consilio seiscendi, si forte contra rempublicam esse (id autem licebat cuivis coarguere) viderentur. Quæ nimia populi potestas, cum assentatorum studiis, ut fieri amat, in immensum augetur, sequentibus temporibus Carthaginiensium rebus vehementer nocuit. In senatu porro seniores triginta quasi sanctius consilium erat: et horum in ordine universo plurima vis. Decoris publici disciplinæque custodiam censoria potestate præfectus morum exercebat.

Aristot. Polit. II. 11.

Bongars. ad Just. XXX. 2.

Aristotel.

Polyb. VI. 49.

Liv. XXX. 16.

Corn. Nep. in Amilcare, c. 3.

4. Successu temporum, majoribus jam populi Carthaginiensis opibus, plures ad bellum imperatores deligi cœperunt. Ex quibus præcipuæ virtutis et felicitatis Mago, cum duos filios suis artibus instructos reliquisset, atque easdem illi quoque numerosiore jam soboli veluti per manus traderent, evenit, ut ejus familiæ nimia potentia novis remediis coercenda videretur: creatique centumviri, penes quos de ipsis quoque ducibus judicia forent; formidabilis potestas, vel amplitudine juris, vel diurnitate temporis; perpetui enim erant; cum jam reges ipsi non in perpetuum, neque longum adeo ad tempus, sed annui crearentur: quos domi frequentius Suffetes, id est, iudices nominabant, consulibus Romanorum similes. Sed centumviro insolentius se gerentes lex Hannibalis in ordinem coëgit, sancito, 'ut in singulos annos iudices legerentur, neu quis biennium continuum iudex esset.'

Just. XIX. 1.

Just. XIX. 2.
Aristotel.

Liv. XXV. 7.

Liv. XXXIII. 46.

5. Sacra maxime Tyro advecta colebant, quædam etiam post assumpta. Junonis cultus præcipuus: neque levis Æsculapii, cui magnificentum templum in ipsa arce struxe-

Virg. Æn. I. 19.

Strabo, I. XVII. p. 832.

Appian. Libyc. p. 79. Plut. in Flam. c. 1. Polyb. legat. 114. Diod. xx. 14. Just. xviii. 6. Hieron. in Isai. c. 46. Plin. xxxvi. 5. Freinshem. in Curt. iv. 3. 23.

runt.⁴ Apollinis etiam locuples ædes fuit, laminis aureis tecta cum celebri simulacro, quod excisa Carthagine Romani avectum juxta Circum maximum collocaverunt. Ad Herculem vero Tyrium quotannis magna cura delectam navem, cum decimis annuorum proventuum, aut partarum bello manubiarum, mittebant. Ab iisdem conditoribus suis, alium etiam ritum horrendæ religionis hauserant, ut Saturno, quem ipsi Belum vocant, quotannis victima humana facerent: cujus immanitatis reliquæ ne cum ipsa quidem urbe tolli penitus abolerique potuerunt.

6. Ceteros civitatis mores plerumque commerciorum utilitas moderabatur: quibus gens natura et majorum instituto deditissima, prudens imprudens omnes suas rationes consiliaque accommodabat. Hinc, inevitabili malo, divitiarum admiratio honosque comitia corrupt magistratum: virtutem pecuniæ subjectam debilitavit: populum inflammavit opum cupiditate, fraudumque et mendaciorum servili consuetudine infecit: remque publicam harum rerum se studio totam tradere compulit. Inde enim proces-

sit, ut neque fidei multum in Punicis federibus, et virium publicarum longe maxima pars in classibus esset; pedestris militia, robur atque firmamentum omnis imperii, nullo, equestris modico in honore usuque: quoties terra bellandum, mercenariis copiis res gereretur; quarum ueque caritas ulla in rempublicam, et fides venalis, et discordia molesta, et conspiratio terribilis esset: adeo capitali er-

rore, ut non alius hostis, ante ultimum excidium, rem Punicam tam prope ad extremam desperationem adduxerit. Neque minor ex eo malorum seges, quod qui in magistratibus et in curationibus erant, mutua dissimulatione peculatum impune exercebant: ut sic quoque minus mirandum esse videatur, si bello inter has civitates exorto superiores Romani fuerunt, quorum senatores duris temporibus suam pecuniam in publicum conferebant, cum Carthaginienses rempublicam haberent quæstui.

7. Sed hæc vitia cum ipsa urbe adoleverunt. Quare primum quidem, ut infirma et modica, non ægre tolera-

4 Ita Crev. ex Strab. lib. xvi. p. 832. Edd. præced. in ipsa urbe str.

bantur: post aliquamdiu sustinere potuit imperii magnitudo, et quidam singulari virtute duces, quorum maxime opera, quicquid felicitatis Carthago habuit, comparatum stabilitumque comperio. Sed ab initio quidem adversus Afros vectigal pro solo urbis repositum dimicatum est: idque jus non nisi repetitis bellis extortum. Inde prolatum etiam imperium: Africaeque pars cultissima sub ditionem populi Carthaginensis redacta. In Sardiniam autem, deinde Siciliam, ut trajiceretur, maris opportunitas, et illius insulae rudis ad resistendum barbaries, hujus ob discordias perpetuas potentiorum injuriis exposita pulchritudo invitavit. In Corsicam ex Sardinia facilis transitus, et insulae non opulentissimae promptior occupatio fuit. At in Sicilia diutissime varia fortuna dimicatum est: maximasque et victorias ex iis bellis, et clades, Pœni retulerunt.

8. Et Hamilcar quidem Hannonis filius, cum trecenta hominum millia in Siciliam deportasset, a Gelone victus, interiit. Qua calamitate percussi Carthaginenses abstinere Sicilia, donec ab Ægestanis, quos Selinuntii premebant, exorati, Hannibalem Hamilcaris filio Gescone natum emiserunt. Is, Selinunte ac Himera excisis, magnam iterum potentiam Pœnis in Sicilia comparavit. Himilco Lep- tinem Dionysii majoris fratrem ducemque in Siculo mari vicit, navesque cepit aut depressit centum, virorum interfecit plusquam viginti millia: multas Siciliae civitates obtinuit: partem quoque Syracusarum cepit: sed orta repente pestilentia, toto ferme absumto exercitu, cum paucis eum Carthaginem redire compulit. Neque tamen spem Siciliae occupandae abjecerunt Pœni, sed paucis post annis cum alia classe Hannonem adversus Dionysium bellare jusserunt. Postea Magonem ab Iceta vocatum, et in ipsa jam Syracusana urbe castra cum peditum sexaginta millibus habentem Timoleon ejecit. Mox Hannibalem et Hamilcarem, septuaginta millia militum adducentes, idem Timoleon pugna magna vicit, castrisque exiit.

9. Sed haud temere velocior iis ullo bello majorve conversio fortunae, quam adversus Agathoclem, fuit: qui victus in Sicilia, obsessus Syracusis, nulla evidente spe salutis, ultro transduxit in Africam bellum, Carthaginien-

Just. XIX.

1.
Just. XIX.

2.

Just. IV. 2.

Herod. I.
VII.Just. IV. 2.
Diod. XIII.
43.Diod. XIV.
60.Just. XX. 5.
Plut. in Timol. c. 24.
et 30.Ibid. c. 37.
et 42.Liv. XXVIII.
43.Just. XXII.
4. et seq.

Diod. I. XX.

sesque multis præliis victos, desciscentibus passim Libybus, in maximum periculum metumque conjecit: domum deinde reversus, Sicilia tota expulit, donec mors regis, et ex ea turbæ, spem iterum occasionemque repetendæ possessionis aperuerunt. Exinde, ut diximus, vario Marte cum Pyr-
 Just. xxv. 2. rho bellavere, ad extremum superiores. Interim etiam in
 Just. xlv. 5. Hispania civitates quædam stipendiariæ factæ, cum Gadi-
 Curtius, iv. 4. tanis opem adversus accolas petentibus, cognato populo
 Just. xlv. 5. missum, vicinas aliquot Hispaniæ regiones Punici juris
 Polyb. i. 10. fecit. Is ferme Carthaginis status erat, quo tempore bellum adversus Romanos sumere.

10. Siciliam vero, qua Punicæ ditioni subjecta non erat, majori ex parte Syracusani, et rex eorum Hiero possidebat: reliqua Mamertinorum armis tenebantur. Ii donec Romanorum qui Rhegium occupaverant societate uti potuere, sua defendisse non contenti, etiam Punicos Syracusanosque fines incursabant: denique oppida Siciliæ multa, quo vastationem agrorum et alia incommoda redimerent, vectigal pendere coegerunt: sed expugnata urbe Rhegina, defectoribusque supplicio affectis, nudati hoc subsidio Mamertini priores opes tueri nequiverunt: et amissis ferme quæ extra Messanam tenuerant, de urbe ipsa cum Hierone Syracusano dimicabant. De quo rege, quoniam ipse quoque temporibus iisdem hostis populi Romani, mox per annos sane multos socius et amicus fidelissimus, et ingens ad res constituendas momentum fuit, paulo copiosius exponendum puto: nam et in eo rara felicitas, et magna virtus, et prudentiæ vis eximia fuit: eaque tempestate Syracusanorum opes et floruerunt cum Hierone, et ceciderunt.

Polyb. ap. Vales. l. vii. 11. Hic igitur nullo neque divitiarum, neque gloriæ a majoribus relictæ, neque alio aliquo tali præsidio adjutus, omnem fortunam suam sibi debuit: non, ut plerique, ad magnam potentiam ex tenui loco criminationibus meliorum, aut nece fugave adversantium proventus, sed modestia et in parandis opibus, et in habendis, singulari: recte conjiciens, nullum esse regnum stabilius, quam quod ita exercetur, ut magis hoc timeant amittere quibus imperatur,

quam qui imperat. Itaque cum annos quatuor et quinquaginta præfuisset, idque iis temporibus, quibus collisæ duæ potentissimæ civitates de principatu terrarum summa contentione pugnabant, ipse nullo foris bello, si primos annos excipias, nullis domi insidiis petitus, nonagenario major, cum ad eam ætatem, certo temperantiæ argumento, Liv. xxiv. sensus integros corpusque firmum pertulisset, obiit: non ^{4.} Polyb. suis modo carus, sed etiam apud Romanos pariter Græcosque magna fama. Quem et principatum deponere sæpe volentem cives sui publice prohibuerunt: et filius Gelon, qui natus annos plus quinquaginta ante Hieronem decessit, rara inter mortales moderatione, regno quam patre carere perpetuo maluit, eumque ad extremum usque vitæ tempus constanti fide atque pietate percoluit.

12. Is igitur Hieron ab Hierocle genitore, qui stirpem suam ad Gelonem veterem Siciliæ tyrannum referebat, Just. xxiii. expositus est: quod virum nobilem susceptam ex ancilla 4. et Jo. Sarrisb. Polycr. i. 13. prolem pudebat tollere: sed omni humana ope destitutum apes, in os jacentis ingesto melle, per complures dies aluerunt. Eo prodigio, responsisque aruspicum, qui regiam puero potentiam portendi confirmabant, permotus Hierocles, infantem recolligit, agnoscit, et in spem futuræ magnitudinis diligenter instituendum curat. Tum igitur inter æquales discenti a lupo in turba puerorum repente conspecto tabulam ablatam esse aiunt; et mox militiæ tirocinium auspicanti aquilam in clypeo, noctuam in hasta consedissee: consilii viriumque indicium id fuisse creditum est, summique, ob regiam alitem, fastigii.

13. Sed certiora signa mox ipse dedit, forma et robore corporis eximio: verum ingenii, temperantiæ, comitatis, justitiæ, moderationis nomine clarior atque illustrior. Sæpe in acie, sæpe adversum provocantes singulari certamine congressus, semper victor, a Pyrrho multis militaribus donis virtutis causa donatus est: cujus postea ex genere Gelon Hieronis filius Nereidem in matrimonio habuit. Paus. i. vi. et Just. xxviii. 3. Polyb. i. 8. Pyrrho ex Sicilia fugato, cum inter Syracusanum exercitum et urbanos, solenni temporum istorum morbo, iterum orta esset dissensio, in castris circa Merganam Artemidorus et Hiero militaribus suffragiis duces creati, consiliis Hie-

ronis, et amicorum ejus opera, clam intromissis militibus urbem in potestatem redegerunt. Ibi Hiero excelsum se virum et quanticumque imperii capacem ostendit: nam ex diversis partibus occidit aut ejecit neminem; sed clementia, moderamine, rectisque consiliis ita composuit motus, ut non minoribus studiis eorum adversus quos venerat, quam a quibus adductus fuerat, prætor Syracusis crearetur.

Just.,xxiii.
4.
Polyb.

14. Hic vero reipublicæ curam ut suæ toto animo complexus, cum a longo jam tempore vitium istud in Sicilia inolevisse cerneret, ut quoties magistratus copias eduxissent, vel in exercitu turbaretur aliquid, vel domi novarum rerum motus orirentur, circumspicere aliquem cœpit cui res urbanas tuto crederet, si quando ipse ad bellum exire cogeretur. Uxorem igitur duxit filiam Leptinis, qui magna inter cives auctoritate, vir etiam cumprimis honestus fideique tenax habebatur. Ita provisus domesticis rebus, adversus mercenariorum insolentiam remedium necessarium magis quam usquequaque laudabile commentus est: nam educto contra Mamertinos exercitu, cum illi juxta Centuripas occurrissent, aciem ad Cyamosorum amnem hoc dolo instruxit, ut inter cives mercenariosque intervallo relicto, hos committere prælium juberet, tanquam ipse cum urbanis signis alia parte impeditum et districtum hostem invasurus. Ita conductiti majore Mamertinorum numero circumventi cadunt: ipse, dum horum cæde distinentur hostes, otiose tutoque Syracusanas copias in urbem reducit.

15. Ad hunc modum repurgato, quicquid in exercitu ægrum, et ad seditiones pronum fuerat, urbanum militem studiose exercet: novas mercenariorum copias conducit: atque ita benevolentia multorum comparata, remoto audacissimo quoque, reliquis adversus armatum et intentum nutire non ausis, principatum arbitrato suo administrat.

Diod. Ecl.
l. xxii.

Interea Mamertini, recenti victoria ferociores, contemtim atque temere Syracusanorum fines populabantur. Adversus hos Hiero jam civibus et militi fidens incunctanter egressus, ad ipsam hostium urbem, dimissis passim globis fere vacuam, castra posuit: cujus intellecto discrimine Mamertini ad ferendam suis opem expedito cum agmine impigre accurrerunt. Hiero motis ex agro Mamertino

castris Mylas urbem, et in ea milites mille quingentos, capit : inde castellis aliquot aliis raptim potitus, Ameselum procedit, medio inter Agyrium et Centuripas loco situm. Id quoque, licet munitionibus et præsidio firmum esset, expugnatum diruit : præsidiarios in fidem acceptos sibi militare cogit : agrum Ameselanum Centuripinis Agyrinisque dividit.

16. Hoc successu rerum alacrior denuo in fines Mamertinorum irruit : Alesum oppidum deditione capit : Abacæinos atque Tyndaritas ipsorum voluntate adjungit : sic ab utroque mari proximis Messanae urbibus Hieroni parentibus, (nam ad Etruscum mare Tyndaritani habitant, Siculum Tauromeni accolunt, et ipsi Syracusanorum eo tempore socii,) Mamertini, in arctum coacti, Cio quodam prætore copias opponunt hosti, ad Longanum amnem in Mylæo campo castra habenti. Pugna commissa, cum dubio Marte certaretur, subito in latera Mamertinorum recens impacta cohors haud dubiam Hieroni victoriam tradidit : nam ante prælium Hiero ducentos Messeniorum exules, fortitudine et Mamertinorum odio præstantes viros, additis de suo exercitu delectorum quadringentis, vicinum collem, cui Thorax nomen est, circumire, hostemque incautum improvise incursu turbare jusserat. Ii mandata gnæviter executi effecerunt, ut universus Mamertinorum exercitus internecone cæderetur.

Polyb. 1. 9.
Diodor.

17. Cios, re desperata, jam nihil aliud quam mortem mereri manu cupiens, multis vulneribus affectus capitur, et in hostium castra deductus fidem extorum aruspicumque prædictionem, alio quam speraverat eventu, comprobabat. Nam ante pugnam immolanti vates inspectis extis promiserant, ‘ fore ut in castris hostilibus pernoctaret.’ Id ille in spem victoriæ trahens, sero se ambigua prædictionis interpretatione deceptum agnovit. Hac ægritudine confectus, cum postridie inter equos captivos eum videret, quo filius in prælio usus fuerat, hunc etiam occubuisse conjectans, fasciis fomentisque vulnerum revulsis spiritum indignantem effudit. Mamertinos clade comperta desperantes, jamque victori cum infulis supplicum occursuros, ex inopinato fortuna servavit.

18. Forte sub idem tempus Hannibal Carthaginiensium prætor in Liparæorum agebat insulis, quæ Siciliae adjacent. Is audita Hieronis victoria, metuens ne Mamertinis penitus excisis Syracusana potentia Carthagini gravis et intoleranda fieret, specie gratulantis ad Hieronem ocyus venit: eumque moratus ne statim ad Messanam duceret, urbem ingressus est prior, Mamertinosque deditionem facere volentes non modo verbis ad spem retinendæ libertatis revocavit, sed etiam præsidium suorum militum introduxit. Hiero astutia Pœni se delusum intelligens, cum ad obsidionem jam difficiliorem futuram haud satis paratus esset, Syracusas rediit: exceptusque magna omnium lætitia, et ab universis copiis rex acclamatus, postea quoque nomen istud civium externorumque consensu retinuit.

19. Hierone digresso, Mamertini, cum fiduciam paulisper resumsissent, de rebus præsentibus deliberantes, duas in factiones sciñdebantur. Alii 'non esse dubitandum' autumabant, 'quin Carthaginiensium tutelæ se permetterent: cum hoc non modo plures ob causas conducibile, sed etiam, admissio jam præsidio, necessitati proximum videretur.' Contra dicebatur, 'non minus infensos Mamertinis Pœnos quam Hieronem fuisse: neque dubitandum quin illi non benevolentia, sed cupidine dominandi Messanam defendere statuerint. A multis jam ætatibus eos imperium affectare Siciliae, non exercituum, non clasium damno, ne suarum quidem rerum metu et Africa bellis, ab improba spe deterritos. His igitur si se committant, classem validam, et ipsius Siciliae pleramque partem jam obtinentibus, sine exceptione ulla servituros esse: minime igitur expedire vocari auxilio Carthaginienses, populum impotentem, infidum, graviusque jugum imposturum, quam a Syracusanis timuissent. Præsidium Punicum, si eo tantum consilio venisset, ne in manus Hieronis Mamertina civitas incideret, re jam perfecta dimitti bona cum gratia posse: si qua vero clandestina subesset molitio, etiam intentiore studio ancipitis amicitiae fallacias præveniri oportere. Romanos igitur potius implorarent, armis invictos, fide præstantes, neque causam retinendæ

Strabo, l. vi. p. 275.
Diodor.

Polyb. i. 9.

Polyb. i. 8.

sub sua ditioe Messanæ, neque facultatem habituros; quibus in Sicilia ne vestigium quidem soli, neque navali-um rerum ullus usus, aut adeo cura esset. Hos satis habituros, si, Carthaginiensibus et Hieroni Messana urbe tanquam obice quodam et fræno cupiditatis objecta, securam ab his Italiam retinere possint. Perseverarent igitur Romanorum potius fidem, quam cujusquam alterius gentis, experiri. Neque honeste ipsos et parum opportune priora consilia mutaturos esse, missis jam legatis, et auxiliî spe impetrata.

20. Quippe ante postremum cum Hierone prælium, diffidere jam rebus suis incipientes Mamertini Romano-^{Zonar.}rum opem, uti consanguineorum, imploraverant: et consulibus belli gerendi cupiditate plebem iucitantibus, populus auxilium ferri Mamertinis jusserat, sed senatus auctor fieri pudore eunctabatur: qui enim modo suos ob Rhegium per scelus captum severo supplicio affecerant, ii, si jam Mamertinis pari perfidia Messana potitis opitularentur, destrui videbant gloriam justitiæ ac fidei quam priore facto late quæсивissent. Ceterum clade Mamertinorum^{Zonar.} mox audita, cum jam dubium esse non posset, quin relictî a Romanis Pœnorum opes respecturi essent, prævaluit sententia juvandos esse censentium: nam et in senatu^{Polyb.} plures eodem inclinare cœperant, prospicientes, ni fieret, Messanam statim, et paulo post ceteram Siciliam totam Carthaginiensium fore: quod si evenisset, populum Romanum cum Pœno de Italiæ possessione certaturum.

21. Nam istud periculum inevitabile, tum cupiditas imperii potentibus insita, tum ipse locorum situs efficiebat. Quippe Italiam a Liguribus et Venetis inter duo maria longo tractu procedentem, qua Bruttiorum ager est, a contactu Siciliæ tenue fretum dividit. Neque dubitatur continentes olim has regiones fuisse; ^c mox intercurrentibus aquis diremtas, sive humiliora ea parte loca mare acceperunt, sive major aliqua vis terræmotus aut incumben-

^c Neque dubitatur continentes olim has regiones fuisse] Hoc tradidere scriptores quamplurimi, quorum testimonia collegit Cluver. lib. 1. de Sic. Ant. cap. 1. Sed fabulam esse hanc merunque figmentum contendit idem doctissimus Geographus ibidem, multisque argumentis probat. Crev.

Sallust. Fragm. incert. 12.

Just. iv. 1. tium undarum, angustias Isthmi perripuit: a quo eventu
 et Strab. l. Rhegium nominatum putant: tali enim aliquo vocabulo,
 vi. p. 258. quæ rupta sunt, a Græcis appellantur. Itaque primos
 et Cassiod. Siciliæ cultores ex Italia venisse credibile est; etiam ipso
 Var. xii. 14. nomine confirmante conjecturam. Messanam enim ex
 Thucyd. l. vi. adverso littoris Italici sitam civitatem Opici condidisse
 Vid. Pesium in 'Sicilices,' et traduntur: quam, quia in sinu falcis referente figuram est
 ibi Scalig. et Dac. posita, Siciliam, credo, appellarunt; quod advenientes
 Strab. l. vi. p. 268. postea Græci Zancleum sunt interpretati, utraque illa voce
 Thucyd. l. vi. totius insulæ hæc appellatio hæsit, ut ipsa quoque et Zan-
 vi. Macrob. cle,^d et a pluribus Sicilia vocaretur.
 Diod. Ecl. l. xxxiii.

22. Insula vero ista cum magnitudine, tum etiam ferti-
 litate omnes, quæ in Mediterraneo mari sunt, longe ante-
 cellit: olei, vini, frumenti optimi supra fidem ferax: po-
 pulo frequens, multisque et maximis urbibus ad miraculum
 exulta: portuum autem situsque totius commoditate vix
 alius magnum imperium constituere cupientibus æque
 idoneus locus est. Nam Italiæ conjuncta ex diversa
 parte Africam respicit; alio ex latere Sardiniam: ab
 Oriente Peloponnesum et Græciam Ionio mari discretas
 habet: quaquaversum navigatione brevi, et ad emittendas
 accipiendasque classes facillima. Neque dubium est cu-
 piditatem hæc insula potiundi, quam eodem tempore et
 Flor. ii. 2. L. Ampel. c. 46. Romanus populus, et Carthaginensis affectabat, causam
 Liv. xxi. bello dedisse, licet alia dicerentur: nam Romani Tarenti-
 nos contra fœdus adjutos arguebant: Pœni societatem
 cum Hierone, ut adversus se initam, criminabantur.

10. Zonar.

23. Ceterum eo jam potentia civitas utraque per-
 venerat, ut evitari non potuerit, quin aliquando quacum-
 que de causa colliderentur. Quemadmodum enim arbo-
 res, non magno intervallo consitæ, aliquam quidem diu
 non impediunt invicem magnopere; auctæ vero, alimen-
 tum atque succum mutuo intercipiunt; cum grandiores

^d *Ut ipsa quoque et Zancle*] Quo
 satis idoneo fretus auctore hoc
 dicat Freinsheimius, assignare
 non possumus. Neque aut Clu-
 verius aut Cellarius, de nomini-
 bus Siciliæ agentes, ullam Zan-

cles inter illa nomina mentionem
 faciunt. Citatur hic testis in
 margine Macrobius: sed omnem
 diligentiam nostram fugit ille
 Macrobbii locus, quem Freinshe-
 mius intuitus est. *Crev.*







UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

Los Angeles

This book is DUE on the last date stamped below.


REC'D ED-URB
ORIG MAY 11 '89
LD/URL

MAY 27 1989



AA 000 404 845 0

University of California, Los Angeles



L 005 240 469 6

SOUTHERN BRANCH
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY
LOS ANGELES, CALIF.

